

Universitätsbibliothek Wuppertal

Q. Horatii Flacci Epistolae Omnes, Qvae Extant

Horatius Flaccus, Quintus

Basilae, 1615

Epistolarum liber secundus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1477)

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARUM LIBER SECUNDUS.

Epistola prima ad Augustum.

Laudat iudicium Romanorum ad Imperatorem, qui secum verbis prædicarent & re testificarentur, ipsum longè præstare principibus cæteris omnibus, præsentibus ac futuris, & virtutis bellicæ gloriâ & civilis administrationis scientiâ: Sed eisdem gravi & longo sermone reprehendit, quòd longè aliud facerent iudicium de præstantia Poetarum veterum ac novorum.

Vum tot sustineas & tanta negotia solus:
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica com-
moda peccem,

Si longo sermone morer tua tempora, & Cesar.
Romulus, & Liber pater & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta Deorum in cæmpla recepti,
Dum terras hominumq; colunt genus aspera bella
Componunt: agros assignant: oppida condunt:
Plora vèrè suis non respondere favorem
Speratum meritis. Diram qui contudit hydram,
Notaq; fatali portenta labore subegit,
Comperit in viciam supremo sine domari.
Vir enim fulgore suo qui pragravat artes
Infra se positas, & extinctus amabitur idem.
Præsenti tibi maturos largimur honores,
Juranda sçq; tuum per nomen ponimus aras,
Nil orturum aliâ, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus sapiens & iustus in uno
Te, nostris ducibus, te Grajus anteferendo:
Cætera nequaquam similiratione, modoque
Aestimât: & nisi quæ terris semosa, suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.
Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetan-
tes,
Quas bis quinq; viri sanxerunt: fœdera Regum
Vel Gabius, vel cum rigidis æquata Sabinis:
Pontificum libros: pannoſa volumina vatum,
Dicitur Albano Musas in monte loquutas:
Si, quia Græcorum sunt antiquissima quæq;
Scripta, vel optima, Romani pensantur eadem
Scriptores trutinâ nihil est, quòd multa loquamur
Nil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri.
Venimus ad summum Fortuna: pingicimus atque
Psallimus, & lætamur Achivis doctis unctis.
Si melior dies, ut vina poemata reddat,
Scire velim, chartis pretiû quotus arroget annus.
Scriptor, abhinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteresq; referri debet: an inter
Files, atque novos? excludat iurgia finis.
Est vetus atque probus, centum qui proficit annos.
Quid? qui deperijt minor vno mense, vel anno,

Inter quos referendus erit? veteresne Poetas?
An quos, & præsens, & posterare spuit ætas?
Iste quidem veteres interponetur honeste,
Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno
Ut or permissio, & caudaq; pilos ut equina
Paullatim vello & demo unum demo etiam unum:
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi,
Qui redit ad fastos, & virtutem aestimat annis,
Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacravit.
Ernius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
Ut Critici dicunt leviter curare videtur,
Quòd promissa cadant, & somnia Pythagorea
Nævius in manibus non est & mentibus hæret
Pene recens: adeo sanctum est vetus omne poema:
Ambigitur quoties, & vix utrosit prior, aufert
Paccuvius docti famam senis: Accius alti:
Dicitur Afraniæa toga convenisse Menandro:
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi:
Vincere Cecilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipat theatro
Spectat cæcæ Roma potens: habet hos numeratq; poetas,
Ad nostrum tempus Livii scriptoris ab ævo.
Interdum vulgus rectum videt: est, ubi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatq; Poetas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet errat.
Si quædam nimis antiquè, si pleræq; durè
Dicere credat eos, ignavè multa fatetur:
Et sapit, & mecum facit, & Jove iudicat æquo.
Non equidem insector, deledaq; carmina Livii
Esse reor: memini, quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulcræque, & exactis minimum distantia miror.
Inter quæ verbum emicuit si forte decorum, &
Si versus paullo concinnior unus & alter,
Iniuste totum ducit, venditq; poema.
Indignor quicquam reprehendi non quia crasse
Compositum, illepidève putetur sed quia nuper:
Nec veniam antiquis sed honorem & premia posci.
Rectè, nec ne crocum, florèsq; per ambulei Autæ
Fabula, si dubitem: per clament perisse pudorem
Cuncti penè patres: ea si reprehendere coner,
Quæ gravis Aesopus, quæ doctus Roscius egit:
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducit:
Vel quia turpe putant parèrem minoribus, & quæ
Imberbos

Imberbes didicere senes perdenda fateri.

16. Jam Saliare Numae carmen qui laudat, & illud,
Quod necum ignorat, solus vult scire videri;
Ingeniis non ille fauet plauditque sepultis,
Nostra sed impugnat: nos nostraque lividus odit.
Quod sitam Graecis novitas inuisa fuisset,
Quam nobis, quid nunc esset vetus? aut quid ha-

beret,

Quod legeret, tereretque vicissim publicus usus?
17. Ut primum positus nugari¹⁶ Gracia bellis
Cepit, & in vitium¹⁷ Fortuna labier aqua,
18. Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros aut eris amavit
Suspendit picta vultum mentemque tabellâ:

Nunc¹⁸ tibicinibus, nunc est gavisâ Tragedis:

Sub nutrice puella velut si luderet infans:

Quod cupide petiit, maturè plena reliquit.

Quid placet, aut odio est, quod non mutabile cre-

das;

Hoc paces habuere bonae. 19. Ventig, secundi:

19. Romae dulce diu fuit & solenne, reclusa

Manè domo vigilare, clienti²² promere jura:

Cantos nominibus certis expendere nummos:

Majores audire: miaori dicere, per qua

Crescere res: possent, minui damno libido.

19. Mutavit mentem populus levis, & calet uno

Scribendi studio: pueri patresque severi

*a Fronde comas vincti *b canant, & carmina di-

stant.

22. Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus,

Invenior Parthis mendacior: & prius orto

Sole, vigil calamum & chartas & scrinia posco.

21. Navem agere ignarus *c navis timet: *d abrot-

num egro

Non *e audet, nisi qui didicit dare. Quod medi-

corum est,

Promittunt medici: tractant fabrilis fabri:

22. Scribimus *f indocti, doctique poemata passim.

23. Hic error tamen, & levis haec insania quantas

Virtutes habeat, sic *g collige. 24. Vatis avarus

Non temerè est animus: versus amat: hoc studet v-

num.

Detrimenta, fugas servorum incendia ridet:

Non fraudem socio, puerove incogitat ullam

Pupillo: vivit siliquis, & pane secundo.

*h Militia quamquam piger & malus, utilis Urbi.

Si das hoc parvis quoque rebus magna juvari:

25. Os tenerum pueri, balbumque Poeta figurat:

Torquet ab obscenis jam nunc sermonibus aurem:

Mox etiam pectus preceptis format amicis.

Asperitatis & invidie corrector & ira.

Rectè facta refert: orientia tempora notis

Instruit exemplis: inopem solatur, & agrum.

Castis cum pueris ignara puella mariti

Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?

Poscit opem chorus, & praesentia numina sentit:

Caelestes implorat aquas, doctâ prece blandus:

Avertit morbos: metuenda pericula pellit:

Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum

*i Carmine Di superi placantur, carmine manes.

Agricolae prisca, fortes parvoque beati,

Condit a post frumenta levantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dure ferentem,
Cum sociis operum, & pueris & conjugis fida,
Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,

Floribus, & vino Genium^{*k} memorem brevis aevi.

Fescennina per hunc inventa licentia morem

Versibus alternis opprobria rustica fudit:

Libertasque recurrentes accepta per annos

10 *l Lusit amabiliter: 25. donec jam saevus aperit aures

In rabiem verti capit focus, & per honestas

Ire domos impunè minax. Dolere cruento

*m Dente lacescit: fuit intactis quoque cura

Conditione super communi quin etiam lex

15 Pœnaque lata, malo qua nollet carmine quenquam

Describi: vertere modum formidine^{*n} sustis

Ad bene dicendum delectandumque redacti.

27. *o Graci capta ferum victorem cepit, & artes

20 Intulit agresti^{*p} Latio Sic horridus ille

*q Desluxit numerus^{*r} Saturnius: & grave virum

Munditia pepulere: 28. sed in longum tamen evum

Manserunt, hodieque manent vestigia^{*s} ruris.

*t Serus enim Graecis admovit^{*u} acamina^{*v} chartis:

25 Et post Punica bella quietus querere cepit,

Quid *y Sophocles, & Thespis, & Aethylus utile

ferrent.

Tentavit quoque, rem si dignè vertere posset:

Et placuit sibi naturâ^{*z} sublimis & acer.

30 Nam *a spirat Tragicum satis, & feliciter audet:

Sed turpem putat in scriptis, metu g. lituram.

29. Creditur, ex medio quia res arcessit habere

Sudoris minimum: sed habet Comœdia tantò

35 Plus oneris, quanto venia minus. 30. *b Aspice, Plan-

tus.

Quo pacto partes tutetur amantis ephēbi:

Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi:

40 Quantus sit Dorfennus edacibus in parasitis:

Quam non *c astricto percurrat pulpita socco.

13. Gestit enim nummum in loculos dimittere, post-

hac.

Securus cadat, an *d recto stet fabula talo.

32. Quem tulit ad scenam *e ventoso gloria curru,

*f Exanimat lentus spectator, sedulus inflat.

Sic leve sic, parvum est, animum quod laudis ava-

rum.

*g Subruit aut reficit. Valeat res^{*h} ludicra, sime

50 Palma^{*i} negata macrum, donata reducit opi-

num.

33. Sape etiam audacem fugat hoc terrèq. Poeta am,

Quod numero plures, virtute & honore minores?

55 Indocti^{*k} stolidique & depugnare parati,

Si discordet eques, media inter carmina poscunt

Aut ursum aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Verum equitis quoque jam migravit ab aure vo-

luptas.

60 Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.

Quattuor aut plures aulae praemuntur in horas,

Dum fugiunt equitum^{*l} turma, peditumque ca-

terva.

65 Mox irabitur manibus regum^{*m} fortuna retortis.

Esseda festinant, pilenta petorrita naves:

Captivum portatur^{*n} ebur: captiva^{*o} Corinthus.

34. Si foret in terris rideret Democritus, seu
 Diversum confusa genus panthera camelo,
 Sive elephas albus vulgi converteret ora:
 35. Spectaret populum ludis attentius ipsis.
 Ut sibi prebentem mimospectacula plura,
 36. Scriptores autem narrare putaret P^o a fello
 Fabellam surdo: 37. nam quæ pervincere voces
 Evaluere sonum, referunt quem nostra P^o theatra?
 38. Garganium mugire putes nemus, aut mare Tus.
 cum:
 39. Tanto cum strepitu ludi spectantur, & artes
 Divitiæq; peregrina, quibus oblitus actor
 Quum stet in scena, concurrat dextera laeva.
 40. Dixit adhuc aliquid? Nil sanè. Quid placet ergo?
 41. Lana Tarentino violas imitata veneno.
 40. u* Ac ne forte putes me, qua facere ipse recusam,
 Quum recte tractent alij, Laudare malignè,
 Ille per P^o extentum funem mihi posse videtur
 Ire Poeta, meum qui potius inaniter angit,
 Irritat, mulcet falsis terroribus implet.
 Ut magus: & P^o modo me Thebis, modo ponit Athe-
 nis.
 41. Verùm age, & his, qui se lectori credere malunt,
 Quum spectatoris fastidia ferre superbi,
 Curam redde brevem si munus P^o Apolline dignum
 Vis complere libris, & vatis addere P^o calcar,
 Ut studio majore petant P^o Helicon virentem.
 42. Multa quidem nobis facimus mala sapè Poeta,
 (P^o Ut vineta egomet cadam mea) P^o quum tibi li-
 brum.
 Sollicito damus, aut fesso: quum ledimur, unum
 Si quis amicorum est ausus reprehendere versum:
 Quum loca jam revocata revolvimus irrevocati:
 Quum lamentamur, non apparere labores
 Nostros, & P^o tenui deducta poemata filo:
 Quum speramus eò rem venturam, ut simulatq;
 Carminare scieris nos fingere, commodus ultro
 Arcebas, & egere vetes, & scribere cogas,
 Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
 P^o Aedituos habeat belli spectata domique
 Virtus, indigno non committenda Poeta.
 Gratus Alexandro regi magno fuit ille

Cherilus, incultis qui versibus & male-natis
 Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.
 Sed veluti tractat a notam labemque remittunt
 Atramenta, ferè scriptores carmine fædo
 43. Splendida facta P^o linunt. Idem rex ille, poemata
 Qui tam ridiculum, tam care prodigius emit:
 Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem,
 Pingeret, aut alius Lysippo duceret P^o era
 Fortis Alexandri vultum simulantia, Quod sè
 Judicium subtile videndis artibus illud
 Ad libros, & adhac Musarum dona vocares,
 P^o Bæotum in crasso jurares aere natum.
 44. At neque decorant tua de se judicia, atque
 Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
 Dilecti tibi Virgilius, Variusque Poeta:
 45. Nec magis expressi vultus per abenea signa,
 Quam per vatis opus mores, animique virorum
 20. Clarorum apparent: 46. nec sermones ego malle
 P^o Repentes per humum, quam res componere ge-
 stas:
 Terrarumque situs, & flumina dicere, & arces
 Montibus impositas, & barbaræ regna, tuisque
 25. Auspicijs totum confecta duella per orbem
 Claustraque custodempacis cohibentia P^o Janum
 Et formidatam Parthis te principe P^o Romam:
 Si, quantum cuperem, possem quoque: 47. sed neq;
 30. parvum
 Carmen majestas recipit tum, nec meus audet
 Rem tentare, pudor, quam vires ferre recusent.
 48. Sedulitas autem, stultè quem diligit, urget:
 Præcipue quum se numeris commendat, & arte,
 35. 49. Discit enim citius, meminitq; libentius illud,
 Quod quis deridet, quam quod probat & venera-
 tur:
 50. Nil moror officium, quod me gravat: ac neq; ficto
 40. Inpejus vultu proponi P^o cereus usquam,
 Nec pravè factis decorari versibus opto:
 51. Ne rubeam P^o pingui donatus munere: & una
 Cum scriptore meo, capsâ porrectus aperta,
 45. Deferar in P^o vicum vendentem tus & odores,
 Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Analysis Dialectica.

Quidam existimant, quattuor primis versibus E-
 pistolæ quandam Poetæ excusationem contineri,
 quod ad Augustum Casarem carmina non se-
 pius scripsisset, nec ipsius facta laudibus plenius extulisset.
 Hujus quidem rei potest argumento esse, quod sub finem
 Epistolæ scribit:

— Nec sermones ego malle

Repentes per humum, &c. Hanc autem opinionem
 affirmant se habere ex quadam epistola Augusti ad Ho-
 ratium, cuius mentionem fecit, ut ajunt, Suetonius:
 quod equidem nondum satis mihi exploratè perceptum &
 cognitum habeo. Refert hic quidem historicus, Augu-
 stum aliquando voluisse præficere Horatium epistolis
 scribendis: sed hunc tale munus honestè recusasse. Nar-
 rat quid simile de Seleuco rege, qui dicitur cuidam
 amici felicitatem ipsius mirificè prædicanti respondisse,
 si quis curas molestiasque exploratè perceptas & cog-
 nitas haberet, quæ Regi quotidie devorandæ sunt in ad-

ministrations regni, totque scribendis ac legendis epi-
 stolis, negotijsque transigendis, regale diadema humi
 projectum inde tollere minimè curaret, sed neglectum
 prætermitteret: Hocque munus magis oneri esse domi-
 nanti, quam honori existimaret. Proferuntur etiam
 querelæ Augusti e quadam ipsius epistola de Horatio,
 quod in sermonibus nullum Imperatoris fecisset men-
 tionem, his verbis: iratum me tibi scito, quod in pleris-
 que ejusmodi scriptis mecum potissimum non loquaris. An
 vereres, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris fa-
 miliaris nobis esse? quo questu Poeta motus fortasè cepit
 se purgare hac ecloga, Quum tot sustineas, &c. Quidquid
 tamen sit, pendet hoc exordium ex antecessione alicu-
 jus causæ, cui nunc satisfacit ex efficientibus epistola-
 ris intermissionis: quod ipsi maxima fuerit adhuc religio
 minutis ac levibus epistolis illis, necessariis, gravibus, opero-
 sisq; negotijs implicatū maximo reip. incōmodo interpellare.
 Post excusationē ingreditur in ipsius laudationem cōpa-
 ratione Augusti cum superioribus alijs heroibus multum
 n n diffi-

diffimili: cuius protafis constat e quintuplici distributio-
ne heroum ex adjunctis & factis eorum: quod mortui
quidē divinos honores sint consequuti: sed dum vivi optime
d: hominibus mererentur, nullos, cuius rei, Iosephus l. b. de
Judæa capta hanc reddidit rationem, ὅτι μὲν ἀμνηστὸν ἔστιν ἐν
ἐν πρῶτοις ἐξ ὧν διακρίσει. I. quod in rebus secundis invidiam
effugere nullis adhibitis machinis nemo possit.

2. Communis est hæc sententia & quere' a virtutem presentē
negligi, absentem amari & requiri, qualis fuit Od. 2.4. l. 3.
Virtutem incōstātem odi nūc:

Sublatam ex oculis quærimus invidi,

ex qua, si vel totam hanc protafin ἀλλοτριώσας complecti,
fiet propositio argumentationis: qui prudentiā, fortunā
dine, diligentiam industriā reliquaque virtute aliorum ὁμοτε-
ῶσιν, ἡμῶν ἰδύσας, ex us maxime, qui sunt cum eo ejusdem
artis, videtur pralucere, hic sibi vivo constare videtur eorū
odium & invidiam solā morte delendam: Romulus,
Bacchus, Castor, Pollux & Hercules aliis equalib' suis pre-
luserunt hujusmodi dotibus ingenij & corporis: non igitur
est mirum, si vivi apud eos gravissimā invidiā laborarunt,
& solam post mortē fructus sue virtutis preceperunt. meri-
to videtur mihi Agamemnon his adscribendus, cuius imperio
ac felicitati Agilthus insidiatus est, expugnata Cly-
tēne strepudiciā: de quo Pindar' cecinit Πυθ. 12. ἐπιπῶδ. β.

ἴδετε γὰρ ὄλβος ἡμετέροια φθόρον

Odē χαμηλὰ πύτων, ἀπάρτων βρέμει. I.

Sustinet enim opulentia non minorem invidiam.

Sed qui humilia spirat, obscure fremit, id est.

Qui repit humi, & rem possidet pertennem, ei non
solent homines invidere.

3. Antapodosis est facti Romanorum illustrata: qui Au-
gusto etiam vivo divinos decernat honores, obres ab eo pra-
clare gesta, quarum magnitudo omnem omnino hominibus
invidiam materiam extinxit, & quasi jam inter Deos esset
relatus, nomen illius in plerent & obtestentur. Eodem perti-
net hæc altera brevis dissimilitudo, quod nihil dum ortū,
nihil post orturum sit Augusto simile. Similis est assentatio
ex comparatione parium Od. 2. li. 4.

Quo nihil majus meliusve terris

Fuit a donavere, similis quoq; lib. 2. de Tristibus,

Iure igitur Genitorq; deum rectorq; vocatur.

Iure capax mundus nil love majus habet.

Tu quoq; quum patriæ rector dicere, paterq;,

Ut vere more Dei numen habentis idem.

Contra hujusmodi hominum confidentiam de Institu-
enda mettalibus apotheci lege cap. 5. Apolog. Tertul.
hæc tamen apothecosis videtur mihi quādamtenus allude-
re ad etymum vocis Augusti quæ non ab augendo, ut Ac-
cursius voluit, sed ab auguratu, qui, ut res tacra, fuit Ro-
manis, & certa rerum futurarum scientia: ad quam per-
tinet illud Ovid. l. i. Fast.

Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur

Templesacerdotum, ritē dicata manu.

eodem quoq; interpretatio Græca ὀβασ & , veneratione
dignus & adorandus.

4. Approbatur hæc collatio ex adjuncta judicantium
sapientia & equitate, quam minime postea videm conser-
varunt in excellentia poetarū estimandaes judicando: qua-
lis iniquitas judicij: non minus valet ad excusationem in-
termissa descriptionis Horatiana, quā illa Cæsar's occupa-
tiones gravissimæ: vnde per p. cis calliditatem Poetæ,
qui primū laudat judicium Romanorum de Cæsar's
excellentiā predicanda: quos vult postea graviter vitu-
perate, qui poesiū annis obsitam t. n. opere p. obarent. At
quoniam reliquum Epistolæ nititur hac judicij dissimili-
tudine, illam de integro repetam, quod facilius, Lector, a-
nimadvertas ad eam sequentia referri: non, quemadmodū
Romanus ex quo es bono summaque sapientiā Augustū an-

te posuerunt ceteris ducibus Romanis & Græcis, non, in quā,
sic de veteribus poetis ac novis recte judicaverunt. (Idē argu-
mentum sic Cicero pronunciat in Lælio, non quemad-
modum equis vetulis teneros antepone solemus, sic amici
novi sunt veteribus antepone.) Hæc posterior pars ad
finem usque Epistolæ non sine magna commendatione
recentium Poetarum di putatur.

5. Antapodosis est altera ex negatione similitudinum: Quod
secre de præstantia Poetarum judicent, itaque de Imperato-
rum excellentia: cuius ratio est ex adversis, quia illorum
antiquissimi qui que ipsis placent & vix probantur: recē-
tissimi verò contra d. spl. cent. & sunt in vixi: similis est que-
rela Martialis Epig. ad Regulam sub initium lib. 5.

Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur:

Et sua quod rarus tempora lector amat? suatempora
id est, scriptores suorum temporum: quod tribuit invidiæ
ut efficienti causæ quæ hominum iudicia pervertit:

Hi sunt invidiam nimirum, Regule, mores.

6. Altera est ratio ex efficientibus, cur plures veteres,
quā novos faciāt Poetæ: quia, ut ajunt, a Musis dictata
sunt, quæ illi veteres postea scriptis mandarunt. Hoc argu-
mentum illustratur distributione veterum scriptorum,
qualia fuerunt, liber duodecim tabularum, fœdera regum
Romanorum percussa cum Gæbis, aut cum Sabinis, jus Pō-
tificium, & annales a Pontificibus conscripti, & effata v. a.
rum. Hæc Iudicij per veritas reprehensa est a Lactantio
lib. 2. divin. Institut. cap. 8. quod audiret sapientiam an-
tiquis ut propriam, adscribi non sine magno posteriorū
dedecore, non inquit, quia nos illi temporibus antecesserunt,
sapientiā quoq; antecesserunt: quæ si omnibus equa-
liter datur, ab antecedentibus occupari non potest: illi labi-
lis est, tanquā lux & claritas solis: quia ut sol oculorum, sic
sapientia lumen est cordis humani. non dissimilis est sentē-
tia Tertuliani lib. 3. contra Marcionem, sed quia prior eis
venit, & prior documenta virtutum signavit, Idcirco qua-
si locum in Balneo, ita fidem occupavit, & posteris quibus-
que precepit.

Et que dicuntur, & quæ aguntur: quæ neq; fallere possi-
mus, neq; alios ipse: sed eos, qui fallūt cæteros, nō impu-
ne sinat abire Itaq; quū sic deo juratur, ipsi tribuitur is ho-
nos, quæ lex tertia mādāt & requirit, nā jurātes agnoscut
in deo scientiam, qui omnia norit: veritatem, qui fallere
nequeat: In stitiam, qui de perjuris vindictam expetat.

7. Poeta ex iudicio Romanorū de antiquitate p. f. v. e. d. a. n. o.
vitari: efficit parū collationē, quæ mox alterā ejusdē gēneris
refellit, si v. t. s. s. i. s. s. i. m. a. q. u. a. q. Græcorū scripta sūt optima,
eādē iudicij equitate etiā antiquissima Latinorū erūt opti-
ma: quod p. f. e. c. t. o. & q; est falsū, atq; quū dicitur, nihil intra
oleā, nihil extra nucē esse durū: quia olea int' suū officulū,
& nux foris suū putamē durū habere ipso sēsucō probatur:
itaq; non multā disputatione opus est cōtra mendacium
tam manifestū compertum, & deprehensum.

8. Ut ostēdat, quā absterda sit superior cōparatio, e ma-
jorū cōparatione docet, inter Romanos esse pictores, canto-
res & palastritas Græcis vel antiquissimis harum artium pe-
ritiores: quā verē judicare faciliē poterit lector & histo-
rijs variorū scriptorum de tot victorijs Romanorum.

9. Jam variam quæstionē movet comparatē & facietē, ita
ut Epistolā præteriplum nomen Satyra possit haberi:
quærit, inquam, utrum ad carmenis b. n. i. t. a. t. e. m. d. i. s. t. u. r. n. i.
tas aliqua temporis ita sit necessaria, ut ad celebrē v. n. i. g. e. n. e. r. o. s. i. t. a. t. e.
Quod si ita est, quo tēporis spatio illa sit merienda:
ubi utget ex fine descriptionem tēporis, ut e cōstituto ip-
sius certo termino tota contentio dirimat. Tādē circūscrī-
bitur annis centū, quos qui cōpl. verit, habetur probus atq;
victus Poeta, etiam si a centū, mensem vel annū absit. Quidā
in his interrogatiunculis agnoscut Stoicam & acerva-
lem argumentationem, quæ Paulatim multa conge-
rendo

zendo progreditur ad acervum, quem Græci Soriten vocârunt, & Scholastici argumentationem de primo ad ultimum, cujus hoc apponunt exemplum: *Socrates est homo: homo est animal: animal est substantia: Socrates igitur est substantia.* in qua quidem progressionem acervali duplex est enthymema, in priori complexio desideratur sic: *Animal est substantia: homo est animal: quæ expletur: Homo igitur est substantia:* in posteriori requiritur sic: *Animal est substantia: igitur Socrates est substantia,* reponatur assumptio, at qui *Socrates est animal:* quorum syllogismorum redintegratio refert primam Aristotelis figuram. Altera coacervatio argumentorum est ad probandum: *Quod bonum est, id etiam esse honestum: itaque quod bonum est, id est optabile: quod optabile, id est expetendum: quod expetendum, id est laudabile, est honestum.* Vides, Lector, hic tria coacervari argumenta, *optabile: expetendum & laudabile,* quæ possunt, ut superiora, concludi in prima figura. Eam ob rem Sorites nulla est argumentationis nova figura. De quo vide prælectiones Aud. Talarî, in Dialectica P. Rami. Videamus, an Horatius hic *ἄσως ἐσώσεται, sic coacervavit: Quæstio est, quis habendus sit vetus & bonus Poeta: respondetur, qui centum annos attigerit, id est, cujus poema jam annos centum conditum sit, is habetur vetus & bonus Poeta: deinde quæritur: Quid? si quod opus est natum minus uno mense vel anno: Respondetur rursus: opus vel ipsius auctor natum minor brevi mense vel toto anno poterit veteris? Poetis & bonis adscribi honestè. Argumentum quæstionis est ex adjuncta *etate centenaria, vel aliquanto minori: vnde potest sic cõtexasyllogismus in dicta figura: cuius opus complevit centum annos, is est vetus & bonus Poeta: hoc vel illud opus totidem explevit: huius igitur auctor est Poeta laudandus. Item: quod illi etatis terminum attigerit, uno anno vel mense demto, auctor illius in bonis & veteribus Poetis est habendus, huius vel illius opus pervenit ad tantundem temporis minus uno mense vel anno: huius ergo auctor vetus & bonus Poeta habetur.* Non est mea sententia hic Sorites, non solum, quia est regressus ad unum per subductionem, non ad summum per adjunctionem progressus, verum etiam, quia unicum videtur argumentum brevi quantitate affectum: quum in sorite plura requirantur: quorum quod in prima propositione enunciavit, debet in sequenti enunciari: aut, ut alij Dialectici dicunt, quod fuit in prima propositione prædicatum, idem debet esse subiectum in sequenti, & ita deinceps quod tibi ob oculos ponit superius exemplum: *Socrates est homo: homo est animal: animal est substantia. Socrates est substantia.**

10. Docet ex similitudine, talem veteris ac boni poematis estimationem singulatim detrahendo de termino perfectionis carminis constituto tandem ridiculam fore, & se victorem more illius infirmi hominis, qui pilosâ bene habiti equi caudam reddidit depilem singulari vulsura & frequenter iterata, & ita prudentiâ & consilio alteri robustum superavit, qui caudam alterius macilentæ & invalidæ equi totâ summâ cõtentione, & unius vulsura tractu evellere frustra conatus est.

11. Fuit antea gravis querela Poetæ de Perverso Populi Romani Iudicio in Poësi veterum, & recentium æstimanda. Jam elevatur veterarum Poetarum existimatio distributione ipsorum & singularibus attributis, quorum primus præter ceterose diversis describitur, qui, licet habeatur sapiens & fortis imitator Homeri, vel potius ipse Homerus, testimonio Criticorum: ille tamen adeo negligenter scripsit, ut nihil penè Homericum expressisse videatur. Pars horum adversorum antecedens illustratur brevi dissimilitudine & argumentato ab arte remoto. Secundum eodem argumenti genere, sed simpliciter pronuntiatur. *Nævius non quidem manibus nostrorum hominum nunc tractatur: sed illorum menti-*

bus penè novus tenetur: quæ pars consequens ex adjuncta vetustati acclamatione declaratur, ut *Pacuvius e doctrina: Acuvius e sublimitate styli.* Sed *Africanus* similitudine, quod imitatus sit *Menandrum Comicum*, ut *Plinius Epicharmum Siculum*, *Cæcilius* autem ornatur hic tantum gravitate verborum bene sonantium: sed alibi laborat impuritate orationis. Hæc tamè gravitate quidam eò videtur metiri, quod se supra leges Comædiæ extulerit. *Contrà Terentius* valet ejusdem & proprietate, & puritate, & acumine iudicij.

12. Hæc cõtendatio e loco adjunctorum cõtuniter atinet ad hos omnes, quod e discantur: ludæ publicis cõtuntantur: & ab etate *Livy Andronici* vsq; ad illam huius auctoris in pretio habeantur: sed inconstantia vulgaris iudicij declaratur ex adversis, quod sit aliquando rectum, aliquid prævium: pravitas autem minoribus ostenditur, & in eo versatur, ut omnes poetæ recentiores si unum in locum conferantur, non sint cum his veteribus comparandi.

13. Proprio testimonio cõtincit illos perversis iudicij cõtparatione parium, dum eosdem refert credere ab illis veteribus nimis antiquæ, nimis asperæ, nimis negligenter scripta quæ plurima: quod certè dum credunt, iuxta cum ipso sentiunt, & *Jovem* sui iudicij auctorem & approbatorem habent.

14. Poetæ diversis videtur lectoribus suspensionem suæ in antiquos Poetas invidia levare, inquit, defendo recentos Poetas ab accusatione quorundam, nolo quicquam gravius dicere in antiquos, nec censeo illorum carmina oblivione delenda: quæ puer didici ab *Orbitio* magistro: sed miror, cur probe correctæ perfectæq; quibusdam videantur & existimantur uno demtaxat verbo decenter imitatio, & suaviter sonante, vel unius, vel alterius, versus concinnitate solum impulsis. Præterea ex eodem argumenti genere dicit se graviter ferre non invenistam carminum compositionem, sed illorum novitatem reprehendi: nec veniam delictorum antiquis peti, sed præmium & honorem repositi.

15. Huc etiam proferuntur querulæ causæ veteribus Poetis faventi, qui indignè ferant illorum Poemata vituperari à junioribus, quod minime tolerandum censerent: idq; in duobus præcipue Carminum generibus observandum esse docent. Prius est Comædia *Quinctij Atæ* quæ auctoritas illustrium Actorum *Æsopi*, & *Roscij*, qui eam publicè probaverunt, satis à reprehensione debuit vindicare, à quorum approbatione nemo discrepare potest, Huc accedit quod non satis decorè junioribus cederet senes, nec sine pudore, quæ didicerant: juvenes, de doceri cogerentur senes. *Donat.* in Proloq. Heaut advers. *si nunquam avare pretium statui arti meæ:* scribit: *hec verba Terentius demonstrat, quàm gravis auctor sit, qui suas comædiâs probet, & huc locum citat, ut repugnante omni existimationi & approbationi Criticorum. Hoc imitatus est Agamænon apud Petronium, nunc pueri in scholis ludunt: juvenes ridentur in foro, & quod utroq; turpis est, quod quisq; propter discit, in senectute cõtiteri non vult.*

16. Summa cuiusdâ iniquitas, cujus nomini parcat, etiam hic in iudicanda Poetarum excellentia notatur ex diversis geminis, quorum priora continent brevè parium contentione in parte antecedente: *Etsi*, inquam, ille videtur antiqua laudare, quorum proinde, atq; ego, ignarus habetur, illorum tamè auctoribus minime faver. Ex hoc consequente posteriora diversa sumuntur: non faver ille quidem antiquis ingenii: sed nostris novis scriptis studet omni ratione adversari, & me invidiâ opprimere: deinde e paribus eventum talis invidiæ ostendit: quæ si tantâ stultitia veteres Græci, dum novi & recentes erant, quantâ nunc laboramus, multa certe desiderarent homines, quibus hodie felicissime utitur.

17. Ex efficientibus, pace & fortuna secunda docet illam antiquitatem, de qua tantoperè invidi gloriabatur olim fuisse novitatem, idèq; suâ ipsius minime vituperandam quæ aliquando spirabit vetustate. Pax igitur & amica fortuna pepererunt Græcis omnem tranquillitatem: qui postea novis & variis

- Se artium studiis tanquam subjectis, tradiderunt: quæ distributione octuplici enunciantur & nominibus Latinis ex Græco factis sic exprimuntur: *Athletica, Hippica, Marmoroglyphica, Elephantoglyphica, Chalcurgica, Graphica, Comica & Tragica*, quibus ut a se veteres Græci oblectari sicent solet infans variis & mutabilibus ludis sub nutrice gaudere. Ea certè est ingenii hominū innata cupiditatis incōstantia, ut quod hodie nobis videtur placere, cras valdè displiceat: quod hodie expetimus, cras fugiamus.
18. *Parem Romanis fuisse postea studiorum mutabilitatem* demonstrat dissimilibus: quorum protasis variis illorum factis illustratur: quod aut retinuerint morem respondendi de iure, etiam nocte, suis clientibus, aliisq; consultoribus, aut certè id manè factitandi sub galli cantum, ut dictū est Sat. 1. l. 1. collocandi suos nummos tunc apud divites per syngrapham & satisfactionem, pignus acceptum: nitendi consilio & prudentia majorum: minoribus dandi consilium ad rem domesticam rectè-tuendam & honestè amplificandam: ad immodicam deniq; sitim habendi restringendam, damnosamq; libidinem reprimendam.
19. Antapodosis est ipsdem factis illustrata quod Romani postea illam v. vendi laudabilem consuetudinem mutarint: & se ad scribendum omnes cuiusq; ætatis dederint: animūq; appulerint, & uno poetices studio sic flagrarint, ut iam comus ederā vinētis cenent & peritis servus versus dicerent.
20. Poetam, ut suspicionem invidiæ devitet, non pudet more Sæyrici aggregare se ad alienam scribendi tenuitatem, vitamq; molliorem & profiteri e minoribus suum mendacium, quo ne Parthi quidem mendacissimi cum ipso certare audent: quum affirmat, foris nullos a se versus scribi quam affirmationem ipsemet arguit e disparatis: hæc enim vehementer inter se pugnant, *poscere domi servum de nocte calamum, chartam & scrinium ante Solis ortum, & foris dicere, se nihil scribere.*
21. In simulatalem Poetarum multitudinē impudentia & temeritatis e dissimilibus, quod se in exercitatione poetices longè aliter inferant & intrudant, atq; ceteri artifices in sua artificia: quorū protasis triplici distributione artificū ex adjunctis illustratur: quia nemo nauitū exercet, nisi qui fuerit illius apprimè peritus: nemo medicinam, nisi qui tenuerit illius scientiam: nemo fabricam, nisi qui in ea diligenter optimeq; fuerit versatus: omnibus & corporis & animi viribus probè ac maturè prius exploratis. Quam quidem certè cautionem Plutarchus nobis confirmat ita in tractatu, *ἢ πὶ διδακτὸν ἢ ἀρετὴν ἀλλ' ὁμοῦ οὐτ' ἀπ' ἰσὸν ἔτε βιβλίον ἢ λήγαν ὁ μὴ μάθων μεταχειρίσασθαι, καὶ πρὸς εἰς ἑδὲν μέγα βλαβερὸς μωρός, ἀλλ' αἰδέειται γὰρ ἐκεῖνον κατὰ γέλασος.* tamen neq; telam, neque librum, aut lyram tractaverit, qui non didicerit: quanquam nihil inde detrimenti accepturus sit, sed ludibrio veretur sibi fore, Eā ob rē idē auctor scribit libel. *περὶ Ἰθουλίας*, Jovem ablegasse Venerē a reb. bellicis, quæ nihil ad ipsam attinerent, ad nuptiales & Geniales.
22. Antapodosis est, quæ ex adversis, patiter tamē tractatis, effertur, nos Poete contra, tam docti, quam indocti, scribimus. Simpliciter enim poterat enunciari, nos Poete longè secus facimus, repete, atque illi artifices.
23. Hortatur Cæsarem ad attentionem ex efficiente, ut quid hæc temeraria scribendi cupiditas sit prolaturā, intelligat diligenter.
24. Jam quarum rerū causa sit insanum illud scribendi studium, licet cum impudentia & temeritate in multis cōiunctum, demonstrat, non oblitus artis suæ laudes. Primū tollit avaritiam ex animis Poetarum: illis inserit singularem poetices amorem: turbidos animi motus e variis calamitatibus concitatos sedat, ut semper videantur homines sui similes tam in rebus adversis, quam in secundis: nulli struit & molitur dolum: parce ac duriter vitam docet tolerare. Facit tamen, ut studiosus virtutis plurimum creves
- suos iuuet exemplo, quanquam sit ineptus ad armā.
25. Jam poetica instructus vates describitur ex varijs & honestis effectis, per dissimilitudinem prioris ac posterioris poetices: cuius protasis ducitur usq; ad donec jam servus, &c. Pueros rectam pronuntiationem docet, a turpiter flagitiosè que loquendo avocat: ad omnes honesti partes maturè erudit, quod Aristotel. dicit in Ethicis, *ἰδεὶ καλῶς ἀγεῖται ἐκ παιδῶν.* bonis moribus institui a pueris, asperitatem nature emendas: invidiam placat: iram coercet: rectè factorum commemoratione instruit eosdem rebus antè gestis docet de futuris iudicare: pauperibus & agris offert solatium & fomenta dolorum, formulas precandi pueris atque puellis præscribit: quibus omnibus Diogenes Pythagoricus dicebat altè-fixum & fundatum omnis Reip. statum: unde postea imploratur auxilium Deorum: avertuntur morbi: metus & pericula pelluntur: pax & ubertas frugum impetratur: Dijs & manes placantur: Telluri quoque & Sylvano gratia aguntur, primitis frugum oblatiis. Ibi tum carmina quotannis ceperunt cantari liberè, facete & amicè sine cuiusquam offensione & querela, quæ Fescennina, ut Atellane fabula, a loco nominata fuerunt.
26. Dissimilitudinis antapodosis explicatur, vbi prior illa modesta, amabilis & faceta Fescenninorum versus compositio & recitatio dicitur in petulantem, maledicans & contumeliosam veterem Comœdiam conversa: quæ non sibi potuit temperare, quin in nobiles etiam viros linguā nocentem vibravit, & in familias honestas stylum strinxerit sed hæc petulantia lingue postea repressa est, acieq; styli legeretusa: quæ cautum est ac provisum, ne ullus Poeta quāquam malo carmine describeret, nisi mallet ipse multā & poenā graviter multari. Itaque metus supplicij vetus comœdia contuē: se ad bene dicendum & delectandum.
27. Disputat deinceps ex efficiente, unde Poetica compositio Latinorum suum tandem splendorem consequuta sit eamque affirmat, tum suā rursus citate spoliatam, quum verbes Græcia sub imperium ditionemq; Romanorum subiuncte sunt: & hi ad venustatem numeri Græcanicè stylum suum conformarunt. Itaque Latini ad hanc versus elegantiam Græcos habuerunt magistros.
28. Demonstrat ex diversis, Romanos non statim a devicta Græcia studuisse artibus illius, sed rudem illam & incultam Saturnini numeri compositionem usque ad suam ætatem permansisse, eamque demum illis artibus excoli cœpisse Carthagine delatā: quo quidem tempore Latini se tradiderunt Tragice Poetis in Latinum transferendis: quod ex efficiente confirmatur: quia se cognoscebant ita naturā cōparatos ad spiritus Tragicos & ad sublimitatem. Hoc tamen unum erat illis maximo impedimento, quod ipsos punderet ac pigeret lituræ & emendationis scriptorum priorum qui interlinendi sæpè versus metus fuit illis causa, cur rarè ullum opus ad umbilicum perduxerint.
29. Refutat opinionem Romanorum comparatione parium, qui putarent Comœdiam esse poema paucarum vigiliarum: propterea quod ipsius argumentū sumeretur e rebus plebejis, vulgaribus, privatis & humilibus: illic quoq; inducerentur personæ humiles, obscuræ, populares & private, contra quam sit in Tragœdia, quia, inquit, tanto studiosius in ea est elaborandum, quanto gravius coargitur vitium illic deprehensum.
30. Ad confirmationem propioris argumenti equidem existimo hæc duo velut exempla fuisse apposita: ut Horatius subiceret sub aspectum Augusti eum Comicum esse laudandum, qui cuique personæ suas & congruentes mandaret partes. Eum verò vituperandum, qui in una tantum personā diligenter decorum observaret, reliquis neglectis: atque Plantum generis esse prioris, Dorfenum posterioris, hocque sensu post insidiosi periodum esse notandam.

31. Aprobatio est exempli posterioris ex adjuncta cupiditate Dorfenni, qui susq. deque habuerit fabulā applausam, vel explosam, modo quaestum inde referret.

32. Proponuntur duo Poetarum Comitorum genera, non ratione decori, sed morum dissimilitudine inter se distantia: quorum prius e contrarijs finibus describitur, quod quāvis xeposolus exera, id est, inanis gloriae cupiditate incensū appullisset animum ad Comedias scribendas, & tandem illas scena commississet, vehementi merore conficiebatur, si vidisset eas fastidiosè spectari: contra, si attentè & alacriter audiri animadvertisset; majores illi latitiae exultantie fiebant animi: quod certè argumentum alijs verbis iteratur adjuncta Comici & Tragicæ study contemtionem post illi palmam negatam.

33. Posterior Poetae Tragicæ vel Comici genus ex adjunctis declaratur: quod licet audax esset, coortā tamen seditione ignobilis vulgi vel ordinis equestris, cogebatur sepe se fugā subducere e turba post duos actus fabulae, aut eo aliquantō plus: propterea quod multitudo magis delectabatur spectaculis certaminum inter bestias, pugiles, Athletas & gladiatores: item aspectu, quem Aristoteles in Poetica vocat τὴν ὄψιν, id est, apparatus, simulata pugna & rerum omnium, quae in triumphali pugna ostentabatur, magis, inquam, spectaculis delectabatur, quā auditio fabularū capiebatur.

34. Accusatur obiter immodicus ludorū apparatus, qui adhibebatur in actionibus fabularū. Hujus enim magnificentia & splendore animi auditorum sic avertēbatur ab attentione, ut si Democritus vixisset, tales populi ineptias risisset: quod declaratur e subjecta materia rei prius non vise.

35. Risus Philosophi illustratur duplici comparatione majorum, quod ipse attenderet magis & diligentius animum ad spectatores admiratione talis triumpho percussos, quā ad ipsos ludos, quia ex illis spectatores plus etiam hilaritatis, quā e mimo ipse caperet.

36. De Poetis istis quis fuerit Philosopho risus, similitudine explicatur: Non secus, inquit, spectaret tales Poetas agere cum populo frequenti: atque si illi fabulam narrent serdo a serlo.

37. Comparatio probatur minoribus, quod nulla vox humana, ne Stentorea quidem, qualem Homerus tribuit Achilli, vocans ἀεὶ βάλω ποσειδῶν ἤχον ὄπισθε Νηλεΐδου Iliad. 6. potuisset strepitum theatrale superare, nec ideo exaudiri.

38. Talis autem strepitus demonstratur geminis paribus: quod ille aequaret sonitum, quem edunt sylvae ventis agitatae: quem etiam mare Tyrrhenum procellis commotum.

39. Docet e causis diversis plausū, qui dabatur, non nisi se excitatū ex eleganti fabularis orationis, aut dignitate actionis, sed e solo actoris vestitu violaceo & scito ejusdē artificio.

40. Diluit objectam supra vituperationem actionis vestitam variè, parium collatione, quod qui dignitate illius rapit spectatores, in quemcūque velit animi motum, rem facere videtur juxta difficilem & admirabilem, atque si funambulus spectaretur. ipse alijs terrorem incutiens in sua securitate, quod brevi similitudine illustratur. Is enim magnum & prestigiatorem refert, qui fascinis, venenis, artibusq. magicis ita perstringit oculos spectantium, ut se alibi esse, atque ubi sit arbitratus, resque prodigiosas spectare: sic bonus Poeta res aut commentitias, aut veras, & tamen procul gestas, dextrè sic facit praesentes, ut illas geri videas. Expositis igitur tam Comitorum & Tragicorum moribus & eventis, ad Poetas velut privatos accedit, non dicam, ut alij, transit, quia nihil in initio definitum, nec in partes distributum. Ideoq. vinculis transitionū nihil hic opus est.

41. Hoc autem genus Poetarum enunciatur comparatè: quod quidam malint sua poemata credere alacris & attento Lectori, quam ea committere fastidioso spectatori & superbo. Itaque admonetur ex fine Augustus, ut hanc adhibeat cau-

tionem & provisionem bibliothecae dignis libris instruendae quod quidem certè, si privatos Poetas aliquantō magis sollicitos teneat de studiosius scribendo.

42. Ratio est admonitionis ex diversis, non tamen dicta: quia haec quinque incommoda non tribuuntur operis perfectioni, intempestiva illius oblatio, impatientia emendationis amica, iterata recitatio certorum locorū sine jussu auditoris, ingrata sine laude auditio, spes deniq. remunerationis frustrata scriptorem. Vis autem talium diversorum sic videtur apertius enuncianda: Etsi privati Poetae spe & pretioribi sollicitandi sunt ad acrius poetices studiū & ad majorem operam, diligentiamq. cautioem in scribendo adhibendā: illis tamen ita donare nonnulla debes, ut probè dignoscas, quales futurae sint tuae virtutis predicatorum & testes: ne ipsius predicationem indignis committas Poetis.

Horum quidem diversorum pars antecedens confirmatur exemplo Horatii & factis aliorum Poetarū & Augusti: ut jam dictum est. Consequens verò incipit à versu sed tamen est qui respondet praecedenti multa quidem, & illustratur exemplo dissimili Alexandri: cujus requiritur prudentiam in delectu digni Poetae: quod demonstratur similib. ut, inquit, aramentum manib. tractatum infert illis labens & maculā: sic Poetae foedis versibus obscurant splendore virtutis heroicae, quae nitidis & claris magis illustranda fuerat.

43. Alexandri judicium e diversis declaratur quod in expendendis & examinandis graphices & plustroes peritis satis fuit acutus: sed in praestantia poetices disjudicanda planè obtusus & plumbeus fuit. Mirum in modum veteres auctores delectati sunt appositione exemplaris comparationis ex arte Apellis, quorum ego vnum pro multis proferam ex Epist. 9. li. 2. ad Famil. ut Apelles, inquit, Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam in capite solum elaborarunt reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt.

44. Dissimilib. laudatur Augustus: quod longè alia fuerit ipsius prudentia in diligendis Virgilio & Vario Poetis: & munificentia dignè apud eos collocata, atque illa fuit Alexandri Magni in Cherylo indigno Poeta.

45. Dignitas horum Poetarum ostenditur paribus: quod opus horum aequè mores egregios & animos heroum exprimit: atq. signa & simulacra reddunt corpora a praestantissimis quibusq. statuarijs & pictoribus expressa & polita. Sed magis, vim Poeticae commendasset, si hoc enunciasset per collationem minorum, ut fecit Od. 8. l. 4. ut scripsit res praclare gestas à P. Cornelio Scipione Africano superiori indicari clarijs & prodi memoriae diuturniori versibus Ennij, quam statuis, vasis, areisq. signis Parrhasij pictoris Atheniensis & Scopæ statuarij Ephesij.

46. Tacitè diluit parium collatione, quod quis ipsi objiceret, aequè mihi cordi esset ab Augusto res gestas. vrbes cōditas, topographiā, bella, pacatū orbē dicere (quod invitatur a Trebatio ex Sat. 1. l. 2. posito Satyræ studio: vbi similis est huic diffidentia Poetae de viribus excusatio) si vires ingenij responderent voluntati, atq. Satyras & Epistolares argumento tenui & populari constanter scribere.

47. E propositione videtur assumendum: atqui vires ingenij sunt perexiguae: quae assumtio illustratur pro syllogismo ex adjuncto pudore, qui jubet illum parvis viribus diffidere omnino, & rerum a Cesare fortiter gestarum, quod cecinit apertius Od. 15. l. 4.

48. Ad eundem pro syllogismum haec ratio ex eadē categoria pertinet: quod officium scribendi stultè ac intempestivè collatum declarandi sui in aliquem amoris gratiā valdè officiat amico: quod augetur majorum cōparatione: sed ultimas cuiusq. inquit, immaturè officiosa nocet amico: sed illius maxime, qui cognitione artis poeticae cupit eū cōmendari.

49. Comparationis ejusdem generis arguit stultè seduli-

sedulitatis malum: quia si Poeta errore vel imprudentia labitur, erratum ipsius retinebitur citius ac deriberitur liberalius, quam id, quod in reliquo opere lector probat, memorie mandabitur & laudabitur.

50. Concludit talem sedulitatem contemnendam esse, qd paribus confirmat: tam mihi contemnendus videtur Poeta imperitus, qui me versibus prave factis nequeat decorare: quam cerea mei effigies naturali habitu indecior negligenda. 51. Idem confirmat sine duplici, priori, ne mihi versus inertes & inconditi incutiant pudorem: posteriori, ne ex libro, in quo scriptus jacebo ut cadaver porrectum, fiant in volucra & integumenta vilium mercularum. Quod hic Poeta dicit de se, Augusto tribuendum videtur, qui tales avertatur laudatores. Vides, Lector, verissimum esse, qd initio horum Dialecticorum te monuimus, ad antapodofin hujus dissimilitudinis reliquum inde Epistola pertinere: Romanos Recte prudentesq, assentatorie tamen, de virtute & gestis Augusti Caesaris judicasse: eosdem vero non sic praestantiam Poetarum existimasse.

Enarratio Grammatica.

Q Vum tot sustineas.] Tres hujus lib. 2. Epistolae ad Augustum, ad Florum, & ad Pifones, videntur mihi vno volumine recte & merito includende: quod eodem stylo & argumento poeticae praecipionis contineantur, ideoque ταξει των διδακτικων λόγων εν γραφομεναι δικαίως φανονται. οτι μεν αυται σαφως δοκουν πασι διδασκαλικως συγγεγραμμεναι πασι, επ δε η, ο επισημους χαρακτηρ αυτων εστιν, ο της ισοτιμης δεόμενος, ait Demetrius, numero documentorum adscribenda videntur jure: quia doctrinae gratia haec omnes manifeste conscripta cognoscuntur ab omnibus, atq, adeo constantes caractere Epistolari, qui ubertatem orationis requirit, qualem hic ubiq, cernas. Suetonius autem hac Epistolam dicitur Eclogam nominare: quo nomine Porphyrio & Acron solent etiam Satyras appellare: etsi verisimile est πολλους μεν συμβυλους αυτης ειναι, multos esse, qui Augustum consiliis juvarent: ille tamen dicitur hic solus totum onus ac munus Reipublicae gubernandae tueri & sustinere, ut haec incredibiles & summæ occupationes Caesaris, qui tempore egeret, darent Poetae justam officij praetermissi in scribendo excusationem: ηνα μη παρρησια μεν εκεινω χρηματισοντι και απορολη αυτων πολυτευομενον, ne ipsum avocaret a rebus gerendis: quarum quidem molem quum Imperator tandem sensisset graviolem ac majorem, quam vnius hominis viribus quamvis robustis ac firmis posset sustineri, de illa deponenda saepe cogitavit. Ego tamen potius existimo Poetam praeter cetera respicere ad eam morum praefecturam ab Augusto susceptam, de qua diximus Od. 5. lib. 4. quam ad odiosam monarchiae occupationem victis terrae, marique Antonio, Sexto Pompejo & Lepido imperij prius cum ipso socijs. Quam quidem annotationem huc referes ad intelligentiam hujus loci. απινδεται est in initio & dissoluta verba, qualia sunt paullo post in solvunt, componunt, assignant, condunt. Haec autem phrasiscum Oratore communis est Poetae, Cic. lib. 8. ad Attic. Epist. 19. Cn. Pompejo Domitio: sic loquitur: quasi copia in unum locum fuerunt coacta, ut pars exercitus ad Albam mittatur: pars ad te accedat: ut non pugnet, sed locis suis repugnet, herebis: neque solus cum ista copia tanta multitudinem sustinere poteris, ut frumentatis eas. Sic loquitur Sallust. in eojurat. post oratione Catonis, forte libuit attendere, quae res maxime tanta negotia sustinisset, quam reperit paucorum covium egregiam virtute fuisse: Sic quoque Cecinna Cic. Epist. 7. l. 6. ad Fam. totum negotia tu sustineas oportet: in te mihi omnis spes est: tu pro tua prudentia, quib' rebus gaudeat, quib' capiatur Caesar, tene, &c. Phra-

sis Poetae redditur Graece: εσπει τα των Ρωμαίων πραγματια, περ ελαστωμεις τε και αρολις υπομενεις μόνος τοσ αυτας, vel μόνος ηδ τοσ αυτους περιγμασιν vel περι τοσ αυτους της αρχης εργου αρολος es. Dicitur autem negotium, ut Graeca αρολια ηδ περι μισωνης σερτικουσ privatione atq, es operis.

5 Arms tueris.] Haec sunt firmissima & arctissima vincula: quibus omnis Reipublicae status honeste continetur, & majestas Imperatoris decoratur, arma, leges, praecipia & instituta Philosophiae. Christiana autem Respu. postremis carere potest, quum illi donata sit philosophia caelestis, id est, prophetica & Evangelica doctrina. ut autem Epistol. 18. libri prioris verbis cognatae notionis, tueri, servari, curari: sic hoc loco sustinere & tutari utitur, quemadmodum Cicere 2. ad Fam. Epist. 15. Sic ad nos confirmatus revertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. Tueri est Grammaticis proprie defendere, sed quia e defensione speratur ac sapius conservatio existit, factum est, ut hoc pro altero sumatur, proprie patrono tribuatur.

20 Moribus ornes.] Quid mos & unde dicatur, vide notas in Od. 4. & 5. l. 4.

In com moda peccem.] Altera syntaxi dicebat Sat. 2 l. 1. — quid inter—

25 Est in matrona, ancilla, peccetve togata. Hac sententia significatur peccatum committi sine violentia cum volentibus: sed quum dicitur a Cic. ad Attic. Epist. 15. In me ipsum peccavi vehementius, vis significatur, pro, contra me & contra comoda mea peccavi.

30 Sic hoc loco videtur explicandum & distinguenda pueris syntaxeos varietas, ut illi sciant utramque rectionem suo loco accommodare. Donat. in ve. Act. 1. Sc. 1. Quid feci? quid commerni? aut peccavi pater? notat αυτησιν a majoribus ad minora, ut facere flagitium vel eadem sit gravissimae culpae, commernere minoris, peccare multo minoris, vel levioris. Delinqueret autem distat sic a peccare, ut illud sit Cornelio Frontoni praetermittere, quod facere quis debuit, hocque facere quidem aliquid, sed non recte.

40 Si longo.] Sic loquutus est Epist. 7. l. 1. usus eodem verbo μεταβατικουσ, ut alias monui: — ne te longis ambagibus ultra,

Quam satis est, morer..

Romulus.] De hoc dictum est Ode 3. l. 3. sicut de Baccho lib. 2. Od. 19. & de Castore & Polluce l. 1. Ode 12.

45 Post ingentia.] I. ubi memorabilia facinora in vita gesserunt postea fuerunt adscripti in ordinem caelitem, quasi novicives in caelum recepti, ut scribit Cic. l. 3. de nat. Deor.

50 Dum terras.] Id est, dum in terra vivunt inter homines: dum bellis a speris finem imponunt: dum controversias tollunt: lites dirimunt: agros bene de Republic. meritis dispertunt: urbes construunt: orbem denique sua quisque in regione pacant: de beneficijs suis vehementer queruntur. Tales querelas facile illi sustulissent, si animo & cogitatione se ad illud Pindar. Πυθ. ειδ. 13. convertissent, nec divina illorum in Remp. beneficia fuissent αμεμητα. ει δε τις ελβιθη εν ανθρωποισιν ανδρ και αματε ε φαινεται. εν δε τελει τασει νιν, ητοι σι μερον δαίμων η ανειων. si qua est hominibus felicitas, non sine labore existit. Eam autem Deus aut hodierno die aut postero perficiet, ut ipsis postea contigit απεροδοκητως.

55 Respondere.] I. studium beneficiorum non aequati laboribus principum. Ita est loquutus Sat. vlt. lib. 2. fama responsura labori. Ita Cic. dicit l. 13. de Finib. respondere patri, id est, imitari patris mores, ita quoque Virg. l. 1. Georg. sub fin.

Ille seges demum votis respondet avari.

convenit & par est optatis avari agricolæ.

Plorare.] Hoc etiam Cicero dicere solet, doluerunt, quod ipsorum beneficiarii nullam partem meritorum, que vivi contulerant illos, assequi studuissent, id est, equare vel paribus meritis remunerari.

Speratum.] Donat. in Act. 2. Sc. 6. Adel. distinguit sperare ab expectare, quod hoc tam de bonis, quam de malis & ante diem dicatur: illud de bonis tantum ad certum diem futuris.

Meritis.] Quomodo merita valeant plus, quam officia, fuit in notis Gram. postrema Od. l. 3. addam tamen hoc e 13 Philip. ad illa, magna ejus in me merita mea quedam officia in illum exstiterunt.

De Hercule fuit Od 3. l. 1. sicut de Hydra l. 4. Od. 4. & hoc quoque verbo usus est Ode sexta libri tertii, non auspiatos contudit impetus nostros: Ode tamen 4. l. 4. dicitur Hercules non contundendo domitricem ferarum clavâ, sed secando occidisse hydram.

Non hydra secto corpore firmior

Vinci dolentem crevit in Herculem.

Diodorus scribit Herculem debellasse hydram non solum ferro, verum etiam flammis, adhibito Jolao, qui incisam ejus cervicem ardente face evestigio inureret. Narrant Historici hydram fuisse paludem in Lerna Argivorum regione περὶ τὸ ὕδωρ cognominatam: e cujus

varia & multiplici scaturigine tantum manabat aquarum, ut vicina civitates illis vastarentur. Itaque Hercules exustis meatibus scaturiginis talem eluvionem restinxit. Hanc etiam hydram Plautus in Persa vocat Exce-

tram quod uno ipsius cap. exciso tria renascerentur: sed Alcaeus tribuit illi novem, ideoque vocat eandem ἑννεακέφαλος, Simonides πεντηκέφαλος: quem Virgilius Æneidos. 6. sequantus est ad verbum,

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydri.

ubi potest Lector notas Servii videre, & alias in eodem libro paulo antè.

Diram sonat hic idem, quod immanem tributum masculo hydro l. 2. Georg.

Inmanis a. n. i. b. u. s. h. y. d. r. i.

Nota.] L. omnium Historicorum & Poetarum sermone trita & pervulgata.

Fatali labore.] L. cui addictus & destinatus erat fati Deorum. De potentis & laboribus Herculis fuit Ode 3. l. 1. Hæc autem cædes hydræ, ut postremus Herculeorum laborum, ita omnium difficillimus labor: ex hoc tamen disticho accedit adhuc decimus tertius,

*τὸ ἴρις καὶ δὲκατον τοῖον λυγρὸν ἔχει ἀέθλον
μνησυχὴ πεντήκοντα ἑμμελέεσσι κέραις.*

unde cognoscitur Hercules ut longe bellicosissimus, ita longè salacissimus fuisse. ἔτι μίαν νύκτος τὴν πεντήκοντα κέραις μελέτεον ἀπεδέξατο. i. quod una nocte mellitarum herbam quinquaginta virginum deserpserit. non caret hoc distichon testimonio. Pausanias in Boeoticis narrat,

quemadmodum Tespienses tradant Herculem eadem nocte constuprasse quinquaginta Thesti filias (tot enim erant) una excepta. Eam, quum sola obsequi recusasset, sacerdotem sibi legisse, lege perpetue virginitatis data. Audivi tamen

alios, qui omnes plane Thesti quinquaginta filias ab Hercule eadem una nocte vitiatas, & ei singulas mares filios peperisse narrarent, & quidem geminos, natu maximam & minimam. Ego vero adduci nunquam possim, ut credam Herculem in amici hominis filias tam impotenti libidine potuisse incitari: Qui præterea, dum inter homines esset, aliorum injurias, in primis impietatem in Deos, severe ultus sit, non ipse sibi aut templum construendum curasset, aut sacerdoti

demandato, se pro Deo haberi voluisset?

Portenta.] Hæc primùm ex effectu describuntur a Fæto, quæ, quid portendatur, indicent: deinde exemplis

illustrantur: portenta rerum fieri dicuntur, quum solita vel solida corpora raris se ostendunt, ut Cometa, turbines, barathra, sereno cælo facta tonitrua.

Fine domari.] I. invidia subiecto, cui vivo sese applicabat, morte sublato vincitur & domatur, nec stare potest. Idem sentit ac præterea quotidiana experientia confirmat:

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.

Comperit autem interpretatur Donat. in Heaut. A. l. Sc. 1. exploratum est illi, & facto periculo comprobatum. Comperire enim & explorare est, ait, scire per investigationem.

Viri enim.] Vir egregiâ virtute vel armorum, vel artium & literarum malè habet alios sui ordinis minùs excellentes, & quum magnificum & clarum opus aliquod profert in lucem non molestiæ parum illis aspergit. Verbum autem, *uro*, hîc ponitur absolutè, in quo tamen facile intelligas, alios artifices, scilicet cogit dolere, ac præcipuè ὁμοτεχνήτας qui e sententia Hesiodi initio operum se vicissim mordent:

Καὶ κερμίδος κερμίδι κοτέει, καὶ τέκτονι τέκλον,

καὶ πλωχὸς πλωχῷ φθονεῖ, καὶ δαίδης δαίδῳ.

Et figulus figulo est infestus & fabro faber, & mendiculus mendico invidet, cantorg, cantori.

Ita Donat. Act. 2. Sc. 2. Eunuchi interpretatur verbum Gnatonis gestientis, *uro hominem*, id est, cogo Parmenonem servum dolere & illi molestiam exhibeo. Quemadmodum paulo post in eadem Comœdia Act. 3. Sc. 1. se

quando ilia mentonem Phœdræ facit, aut si laudat te, ne malè urat. i. ut inurat dolorem. Talis igitur vir est cæteris artificibus minùs argutus oneri magno & offensionis, quam, prægravare, verbum videtur significare: sicut potes ex his versibus Sat. 2. l. 2. cognoscere de cœna dubia: quæ corpus onustum.

Hesternis vitis, animum quoq, prægravat unâ.

ille tamen post mortem amatur & summè desideratur.

Maturus.] Significat Augustum tempestivè divinis honoribus ornatum, quum in vita etiam ipse divus sit habitus, ut ipsemet canit Od. 5. l. 3. præsens divus habebitur

Augustus Loco te præsentis Virg. 1. Georg. dicit: Et votis jam nunc assæscere vocari.

quum adhuc manes in vita, accipe ἀποθνήσκων. Hunc Horatii locum Serv. in Tityr. vers.

Deus nobis hæc otia fecit.

idem canit Ovidius libro secundo de Tristibus, citavit: idem quoq; Val. Maximus de Tib. Cæsare scripsit in Prologo. Mea parvitas eò justius ad favorem tuum decurre-

rit, quod cætera divinitus opinione colligitur: tua præsentis fide, paterno avitog, sideri par videtur, quorum eximio fulgore multum ceremoniis nostris inclyte claritatis accessit. Intelligendum est hîc utrumq; sidus Julii & Augusti, qui apotheosin consequuti fuerant. Largiri autem est donare effusè & largè & sine modo.

Jurandus.] Nullum principes regesq; prophani honorè sui nominis majorè cõmenti sunt, quam ut testimoniorû & judiciorum religio jurejurando per ipsorum nomina sanciretur; undè hæc Cæsari a Romanis est idololatria tributa At Christiani jusjurandum suum referunt ad venerationem nominis divini ex tertia lege Decalogi, & ex eo da gloriam Deo μὴνα καὶ διογνώσῃ τῶν ἀνθρώπων: quale jusjurandum nominatim decretum est capite sexto Deuteronomii, Jehovah Deum tuum timeto, & ipsum colito, ac per nomen ejus jurato. De honoribus his lege 3uet. in Jul. Cæs. c. 35. Roma longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per cæsarem jurjurando distrahere per se veravit: qualem certè honorè Ethnici impiè transfulerunt ad suum cacodæmonè Jovem, unde fuit hæc jusjurandi formula per lapidem Jovem, quem lapidem

lapidem

idem filicem tenebat juraturus per Jovem teste Felto, sub verbis conceptis: *si sciens fallo, tum me Jupiter, salva Urbe, arceq, bone ejiciat, uti ego hunc lapidem.* Eadem formula; sub alia tamen verborum conceptione, legitur l. 21. Titi Livii. *Ea ut rata forent fore, agnum lava manu; dextra filicem retinens, si falleret Jovem ceterosq, precatus Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactaret. & secundum precationem, caput pecudis saxo elisit.* Eadem reperitur libro vicesimo secundo ejusdem Historici verbis paullulum mutatis: *ejus quoque meminit Agel. l. 1. c. 21. & Polybius l. 3. quod Tertull. in Apologet. notavit: Citius apud vos per omnes, quam per unum gentium Caesaris pejeratur.* Non dissimili impietate C. Caligula fuit: qui, ut idem Historicus capite vicesimo quarto in hujus vita & Dio scribunt, Drusillam divinis ubique honoribus coli jussit, ac Veneriadae quavit, & Pantheam vocari imperatumque fuisse, ut eam, tanquam Junonem, in posterum jurarent.

Ponimus aras. Videtur respicere ad Lugdunensem aram omnibus notam. utrumq; honorem simul tribuit Augusto Manilius l. 1.

— *Uno vincuntur in astro*

*Augusto, sidus nostro, quod contigit orbi,
Caesar nunc terris, post calo maximus auctor.*

Pro hoc, *ponimus aras*, Virgilius dicit, *aras sacrare*, Aene. 5. & Cicero de Arusp. responsis consecrare aras, & pro domo sua, simulacrum & aram alicui dedicate. Ratio autem hujus vocis, *ara*, variè redditur. Servius in Aeneid. secundo defleat a precibus, quæ Græcè dicuntur *ἀραι*. Varro libro quarto de ling. Latina ab *area*, & hæc ab ariditate & puritate. Aliter tamen idem libro quinto de rebus divinis scribit ab *asa* vel *ansa* dici ara permutatione literarum: quod olim jurantes aut aliquid precantes a Diis aram tangerent & tenerent, ut apparet ex 4. & 6. Aen.

*Talibus orantem dictis arasq, tenentem
Audit omnipotens.*

vel quasi esset focus, qui manu gestabatur. Hoc præterea illi dicunt inter aram & altare interesse, quod illud communiter attineat ad Deos superos & inferos: hoc verò solum ad superos.

Oriturum aliàs. Vix alibi reperias hoc participium, *Aliàs* est temporis, *ἀλλοτε*, interdum præsentis. Cic. l. 2. de Orat. *Itaq, & illi aliàs aliud isdem de rebus & sentiunt & judicant.* Interdum præteriti, idem libro primo de Orat. *Quorum pater & saepe aliàs & maxime censor salutis Reipub. fuit.* Interdum denique futuri, ut hic & libro septimo ad Familiares Epistolâ sextâ ad Trebatium, *sed plura scribemus aliàs.* De geminatione hujus vocis & comparatione cum Græca vi illi respondente diximus Sat. 4. l. 1.

Te nostris. Hoc Græci dicunt, *κατασκευασθέντες ὑπὸ δῆμου* ὁ δὲ τῶν τε καὶ ἡμῶν, καὶ τῶν κατ' Ἀχαιοὺς ἡγεμόνων. non dissimili obsequio & observâtia in Neronem Seneca describit Romanos lib. 1. cap. 4. de Clementia. *Sua incolumnitatem amant, quum pro uno homine denas legiones in aciem deducunt: quum in prima fronte procurrununt: & adversa vulneribus pectora ferunt, ne Imperatoris sui signa vertantur. Ille est enim vinculum, per quod Resp. coheret: ille spiritus vitalis: quæ hæc tot milia trahunt, nisi lper se futara, nisi onus & præda, si mens illa imperii subtrahatur, Rege incolam mens omnibus una, Amisso rupe fidem.*

Terris semota. Intelligitur poësis gravis annis & peregrina solum a Romanis in pretio haberi, qui rejiciunt & aspernantur omnia, præter ea, quæ non amplius a viventibus videntur, & jam diu esse desierunt: hoc est solum admirantur poemata & scripta prisca & vetusta: respuunt autem & aspernantur nova & recentia. Quod hic dicit *fastidit nisi ea*, valet, quæ sua

jam tempora compleverunt & finierunt. Gall. *qui ont passé leur temps & fort estognes de leur vue & anciens.* Quamvis autem geminata *fastidit & odit* quandam significationis cognationem pro natura geminatorum inter se habeant, interdum tamen videtur, ut in multis aliis, sic in his altero alterum *ὀδισσεν* ἢ *ὀδισσάμενος*, *ὀδισσάμενος* ἢ *ὀδισσάμενος*, affectum quendam vehementiorem videtur ad significare.

Sic fautor. Admonui aliàs adverbia sic constri cum substantivis verbalibus, sicut cum verbis ipsorum, ut hic, *sic fautor*, valet, sic populus Rom. favet veteribus, ut dicitur tabulas vetantes peccare, id est, leges duodecim tabularum prohibentes, quæ sint fugienda, & jubentes, quæ sint facienda traditas fuisse Decemviris a Masis. Decem autem illi viri fuerunt, Appius Claudius, Titus Genutius, Publius Sextilis, Lucius Vetutius, Cajus Julius, Aulus Manlius, Cajus Sulpitius, Publius Curiatius, Titus Romulejus, Sptius Postuminius.

Bis quinq. Extra carmen dixisset bis quini. Virg tamen dicit Aen. 2. Oratoris more:

*Bis quinos silet ille dies.
& Poeta lib. ejusdem oper, bis septem nymphæ, de quo monimus Epod. 9.*

Pontificum libros. De his & de superioribus ferè scribit Cic. de Oratore hoc modo: *Mira quidem in cognoscendo suavitas & delectatio: nam si quem aliena studia delectant, plurima est in omni jure civili, & in Pontificum libris & in tabulis antiquitatis effigies: quod & verborum prisca vestigia cognoscitur, & actionum quædam genera majorum consuetudinem vitamq, declarant.* Hunc autem Horatii locum de libris Pontificum non puto solum intelligendum, sed etiam de annalibus, quorum scriptores Latinos memorat nonnullos Cic. l. 1. de leg. Quintum Fabium pictorem, Fannium, Venonium, Cælium, Antipatrum. Notanda est hæc convenientia vocis, *quisq,* cum superlativis, ut Oratoribus, sic Poëtis usitata.

Volumina varum. Cujusmodi fuerunt libri Sibyllæ, carmina Nævi cujusdam & Cn. Marci, de quo postremo mentionem facit Titus Livius libro quinto, & duo profert illius vaticinia carmina scripta: quorum emendationem conati sunt restituere multi viri eruditi, ut D. Lambinus in hunc locum annotat: unum ex illis adscribam eruditè castigatum a Jos. Scaligero in conjectaneis Varronianis:

*Romuli de, si perduellis expellere voltis,
Et vomitam, que gentis longè alienigenarum
Venit; & pollineri voveatis censo ludos,
Quique Apollineri fiant commune quotannis,
Prætoribus ludis faciundis ollæ præesto,
Qui summum pop'lo, plebeiq, endo Urbe dabit jus.
Pop'los publicitus cum dederit e stipe partem,
Conferant uti privatim pro seq, suisq,
At bis quinq, viri sacra Græcoritu obeunto.
Hæc si faxit recle, vos gaudebiti semper,
Atque adeo fiet melior res publica vostra.
Nam is Deus vestros perduellis stinguet ad unum,
Qui vestros campos placide nunc rurâq, pascunt.*

De voce *volumen*, vide quid sit annotatam in Epistolâ decimâ tertiâ ad Afellam.

Albano. Hic monserat in medio Latio sacer Jovi & aliis Diis Latialibus, quem hic Poeta celebrat ab incolis Camœnis Latinis, ut passim Græci suos, Heliconem, Pimpleam & Pieriam.

Misat. Inter has Livius numerat Egeriam, & Plutarchus lib. *περὶ τῆς Πομπ. τύχης* appellat *Ἠγέριαν πρῶτην* quæ ἦν ἐν τῷ ἄρειον δάμωνα σφίρι Egeriam Nympham Dryadè unam,

vinam, scitam quandam Deam, qui cum Numa se colloqui noctu Romanis persuaserat, & ejus consilio leges & politicas & pontificias sancire, De Egeria sic scribit Dionys. Hal. l. 2. λέγεις πολλὰς ὑπερ αὐτῆς (Νομῆ) καὶ θαυμασιὰς λέγουσι, ἀναφερόμενοι τῷ ἀνθρώπῳ τῷ σοφίαν εἰς θεῶν ὑποθήκας. νύμφη γὰρ τινα μυθολογῶν ἐν Ἡλείᾳ φοιτᾷν παρὲς αὐτὸν ἐχέουσα διδάσκουσαν τῷ βασιλικῆν σοφίαν ἔτεροι δὲ εἰς νύμφην, ἀλλὰ τῶν Μισσῶν μίαν. Multa etiam ac mira de illa Numa predicant, ad Deum monita referentes ejus sapientiam: fabulatur enim identidem ad eum venitisse Egeriam nympham, cumq; regiam prudentiam docuisse: alii non nympham, sed unam Musarum.

Hanc autem Romanæ matronæ colebant, quod crederent eam egerendo partui præesse: ideoque Fluoniam a fluxione sanguinis inter partum inhibenda vocabant. De fœderibus autem regum Romanorum, quæ cum vicinis populis iacta sunt ex æquo, vide Dionysium Halicarn. & T. Livium. Titus enim Tacitus & alii Quirites Sabini sic jure civitatis donati sunt, ut Roma nomen urbis stare: cives autem hujus non Romani, sed Quirites vocarentur.

Penfantur.] Hoc verbum usitatissimum est apud Liv. Val. Max. Plin. non item apud Cic. qui pro hoc utitur, æstimantur, examinantur, considerantur. Est autem deflexum a pendo verbo etiam æstimationis tropicòs.

Eadem trutinâ.] De hac voce diximus abundè Satyr. 3. lib. 1.

Non est quod.] Quod valet hic cur & quam obrem, quemadmodum accipitur Eclò. 3.

Nihil est, quod potius laudes. cur. Ita Cic l. 14. ad Famil. in vitam nihil est, quod te hoc tempore des, i. quam obrem te viæ committas: sic hoc loco, si sit equale judicium de scriptoribus Romanis, nullus relinquitur locus nostro sermone & longiori disputationi, quæ non est consumenda in re tam manifestò falsa, quàm si quis dicat lucem esse caliginè, vel hanc esse illam. Hunc autem verbum Erasmus adag. 15. inferuit, quod etiam possis enunciare, tam est falsum, quàm quod intus est olea mollis & nux foris.

Ad summum fortune.] Id videtur Tit. Livius enunciare l. 5. in summâ Fortune evasimus. i. adhuc Fortune nobis Rom. omni ex parte favit in summa artium gloria, & bonorum copia Gall. nous sommes parvenus au plus haut de fortune & au comble, quod ex Antigone Euripidis dici potest.

Εὐπὶ ἀκροῖν ἵκομεν γεγεμένῳ τύχῃς. Psallimus.] I. scimus fidibus, ut loquitur Terent. in Eun. Act. 1. Sc. 2. Is hanc formâ videt honestâ virginem & fidibus scire. Item Cic. in Cat. majore, discabant enim fidibus antiqui, venustâ ellipsi infiniti canere, vel ut Ovid. fides movet manus & chordas impellimus. De etymo & vi verbi psallo, vide Od. 13. l. 4.

Ut vina. Quomodo vira fiant vetustate meliora, docet Eustath. in hos versus Odysl. 8.

Εὐθε πῖθῳ ὄμοιο παλαιῶ ἰδὺ ποτῶ
Ἐσασεν ἀκροῖτον θεῖον ποτὸν ἐντὸς ἐχόντες

Erant intus dolia vini veteris potu sua via posita & resera-
di vinanq; continentia potiorum.

Sic igitur ille ex Atheneo l. 2. c. 23. ὡς δὲ ὁ παλαιὸς καὶ γέρος καὶ πόλιος ἐκλήθη παρὲς τῆν ἡλικίαν, ὅτι ὁμοφασίας παρὰ δέδοται οἶνος μετὰ πόλιος καὶ γέρος ἀμύμον, καὶ Ἰταλικὸς οἶνος τις ἦν μέλας μὲν τῶν ἀρχαίων, καὶ πολλὰ δὲ ἐπὶ λυκὸς γινόμενος καὶ κερφὸς ἐκείνη καὶ τρυφερός. Addit ex eodem: καὶ ὅτι ὁ παλαιὸς καὶ γέρος ἰδὺν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὲς ὑγίαν προσφορώτερος. πῶσεται γὰρ μᾶλλον τὰ σῖτα καὶ λεπτομερεῖς ὡν ἀναάδοτος ἐστὶ. δύναμις τε τοῖς σώμασι ἐμποιεῖ, καὶ τὸ αἷμα ἐνερθεῖ ποιεῖ καὶ διανύδον, καὶ τοὺς ὕπνους ἀταρξῆχος παρέρχεται. ἐπιδέχεται δὲ καὶ πλείω κρείσσον δια τὸ μάλα θερμὸς γίνεσθαι παλαιὸν. Ita vero vinum vetus est senile & canium a quibusdam vocatum est, (prius enim ab Alexide Poeta cum senè edentulo fuerat comparatum) quod etiam crudum & acerbum

vinum ex uvis acerbis & immaturis, (quæ ἰμακίνας vocatur) conflatum dicitur multi temporis progressionè vires acquirere, sicut etiam vinum quoddam Italicum initio nigrum, post multos annos factum est album, leve & delicatum: quod etiam vetus non solum ad voluptatem, verum etiam ad sanitatem accommodatius sit. Melius enim coquitur cibos: quum tenuibus constet partibus, facili distributione diffunditur in singulas corporis partes, ipsum corroborans & sanguinem commendat robore, facili digestionè, & placidos lenes & quietos conciliat somnos, & quia vetustate calefcit maxime, majorem aspicit temperationem. Hæc mihi visa sunt non parum valere ad illustrandam nostri Poetæ comparationem. Eodem quoq; spectat illa similitudo vini veteris cum antiquitate poematis, quæ est Olymp. carmine 9.

ἀντικεῖ δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον ἀνθεῖα δὲ ὕμνον νεώτερον, id est, vinum quidem vetus lauda: sed flores carminum recentiorum, & appetitùs sic enuncietur: ut vinum vetus anteponis novo: sic poema recens anteponas veteri, qui locus mirè in modum consentit cum hoc nostri Poetæ, nisi quoddam adversariùs diceret epitheta hinc debere sibi respondere vetus unius veteri alterius, ut novum novo. Comendatur etiam vinum vetustate Odysl. β. κ. γ. quod Euryclea servabat in reditu Ulyssis & Nestor appofuit Telemæho.

Achivis unctis. J. Græcè, ἐλαιοβρόχοις καὶ ἐλαιοχρῆσις καὶ ἐλαίου μεμῆται: undè οἱ ἀλεῖται, qui oleo ungebant luctantium corpora, tum ad comprehensionem antagonistarum eludendam, tum ad nervos corroborandos & molliendos ne vel frangerentur, vel certè torquerentur. Illud autem quo per ungi solebant athletæ, Græci vocat τὸ κήραμα, & definiunt unguentum quod fit ex cera oleo subacta: quo peruncti aspergebantur in super albida terra & pertenui, quam Martial. Græcè ἀρὴν vocat, & flavescit haphæ. eamque ferunt valere ad firmanda luctantiù membra, contra æstus & algores. de quo Statius, Postquam oleo gavisa cutis petit æquor uterq;

Procurfu medicum, atq; hausta vestitur arenâ
Tum madidos artus alterno pulvere siccant.

Quoniam autem uno genere certaminis dicit Romanos præstare Græcis: ego tamen puto de reliquis partibus artis Gymnasticæ: quæ ratio erat corporis exercendi: & τὸ πῶν ἀθλον quinquertium intelligendum, πηγίμων, δρόμων, ἀλμυροδρόμων, πάλιν. in quibus præ Græcis ita excelluerunt ut præstantissimi fuerint, & tales habiti sint athletæ & certantes, id est, παλαιῖαι, δρομῆς, πύλαι, δισκοβόλοι, ἀλκιδὸς, πάστρηται sive luctatores, cursores, pugiles, disci jaculatores saltatores. Huc pertinet quod scribit Suet. in Oct. c. 45. Augustus spectavit studiosissimè pugiles & maxime Latinos, non legitimos atq; ordinarios modò, quos etiam committere cum Græcis solebat, se & catervarios oppidanos inter angustias virorum pugnantem temerè & sine arte. Præter Gymnasticam tres aliæ artes recensentur 8. Polit. Aristot. Grammatica. Musica & pictura, quas adolescentibus in Græcia tradebant.

Luctamur doctis.] Qui τὸ luctari exponit per πικρὸν ἔιν Græcum, errant. est enim τὸ πῶν μάχεσθαι vel conjunctè πύμαχον τὸ ἀγωνίσματος γένος τὸ παλαιὸν μάχης διάφορον. & Lector poterat cognoscere ex colloquio Achillis & Nestoris l. 2. d. 4. adversum: Αὐτὸς ἔγερ πύμαχιστος, ἔδὲ παλαιόντι. i. Gratis do, non enim cæsu pugnabis, neq; luctaberis &c. Hoc videtur referendū ad id quod annotavimus in Rhet. Odes 8. lib. 1. & in Gram. Epist. lib. 1. ad verba: sine pulvere palmae, de inunctis vincens perunctos & pulvere cōspersos. ἀρετὴ δὲ παλαιῶν κρείσσον δοαῖ παρὲς τὸ τὰ σκελεθλίβειν κατέχεν. Vis palastrica videtur sita in cruribus. cōprimendis: firmiterq; continendis: quod pertinet descriptio formosi adolescentis, quæ est libro primo Rhetor. Aristot. ἴνα μὲν καλῶς τὸ παρὲς τὸς πόδας χροῖσι μὲν ἔχειν τὸ σῶμα in eo cernitur adolescentis pulcritudo, ut ipse habeat corpus ad labores

labores sustinendos factum. ne in cursu vel lucta membrorum defatigatione deficiat, sed antipalium suum prosternere, aut quasi ex ipsius statu d. jicere possit, pentathlonus quæ tandem evadit. Sed quid hic dico *πενταθλος*, quæ de uno tantum certaminis genere sermo habeatur, luctatione? dicitur ergo *παγκρατίας ἀπό τῆ παγκρατίας*, quod est genus ludi gymnici: ubi totius corporis nisu, magnoque collectarum virium molimine incumbitur *εἰς τὸ πλῆ, τῆ ἀντιπάλου κεραιῶν κερταίων ἀπὸ τοῦ ἑδαφίου καὶ πεδαλίου τὸ ἀντιπάλου σάμα*. i. ad illidendum caput colluctatoris solo, aut corpus illius ad terram affligendum & nobis substernendum: *ὅταν χερσὶ τε καὶ ποσὶ καὶ πάλῃ τῆς ἰχθύος ῥομῆ ἀντιπάλου πρὸς πένταθλον δὲ*. quod nonnulli Latini appellant *Quinquertium*, constat e quinque certandi generibus, lucta, pugilatu, sive cæstu, cursu, saltu, disco.

Quotus annus. [Id est, quot anni requirantur ad antiquitatis titulum libris & scriptis indendum: vel quoto anno poemata possint sibi vetustatis nomen, tanquam precium & indicium bonitatis, asilumere. Quid autem sit arrogare diximus O. 1. 4. lib. 4. in hunc locum:

*Fortuna lustrum prospera tertio
Belli secundo reddidit exitus,
Laudemq; & optatum peractis
Imperius decus arrogabit.*

Annos decedit.] Est hic præteriti temporis, pro quo decessit annos ab hinc centum e vita, id Cicero per casum sextum enunciauit in Orat. 10. Rosc. Comædo eodem verbo usus: *Roscium cum Fannio decidisse ab hinc annis quindecim*, quod rariùs facit: nam 4. in Verrem dicit: *Horum pater ab hinc duos & viginti annos mortuus est*, ubi Grammatici censent ellipsin esse præpositionis, ante *venustam*. Præterea utrobique verbum sumitur absolute pro mori, sicut ejusdem simplex, cado, ut lib. 3. Ode 16. *si tenet plenus cadit hircus anno*, id est, mactatur & immolatur. Sic Plautus in Amphyt. *crebri hostes cadunt*, id est, interficiuntur.

Excludat.] Definitio temporis & constitutus terminus dirimat item & controversiam & componat. Id videtur Galli procuratores fore reddere, *assignatione de tempore metela cause hors de proces & de bat*.

Jurgia.] Jurgium videtur dici quasi juragium, quum quis agit jure & litigat sed Grammatici quidam volunt alterum differre hoc ab altero, ut jurgium oriatur inter conjunctos vel propinquitatis vel benevolentia vinculo, hocque Nonius faciat levius lite quæ existit inter alienos. Ad prius videtur pertinere illud Ciceronis in Lælio, *Cavendum, ne in gravi inimicitias convertant se amicitia, e quibus jurgia, male dicta, contumelia gignuntur*: ejusdem ferè sunt hæc geminata apud Homerum *νεῖκος & εἶς*, *ῥιχα & contentio*, notionis: quorum videtur flexum *παρὰ τὸ μὴ εἶεν*, quod non cedat *φιλονεικος*, *juris* *ῥομῆ*, *φιλονεικος*, cupidus obijurgandi.

Interponitur.] Anastrophe est præpositionis proponetur inter veteres, pro quo jam bis dixit, referetur inter veteres.

Utor permissis.] Libenter accipio quod mihi permittis, id est, istam antiquitatis descriptionem, quæ uno vel mense vel anno sit infra centum. Pro participio *permissis* potuisset usurpari nomen receptum, *permissio* vel *permissus*, quæ concessus & concessio, consensio & consensus, discessio & discessus, invitatio & invitatus, & similia.

Caudeq;. [Id est, quod ea deducis de centum principe summa vetustatis unum atque alterum ad nihil tandem illa reduceretur, ut densi pilæ caudæ equinæ paulatim & singulatim evellendo ad glabritiem & expilationem reddere solent: quam allusionem facile potes percipere e vita Sertorii apud Plutarchum: ubi Sertorius docuit Barbaros Africanos militiae rudes ingenium in bello plus

posse, quam vites, propositis binis equis habitus omnino contrarii, & binis hominibus planè etiam dissimilis constitutionis. uter citius evulsisset pilos caudæ sibi propositæ: homo macer & imbecillus arte & ingenii acumine caudam pilosam habitioris equi reddidit prius glabram & depilem, quam alter homo obesus & robustus caudam ratam equi malè habitii: quod hic unà vulsura id facere tentasset: ille verò variâ & multiplici paulatim & singulatim. Demo autem proprie est minutatim & gradatim detraho de toto: ut Cic. 5. Verr. *Demit de capite medimna sexcenta*, & Livius 7. *equæ imprensus postulatū fuit, ut de stipendio equitum araderetur*.

Dum cadit.] Dum ille æstimator boni carminis e multitudinem annorum sit ludibrio per illam temporis inconstantem diminutionem, & levis culpæ concessionis tandem convictus teneatur. Ex factis significantur annales, & ex his supputatio quædam annorum. De hac voce dictum est Sat., l. 1. sicut de Libitina Od. ult. l. 3. & Sat. 6. l. 2.

Libitina.] Id est, quod morti addixit, idque jam diu vitæ defunctum est.

Ennius.] Hæc descriptio Ennii mirè sententiam Philectici cujusdam in præfationem Dialogi de Senectute infirmit, qui interpretatur hæc verba: *Ille vir haud magnæ in re, id est, Ennius non magnæ fuit sapientiæ, quod Betulejus animadvertit & refutavit*.

Critici.] Hæc vox defleitur a *κρίσις* & hæc a *κρίνω*, quod est cum defectu aliquid judico. Itaque *κριτικός* definitur *ὁ γρηγορῶς ἀκριβῶς*, & Grammaticus exquisitoris doctrinæ, aduersus præsertim interlinendos, qualem Lucian. lib. de saltatione describit: *ἐπὶ δὲ κριτικὸν τε ποιημάτων καὶ ἀσμάτων καὶ μελῶν τῶν ἀρίστων διαγνωτικὸν, καὶ τῶν καλῶς πεποιημένων ἐλεγκτικόν*. Præterea censorum poematum & cantilenarum & de modis optimis peritum dijudicandi, & pravè facta rationibus coaugendi, quales memorentur Aristarchus, Aristophanes Grammaticus & Metius Tarpæ. Eustathius in Iliad β. ad vers. *Στῆπον δὲ ἄγων ἴσθδω αἰών ἰσχυροτάτα γαλαρροῖσι. Στασις δὲ ἡται (naves) ubi Atheniensium stabant phalanges*. Hæc annorat, velut descriptione declarans *τὸς κριτικὸς ἀνὰ ἀρίστοι τοῖς κριτικῶς ἢ τοῖς ἀπὸ τῆς ἑπὶ τῆς κριτικῆς εἰρηνοῦς κατὰ τὴν γρηγορῶς καὶ ἀκριβῶς εἰδοῦς κριτικὸν τὰ ποιήματα*. i. non placet Criticis sic verbum *paren. hæs. intercludendum*, Criticos appellans eos, quo ex instituto Grammatica nonunt iudicium facere de poematum constitutione quorum genere dicitur Aristarchus *primas tulisse*. Quamvis Ovidius videatur ipsius *ἀσδοκίαν* derisisse, l. 3. de Ponto eleg 9 ad Brutum.

*Scribentem jura ipsi favor, minuitq; laborem,
Cumq; suo crescens pectore seruet opus,
Corrigere at rarioros est n. agis ardua, quam iudicium
Magnus Aristarcho major Homerus erat.*

Somnia.] Ennius dicitur inscripsisse suum quod iam opus *περὶ τῆς ἀληθινῆς*, de nomine Epicharmi Pythagorici Poetæ, ubi scripsit hoc sibi accidisse somnianti, *ante videbar somnare ego me esse mortuum*: ad quod somnium Horatius videtur Jos Scaligero hic alluisse. Alterius autè somni meminit Ennius 1. Annal. ubi scribit, *Hometum sibi apparuisse*:

*—V. sus Homerus adesse Poeta.
de quo sic fecit Lucretius.
Unde sibi exortum semper florentis Homeri.
Commemorat speciem.*

subjicit Scaliger: in eo somno narrabat Homerus Ennio animam suâ mutatâ in pavonè, deinde ita mutatâ in Ennii corpus insinuasse, cujus meminit quoq; Propertius. e Pythagora aut hujusmodi est fabula. Hic Philosophus memoratur *παλαγγεσίας*, induxisse, id est, quæ ex unius corporis custodia migrasset, ipsius animâ transfundi in alteri corpus

Corpus, idq; ex seipso confirmabat. Nam se primū dice-
bat Euphorbiū: deinde pavonē, pōst Pythagorā fuisse fa-
ctum, inde in corpus Homeri & Ennii migrasse. Hæc au-
tem metempsychosis declaratur 15. Metamorph.

*Corpora sive rogis flamma, seu tæbe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.
Morte carent anima, semperq; priore relicta
Sede, novis domibus vivunt habitantq; receptæ.
Ipse ego (nam memini) Trojam tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui corpora quondam,
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Aridis.
Cognovi clypeum leve gestamina nostræ
Næper Abanteis templo Junonis in Argis.*

Eandem quoq; declaravimus Ode 28. l. 1. cuius præterea
firmamentum Sat. 6. Perfit:

*Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides quæntus pavone ex Pythogoro.*

Incidit autē Ennius in hanc cogitationē Homericæ simi-
litudinis ex acerrimo studio accuratq; lectione, medita-
tione, & imitatione hujus Poetæ: cui se totū effingebat: &
ad virtutes ipsius imitandis cōformabat: *Fit enim fere, ait*

*Cic. in som. Scip. ut cogitationes sermonesq; nostri pariant
in somno aliquid tale, quale de Homero scribit Ennius, de
quo videlicet sepissime vigilans solebat cogitare & loqui.*

Præterea de Ennio vide Cic. 6. de Rep. item in Bruto &
Lucret. l. 1. de causis præterea somni Socrates apud Plato-
nē l. 4. de Rep. sic magnificè philosophatur: quia Cic. l. 1. de

divinatione interpretatus, *Quum dormientibus ea pars a-*

nimi, quæ mentis ac rationis particeps sit, sopita langueat:

illa autem, in qua fertitas quedam sit atq; agrestis immani-

tas, quum sit immoderato obstupescit a potu atq; passu, exul-

tare eam in somno, immoderateq; jactari: Itaq; huic omnia

visa obijciuntur a mente & ratione vacua, ut cum matre

corpus misere videamur, ut cū quovis alio homine, vel Deo,

sepe bella, atq; etiam trucidare aliquem & impie cruenta-

ri, multaq; facere impure ac tæte cum temeritate atq; im-

pendentia. At qui salubri, moderato cultu, atq; victu quieti se

tradiderit, eâ parte animi, quæ mentis & consilii est, agit atq;

etereceta, saturat atq; bonarum cogitationum epulis, eaq; par-

te animi, quæ voluptate alitur, nec inopiâ cuncta, nec satie-

tate affluenti, quorum utrumq; perstringere mētis acie solet,

sive decet natura quippiam, sive abundat, atq; affluit. Illâ

etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedita-

ta atq; restincta; tum eveniet, duabus animi partibus teme-

rarius cōpressis, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat:

& se vegetam ad somniandum acromq; præbeat: tum ei visa

quietis occurrent tranquilla, atq; veracis. Hæc verba ex

ipso Platone expressi, verba autem, Promissa & somnia Py-

thagoræ ponuntur & in d. d. d. pro promissa somni Pytha-

gorici: cuius vocis Pythagoras ratio repetenda est & Gram-

& Epod. 15.

Nævius in manibus.] Hujus nominis fuit Sat. 2. l. 2. alter

dictus simplex & ineptè luxuriosus: sed talè hic non equi-

dem puto intelligendam: quin potiùs pro hoc Nævius le-

gendum, sicut rectè Janus Dauza observavit, judicans il-

libidē de Accio etiā Tragico, cui tribuit, ut Pacuvio, gravi-
tatem sententiarum, pondus verborum, & auctoritatē per-
sonarum. Ibidē de Afranio: qui rogatus excellit. Minam non
inquinasset argumenta puerorum sedis amoribus mores su-
os passus: Itē de Menandro, qui vel unus meo quidem iudicio
diligenter lectus ad cuncta, quæ præcipimus, effingenda suf-
ficiat: ita omnem vitæ imaginem expressit, tanta in eo inve-
niendi copia & eloquendi facultas: ita est omnibus rebus,
personis, affectibus accommodatus. Itē de tribus Comicis

Latinis, in Comædia maxime claudicamus, licet Varro di-
cat Masas Aclii Stoloni sententia Plautino sermone loquu-
tur as fuisse, si Latine loqui vellent: licet Ceciliū veteres
laudibus ferant: licet Terentii scripta ad Scipionem Africa-
num referantur, quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima
& plus adhuc habitura gratiæ, si intra versus trimetros
stetissent. Nihil de Epicharmo hic Censor dicit: sed ta-
men alii ferunt hunc Comicum Poetam Siculum & Phi-
losophum Pythagoræ discipulum fuisse. Hæc est Fabii
Quintiliani sententia de his Poetis cum illa nostri Poetæ
comparata, de quibus vide etiam Ciceronis sententiam
partim libro primo & tertio de Orat. partim in Bruto,
quorum tam Græcorum, quàm Latinorum versus passim
apud Ciceronem citati leguntur.

Ad exemplar.] Non puto aliud hic significari, atque in
Hecy. Terentii Act. Sc. 2. ver. 88. ad exemplum amborum
more earum existimans: ubi Donat. interpretatur, quasi ad
imaginem & collationem & speciem comparationis - ut
Plautus dicit, aliquid ad exemplum fieri.

Terentius arte.] Donat. in vers. 64. Act. 1. Sc. Hecy. ci-
tat hunc locū: Argumenta, inquit, in conjecturam necessa-
rio posita, quibus Terentius ex utraq; parte disputans, to-
mā purgat: ne quis illum stulte hæc posuisse iudicaret,
Hæc enim meretrix tarde credit argumentis Parmenonis,
ne ab ipso vincatur: hinc est, quod ait Horatius, vincere Ce-
cilius gravitate, Terentius arte: undè puto to arte, hic so-
nare vim logicæ prudentiæ, quæ Terentius, ut orationis
puritate, creditur alii præstitisse. Quod si ita, iudicium
Servii de Terentio non est integre factum in vers. Aenei. 1.

Talibus incusat, grossumq; ad mœnia tendit.
id est, redarguit. Incusare propriè est superiorem arguere,
ut in Terentio pater ad filium, Quid me incusas, Clitopho?
Accusare verò vel parem, vel inferiorem, ut in eodem ad
maritū vxor, me miseram, quæ, nunc quam ob causam ac-
cuser, nescit: & hoc proprietatis est: licet usus ista malè
cōrumpat. Sciendum tamen est Terentium propter so-
lam proprietatem omnibus Comicis esse propositum:
quibus est, quantum ad cætera spectat, inferior. Hic
Servius bis a recto iudicio aberrat, & quod ar-
tis, quæ plurimum eum valuisse Horatius scribit,
gloriam prætermiserit: quod putarit to incusare so-
lum esse superiorem arguere, non etiam inferi-
orem sine vitio corrupti sermonis, cuius sic fecit reum
C. Jul. Cæsarem lib. 7. com. omnium ordinum ad-
hibuit ad, id consilium centurionibus vehementer eos in-
cusavit. Hic Cæsar superior incusat milites inferio-
res, id est, reprehendit nullo discrimine. Sed de Cæ-
cilio quid Agel. senserit, audi ex ipsius lib. 2. cap. 23.
postquam in manus Menander venit a principio statim,
Du boni quantum stupere atque frigere, quantum nutare
a Menandro Cecilius visus est. Sed, si vera est distin-
ctio Grammaticorum inter gravitatem & constantiam,
ut illa sit sententiarum, hæc actionum, & gravis homo sit,
qui, quod sum sit tuendum, non facillè de eo mutet sen-
tentiam, sed idem sentit, & vult semper: & constans, qui
semper idem facit, hoc, inquam, posito, non parvi facien-
dus est. De Menandro sic Plin. scribit l. 30. c. 1. eum litera-
rium subulit at sine amulo genitum. Dicitur autem & Me-
nander & Menandrus in recto. Propert. l. 3. Eleg. 21.

5

10

15

20

25

30

35

40

45

50

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

160

165

170

Librorumque tuos docti Menandri tuos.

& Ovidius;

Dans felle servus, datus pater, improba letitia

Vix erit, et meretrix blandi; Menandrus erit.

Hos ed. scit.] In memoria mandat, ut Cicero loquitur A- 5
cadem. 4. ediscendus ad verbum libellus.

Supata.] I. clausa & circumdata densa spectatorum
frequentia ita Epist. 19. l. 1. spissa theatra vocavit, spissis in-
digna theatris. Gall. ou le monde est ben fonie & presse. Hoc
quidem potest quantum sit cognosci ex historia & oratio- 10
ne prima Demosthen. Olynthiaca, ubi agitur de pecunia
theatrali in usum militarem restituenda, ut au. iusta O-
lynthiis obsidione Philippi regis Mac. don. lab. rant bus
feratur. Tanta enim fu. ttunc spectatatum turba ut mu-
tuus sese plagis ac vulneribus conficerent ad sedes illic oc-
cupandas.

Liv.] Apocope est pro Livii Andronici: de quo T.
Liv. l. 7. sub initium & Cic. in Brutofcribit, Livianus fabu-
las non satis esse dignas, quae iterum legantur. Eusebius
tamen in Chronice narrat. Livium Andronicum Poetam 20
fuisse a M. Livio Salinatore in libertatem vind. catum,
quod ipse filius eruditus. Addit Cic. l. 1. Tusc. & in Bru-
to primum docuisse Romae C. Claudio Cæcilio & M.
Tuditano Coss. fabulam anno ipso, antequam natus est
Ennius, post conditam Urbem 410. Adem de eodem tradit
Agel. l. 17. c. ult. hisce verbis: Cum Pœtus facta pace, Coss. Cl.
Centione Appu Cæcilio, & M. Sempronio Tuditano, prim.
omnium Tir. Livius Poeta fabulas docere Romae cepit, post
Sophoclis & Euripidis mortem anno plus fere centum &
sexaginta: post Menandri, annis circiter quinquaginta
duobus.

Est, ubi peccet.] In Grammaticis Od. l. 1. hæc phras
fused est notata ad illa: sunt, quos.

Nimis antiquè.] Hoc videtur interpretatio τὸν ἀρχαι-
νὸς ἢ ἀρχαίος, id est, παρχμερὶς σοφία, pingui Minervâ,
imperitè, & tanquam diceret, ruditer, vel sine artificio &
venustate, quemadmodum de lectis Archaicis Epist. 5. in-
dicatum fuit.

Durè dicere.] Intelligit aut versus affectatâ difficul-
tatis ex pluribus asperimè coeuntibus inter se syllabis ca-
tenatos, ac velut confragosos, aut verb. duriter modifi-
cata: quæ vitanda sunt omnia: ut Hetmogenes ἀειδίον
ἐπίτηρ & docet & Cicero. Donat. in And Act. 1. Sc. 1. ad ver-
sum: primum hæc pudicè vitam parçè ac duriter agebat,
annotat, hoc contrarationem regulæ deflexum. Debit
enim dicere dure, ab eo, quod est durus: est tamen differen-
tia. Duriter enim est sine sensu laboris, &, ut dicitur in
Adel. Act. 4. Sc. 5. quasi durâ mente ac inflexibili & rigidâ,
quod Græci dicunt, ἀτενὲς, διὰ τὴν ἐπιτακίαν sine remissione
contentionis, quanquam de immito visu ferè usu petur,
& his verbis astruatur, βλεπέων καὶ δρῶν ἀτενὲς ἢ ἀτενὸς, im-
motus oculus in tuere. Durè autem & duriter sic se habent
ut illud ad laborem, hoc ad sævitiam referatur sed durè
ad alterum: duriter in nos aliquid facimus. Non dissimi-
lis est observatio τὸν humanè, humaniter, & humanitus.
Epist. sequenti ad l. cum humanè commoda. Ignavè &
ignaviter pro eodem dicuntur ut Cic. ad Attic. l. 15. Epist.
6. An ego, quam omnes caleant, id est, acriter in rebus agen-
dis occupentur, ignaviter aliquid faciam? Idem 2. Tuscul.
nequid timide nequid ignave ac multibriter faciamus,
quod Græcè dicitur ἐποσούρωτος καὶ παδύρωτος, perfunctorie,
segniter supinè, oscitanter. Vim hujus vocis intelliges fa-
cile ex his, quæ annotavi in vers. Epist. l. 1. 1. Constatum
ignaviter agendi.

Mecum facit.] Sentit idem mecum, ut Epist. proximè
sequenti loquetur.

Aequo Jove.] Verissimè, æquissimè & integerrimè ju-
dicat. Nomine Jovis arbitrator eum hic intelligi judicem,

quem Agel. sic describit l. 14. c. 4. verbis Chryssippi, ut sit
gravis, sanctus, severus, incorruptus, inadulabilis, contraq;
improbos, nocentesq; immisericos, atq; inexorabilis, ere-
ditusq; ardens, ac potens, v. & majestate æquitatis, veri-
tatisq; terrificus. Nequemih. placet interpretatio alio-
rum, qui ad speciem adagii referunt, ut valeat, non irato
Deo Jove, sicut dixit Sat. l. 3. iratus natus Diis, neque et-
iam illa, quæ tribuit æquitatem jura & leges planetæ Jo-
vis.

Non insector.] Syntaxis τὸ ἐquidem est ferè cum ver-
bis primæ personæ singularis, ut ipsius junctura videtur po-
stulare, quo modo Virgilius in Tityro construxit, non equi-
dem in v. deo. Sic Satyrâ primâ lib. 2.

Equidem nihil hinc diffidere possum. & 5 ejusdem
Dixi equidem. & 6. ejusdem: nil quidem audio, Reperi-
tur etiam cum primâ plurali perf. in Phor. Act. 3. Scen. 1.
Equidem here, nos jam audum hic te absentem in v. jamus,
qui abieris.

Orbilus.] Fuit hic Orbilius præceptor Horatii. Cur
autem plagis auditoribus inferendi delectaretur, Suetoni-
us de illustribus Grammaticis affert causam: Fuit, ait,
nature acerbè non modo in Antisophistas, quos omnis sermo-
ne laceravit, sed etiam in discipulos, ut Horatius significat.
Plagosum enim appellavit. Equatis fuit Cicetonis ac fe-
rè centenarius vixit longo antè tempore memoriâ priva-
tus.

Plagosum.] hoc epithetum ἐπερὶ πλοῦτος est sumendum,
ut Græcum πλοῦτος pro eo, qui facultate præditus feriè-
di graves alte i plagas infligit. Gallice, en grand fessene
& fætere. Interdum πλοῦτος, ut dorsum plagosum, vortov
σφῶδα πλοῦτος. i. virgis ac loris vehementer ustum. Gall.
fort fonelte. His autè verbis, miror emendatâ videri mode-
stè Poeta superius judicium de præstantia veteris poematis
improbat, tanquam diceretur, non mihi ista opinio po-
test ullo modo probari

Exactis.] I. ab exquisitis & perfectis minimè differe-
ntia, & propemodum his æqualia. Hæc quidem inter-
pretatio respicit ad significationem verbi exgere, quod est
perficere. ut Ode ult. l. 3. sumitur: Exegi monumentum, et c.
perfecti: sed quia de vetustate poematis hic agitur, viderè-
tur hoc sumendum ab altera significatione ejusdem ver-
bi, quæ est traducere & transigere annos, tempus, ætatè.

Itaque exacta carmina dicentur, quæ sunt ætatis
exactæ & præcise temporis, atque ἐξ ἀκρίβει eximia & ex-
quisita, &, ut dicit, sanctum est vetus poema. Monui equi-
dem sæpè de hac syntaxi Poetica verborum dissensionis
& distantia cum tertio casu pro sexto oratorio.

Ducit.] Festus pro notatione pretii & existimationis in-
clinat hoc verbum a Græco δουκῶ. Gall. hoc redderes, il-
50 prise excessivement et avec jactance.

Indignor.] Ægrè fero quod meum poemâ fo. um con-
temnatur propter novitatem, non ob inelegantem & in-
venustam, illèpidamq; compositionem. De hoc & indi-
gnatione lege notas in Epod. 4.

Fabula Atia.] Hujus meminit Festus in descriptione
Attarum, qui sic appellantur, quia propter vitium pedum
aut crurum plantis insistunt, & attingunt magis terram
(Hoc autem verbum e Donato Act. 2. Sc. 1. Adel. sonat
velut uno digito & leniter tangere) quam ambulante: qua-
lem ferè descriptionem affert diligentissimus Festi castiga-
tor e glossario ἀττα ἢ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενοι & περιπατεῖν qui
summis pedum articulis incedit, quo uno verbo etiam
Græcè dicitur ἀποβατεῖν & ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ ποδός. Indè
cognomen Attæ Quinto vel Quintio Poetæ ad hæc sit. Fa-
bula verò Attæ fuit Tragedia vel Comædia togata no-
mine Matertera ab hoc scripra: qui profecit nomine
Matertera notanduserat: quod ver. bosius æquo genera-
florum illic censeret. Nec minus spectatores reprehendi-
dendi

dendi erant, qui tantum actione & pronuntiatione histrionum moverentur, non autem gravium sententiarum dignitate, verborum pondere & numero orationis afficerentur. Cujus fabulae ambulatio, id est, actio, vel potius ipsi actores & histriones allusionem habent ad cognomen auctoris. Hi enim histriones inter actionem in scena croco & floribus aliis strata ambulabant. Quod autem talis esset ornatus scenae, testatur Lucetius libro secundo:

Et quum scena croco Cilici perfusa recens est.

& Ovid. l. 1. de Arte: neque crocum ad usum theatralem solum legimus adhiberi, sed etiam substerni in deliciis solitum, sicut Lamprid. narrat de Heliogabalo: *Illud sane mirum, ait, videtur, quod dicitur ab eo factum, ut de croco signa straverit, quum summos viros rogasset ad prandium, pro eorum dignitate se dicens scenum exhibere.* Sed nemini oportebat esse dubium, utrum recte, an non, partes suas tuerentur, quum singulis verendum esset, ne theatro cognomen impudentis referrent.

Aesopus. Hic Tragediarum actor fuit, de quo Plinius l. 10. & 35. Item Cicer. pro Sextio, & lib. Epist. ad Quint. frat.

Rofcius. Hic fuit alter actor fabularum, pro quo exstat oratio Ciceronis, cujus etiam fit mentio pro Quintio & lib. 1. de Orat. & libro primo, de Divin. & pro Archia Poeta.

Nil ducunt. Nil judicant rectum, nisi quod tale existimant. Nunquam certe Socrates, ut scribit Plato in Gorgia, ita magnifice de se sensit, quin etiam facile pateret ab aliis redargui, quam eosdem redarguere: quod Cic. imitatus est lib. 2. Tulcul. *At nos, qui sequimur probabilitate, nec ultra id, quod verisimile occurrerit, progredi possumus, & refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus:* ideoque in Orat. pro Cluent monebat: *si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis, si eam ratio convellat, ne repugnetis, eamque animis libentibus remittatis.*

Perdenda. Obliviscenda & ex animo delenda.

Saliare. Hoc carminis genus Numa Pompilius instituerat, ut Liv. l. 1. & 4. ab Urbe scribit, & Plin. l. 21. c. 3. & Cic. l. 3. de Orat. ut epularum solennium fides actibus, Saliarumque versus indicant, de quo nos etiam diximus Ode 36. lib. 1. ad haec verba: *morem in Salium.*

Mecum ignorat. In hac praepositione societatis inclusa est vis quaedam comparationis, ut valeat, non magis Saliare carmen intelligit, quam ego: vel aequum est illi signarius, atque ego: quale fuit illud antea, *facit mecum:* eodem tendit, quo ego: sicut etiam illud: *rem tecum teneo,* id est, juxta scio atque tu ipse.

Nugari. Notatum est alibi dici de eo, qui non agit quicquam.

Positis bellis. Depositis, pacatis & diremtis.

Capit. Caput animum appellere ad res ludicras & leves, & luxum ac delicias consecrari, eodem impulsu a Fortuna secundam contra adversam virtutem colere & fortiter se gerere cogitur.

Athletarum. Ratio hujus vocis modo explicata est.

Suspendit. Pictura mentem fixam tenet, atque detinet animos suspensos & occupatos spectatorum admiratione, quali fingitur Aeneas l. Aen. detineri:

*Namque sub ingenti lastrat dum singula templo,
Reginam opperiens: dum qua fortuna sit urbi,
Artificumque manus inter se operumque laborem
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas,*

Bellaque jam fama totum vulgata per orbem.

Mature plena. Mox facietate r i tantoperè prius expetita captam eam jam repudiat, & aliam cupit, Sic *plenus* uturpavit Epist. 20. li. 1.

quum plenus languet amator.

Hominem tam facile fastiosum Aristot. 2. Rhet. vocat *διμετάβολον καὶ ἀφίκορον πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, qui quod appetivit, id semel gustatum fastidit, av. diu novitatis, quo vitio praeter ceteros juvenes laborant, amata relinquere perniciter, ut ait in Epist. ad Pisones.*

Hoc paces. Haec rerum ludicarum varietas est rebus secundis & otio profecta est.

Roma. Gal. *On après plaisir long temps à Rome à faire ces beaux officiers.*

Promere. I. apertis foribus respondere jus consultoribus, qui mos Romae fuit praeteris temporibus. de quo lege Cic. lib. 1. de leg. & lib. 3. de Orat. & pro Muræni ubi scribit fores Jurisconsultorum hoc titulo notatas, *licet consulere, quod Cicero in Orat. docet pulchrum & gloriosum fuisse, loquens de Jurisconsultis, alteros respondentem audire sat erat, ut ii, qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus sibi seponerent, sed eodem tempore & discentibus.*

satisfacerent & consulentibus quod munus primis temporibus fuisse Patriciorum Dion. Halicarn. l. 2. narrat, *τὸς μὲν πατρικίους ἐδίει τοῖς ἑαυτῶν πελάταις ἐζητεῖσαι τὰ δίκαια, ὡς ἐν εἴχον ἐκείνοι τῶν ἐπισημῶν, id est, Patriciorum erat suis clientibus jus interpretari, cujus scientiam hi non tenebant.*

Expendere nummos. Hoc est, illos faenore per syngraphen, vel per sponsores, vel per praedia & pignora homini qui sit solvendo. Gal. *bailler argent à interest sous caution & obligation certaine de debtors, desquelz on est bien assuré de estre payé, & les deniers & l'argent bien assés que sententia retinet lectionem τὰς certis, ubi sunt asyndeta: qui autem malunt legere, τὰς rectis nominibus, tollunt rationem faenoris, & interpretantur debitorum fidos & amicos. cauti nummi dicuntur, de quibus per syngraphen vel pignus vel satis dationem cautum est creditori.*

Majores audire, &c. Hic repete a superiori, *daice fuit* & solenne audire majores, i. peritiores, qui docent rationem augendae rei familiaris.

Parthia. Respicit fortassis ad illorum perfidiam & induciarum iniquitatem, quibus sunt abusi Parthiad Crassum incautum opprimendum: vel ad id, quod de his dictum est Od. 19. l. 1. quemadmodum tum maxime pugnarent, quum fugere simularent. Habet quidem haec fugae simulatio quandam mendacii similitudinem, sed est potius stratagema ἢ σόφισμα στρατηγικόν, i. callidum & solers consilium militis, quam mendacium: attamen si vis est simulatione fugae convincere mendacii Parthos, expleatur sic similitudo: ut hi pugnam dissimulant fugam: sic ego multo magis dissimulo foris scripturam, quum domi apparatus calami chartae & scrinii manum imperem. Qui vero volunt ex eo Parthos arguere mendaces fuisse, quod gravissima apud eos supplicia in mendaces constituta, eorumque severissimi exequutores fuerint, ut Herodotus l. 1. narrat, eodem mihi videntur modo argumentari, quo illi, qui, ubi audierunt in aliqua civitate multos esse iudices, multos etiam medicos, inde continud efficiunt ibidem quoque esse multos injustos, multos intemperantes: ita Romani Carthaginensibus Punicam fidem, ut perfidiae notam, objicere soleant, aliisque hostibus mendacia.

Et prius orso, &c. Hic τὸ ἐμὲ mihi videtur ἀπὸ τοῦ ἰκόν, ut apud

apud Quintilianū l. 1. c. 1. Nutrices primum audiet puer: harum verba effingere imitando conabitur: & naturā tenacissimi sumus eorum, &c. sumitur, pro, nam fumus tenacissimi, &c. sic hoc loco, nam prius otto sole posco, &c. ut etiam Odez. l. 3. annotatum est in Grammaticis ad ver- sum, Mors est fugacem, &c. pro, nam: sicut etiam τὸ ἦν vau apud Hebræos sumitur interdum.

Chartas.] De charta, vide Gram. Satyr. 4. lib. 2. sub finem.

Posco.] Pro imperio, quod in famulos habeo: qualem 1 0 vim significandi notavimus in Od. 32. l. 1.

Navem.] Hæc proverbii loco dicuntur in eos, qui temerè multa solent aggredi, ad quæ prius non fuerant eruditi, qua de re sic Perlius Saty. 5.

Navim si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
Frontem.

Similiter Aristophanes in Ranis,

— Πῶς ἀνύσομαι
Ἄπειρος, ἀλλὰ τῶτ' ὄ, ἀσαλαμίνῳ
Ὡ εἶτ' ἐλάυνει, 1.

Qui, postquam sum imperitus & amari abhorreo,
Et maximè a Salamine, potero navem agere?

Quamobrem qui prapropere famam affectant poetæ, proverbio inde avocantur, δει κόπτειν ἐλάυνει μαδόνια. 1. oportet eum, qui d' dixerit, Impellere Remum: quod quia plerique non sequebantur ætate Horatij, dehis ipse conqueritur in Epist. ad Pifones,

Qui nescit versus, tamen audet fingere, quid ni?
Abrotonium.] De hac planta lege Theophras. in hist. Plant. l. 6. Diosco. l. 3. c. 29. Plin. l. 21. c. 10. & Gal. de simpl. Latinis est tam neutrius, quàm fœmini generis usitata. Lucan. l. 9.

Et larices fumòque gravem serpentibus urunt
Abrotonum & longè nascentis cornua cervi.

Græcis autem, maximèque scholiastæ Nicandri est ejus etymon δει τὸ πρὸς ὄψιν φαίνεται αἰθρὸν καὶ ἀπαλὸν, ἀλλῶς δὲ δει τὸ δυσπρὸν εἶναι, quod sit aspectus molle & delicatum: alioqui tamen tetrum & insuavem spiret odorem, Quidam tamen παρὰ τὸ εἶδος τείνειν δει malunt nominatum. 1. a molli & tenera & odore intenso extensione. eadem herba etiam auctore Dioscoride vocatur a quibusdam absinthium δει τῶν τῶν πικρῶν ὁμοιωσιν, ut vicissim hæc pro abrotono propter similitudinem amaritudinis in utraque sumitur. Etymologicus alludens ad etymum hujus vocis scribit a veteribus Græcis vocari ἀπυδίων, ὅτι ἐκ ἀπύδων ἢ δ' ὡς ἐκείνο πίνδ' ἢ πικρὸν ἢ α, 1. quod nemo illud biberit cum voluptate. propter amaritudinem. fit mentio absinthii cap. 8. apocalypsis 5 0 sub finem.

Sic indignatur Juvenalis Satyr. 1. in initio passim omnibus tam doctis, quàm indoctis scribi versus,

Exspecta eadem a summo minimoque Poeta,
quali quidem errore nostri poetæ Galli in sua lingua ho- 5 5 die tenentur.

Similes fuerūt ante Latinos & Gallos poetas querelæ Græcis, ut Pindaro Nem. eisd. Γ. 599. a. id tamen κρυφῆ facere videtur, quam canit,

— Ὅδ' ἀλλ' ἔδ' ἔμενον ἔπ' Ἀσωπίῳ
μελιγαρῶν τέκτορες
κώμων νεανίαι, σέ-
θεν ἐπαυειμένε νοι. 1.

Ad aquam enim Asopiam expectant
Iuvenes fabri hymnorum mellisonorum

Summo cum desiderio vocis tue gratiam, o Musa.

Sed ejusdem odes Erod. 4. se dissimiliter confert Pindarus cum Iuvenibus hujusmodi hymno polis, tanquàm aquam cum clamoris Gratulis.

— Ἐσίδ, αἰεὶ δὲ ὡκὺς ἐν πελαγοῖς
Ὅς ἐλαβὲν ἀπὸ τῆλ' ἠλῶθεν μελαμαίωμενος

Δαφνοῖν ἀγρὸν ποσίν.

Κραζέλαι δὲ κολοῖοι ταπεινὰ νέμονται

Sed aquila inter alites velox est:

Qua statim ex alto vestigans corripit

Maculis distinctam prædam unguibus.

Garruli autem Graculi depascuntur humilia.

Ita virgilius ecloga. 9. dissimiliter comparat cynnos & anseres in ratione cantus ad dissimilitudinè boni ac mali poetæ indicandam. hic autem versus

Cantantes sublimè ferent ad sidera cicni.

ad bonum pertinet arguendum poetam, ut, qui sequitur, ad malum,

— Sed argutos inter strepere anser olores

Sic noster vates odez. li. 4. Pindarum appellavit *Dircæum*

5 1 *Cicnum* Sed gravius idem Invehitur in poetastro suo temporis Levi laborantes Infantiâ nō nominis poetici, atque idfacit cum hac Imprecatione sub finem epistolæ tertiæ sequentis sub persona poetastri, *Occupet extremum scabies!*

2 0 *Tractant fabrilia.*] Hic sumendum est verbū *tractāt*, ut in prologo Phorm. ad vers.

in medio omnibus

Palmam esse positam, qui artem tractant musicam. 1. qui ex exercent.

2 5 *Hic error.*] 1. Hæc immodica scribēdi cupiditas acerrimūque studium quantum valeat, cognosce mecum & judica. *Collige.*] De hoc verbo dixi in Rhet. Sat. 1. l. 2.

Non temerè.] Id est non facile, vix, nec sine justa causa parcat aliquando seis rebus.

3 0 *Incogitat.*] Quod Græci dicunt, ἐκ ἐπιβουλεύει τῷ νερανῶ λόγον ἢ κενὴν ἀπειρὴν βουλεύεται, ἢ τὸν μινδῖνα ὄραρον εὐρελεῖ. Hom. O' δ' οὐκ ἔστι. pro quo Ter. Andr. Act. 5. Sc. 3. dicit, *adolescens utulos imperios rerum in fraudem illicere.* non cōmoltitur dolum pupillo, vel illum fraudare & fallere impro-

3 5 *bisimè non cogitat*, qui in tutelam pervenit, ut loquitur Cic. pro Rosc. Comædo *Pro cogitare fraudem* Propertius dicit, componere fallacias alieui & damnum illi ferre, ut *fraus* sæpè significat. Vox quidem *pupillus*, est δει ὁ πο-κοεισικός duplici diminutione affecta. Nam primigenium est, pupus, qui est infans parvulus & tenellus: undè pupulus & hinc rursus pupillus, cujus definitionem pete a Jureconsultis. Vox autem Græca ὄραρον respondens Latinæ sic definitur ab Helychio, ὁ ἢ γονῶν ἢ τέκνων ἐστρεφόμενος, qui

4 0 *orbis est vel parentibus vel liberis.*
4 5 *Vivit siliquis.*] Quia siliqua tam dici solet de arbore quadam, quàm de ipsius fructu, folliculo & integumento leguminum. sic hoc loco nominis ambiguitatem distinguimus, ut de fructu hujus arbotis interpretemur, quem Græci quidem communiter τὸ κεράτιον appellant Sed Galenus etiam auctor est κεράτιον nominari: cujus fructus æquat longitudine, curvata tamen, digitos hominis, latitudine pollicem: estque gustu dulcis, sed concoctu difficilis maloque succo præditus. Tales autem siliquas Græci posteriores appellant ἔυλοκῆρατα. Plin. tamen lib. 15. cap. 24. scribit eas habere succum casia.

Pane secundo.] Ellipsis est prapositionis, ut Od. 16. l. 2. dixit, *parvo vivitur bene*, sed Ovip. l. 1. Metam. *vivitur ex rapto*, & Cic. Epist. 17. l. 9. ad fam. Pap. *Pætum de lucro propè jam quadiennium vivimus.* Appellat autem *lucrum*, quodd esset adhuc superstes anno belli civilis quarto, quum jam primo ejusdem mori debuisset. Panis secundarius dicitur rationi pimarum panis, qui conficitur e pol- line, id est flore tritici & multo fufure, quem Galli nominant, *Pain bis*, ou gros pain, non multum distantem ab eo, quem Græci vocant αὐτό πυρον. Est etiam panis tertiæ ordinis, qui dicitur panis acerosus, ubi multum paleæ & fufuris est permistum, quo canes aluntur. Præterea panis nomen invenit à pascendo, ut tradunt Grammatici vox autem Græca ἄστος deflectitur, ab Etymologico πῦρ τὸ αἶσθω,

5 5 *5 5*

6 0 *6 0*

6 5 *6 5*

6 5 *6 5*

6 5 *6 5*

ἄριστος, τὸ ἀριστότερον, ὃ καὶ ἐκάστω τῷ σώματι ἡμῶν ἀριστοτέρο-
μενος, δυσκοπέριστος ἐπ' ἐκκόλλησιν καὶ αἰσίο. i. ab offerendo & admo-
rando corpori nostro cibo bis in canistro probe orbiculato su-
bactō. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀρεῖν καὶ κοπιῆσαι τὴν δυνάμιν. i. vel à suble-
vandafacultate nature. Hæbri nomine generali quic-
quid mandēdo comedimus, & dentibus, Incidimus, ἡ
Lehem vocant, à radice ἡlaham comedit Ex his perspicias,
quàm parce, quàm duriter hic vitam toleret.

Militia.] Hic casus potest esse dandi, vel adverbium
loci: quod si legeretur in sexto casu, militia, videretur si-
milis Hellenismus illi Cornelii Taciti bonus militiā, lo-
quentis de M. Agrippa, ut locū protulimus Od. 6. l. 1. Quo
modo etiam Lucanus dicit, optimus bello, nec mihi vide-
retur aliena hæc lectio, præsertim quum noster Poeta nõ
minùs familiariter utatur Hellenismis, quā historicus ille.

Piger & malus.] Non equidem hic malus velim omni-
no interpretari de improbo & scelerato homine, sed de ab-
jecto, ignavo, timido, & inutili: quales vocant Græci τα-
πίνοις, ῥαθύμοις, δειλοῖς, ἀργείοις

Utilis.] Ellipsis est discretivæ tamen, & declaratio prior-
is commatis. Itaq; sic explico: hic Poeta, quamquã est ma-
lus militiæ, id est, non aptus ad militiam, est tamen utilis
Urbi. Cic. alter à synchisi in Catone majore dicit multas ad-
res libri Xenophontis sunt utiles.

Si das.] I. si concedis & fateris,
Torquet.] I. avertit avres pueri a turpiloquio & facit
ne attendat animum ad resturpes, sed illum imbuit præ-
ceptis & institutis.

Asperitates.] I. Corrigit rusticos illius pueri & inconcin-
nos mores, invidiam, iram: narrat illi res præclarè gestas,
& ex illarum exemplis eum erudit ad provisionem tem-
poris futuri.

Castis.] Cujus institutionis exempla petenda sunt ex utro-
que carmine sæculari.

Puella.] I. nondū viro locata, innupta, nec cõnubio jũcta,
Gr. ἀνύμφη, ἢ ἀγαμέμνη, τὸ δεσμοῦ τὸ γάμου οὐκ ἔχουσα, ἢ ἀνύμφη.

Præsentia.] Sic Virg. Georg. 1. & in Tityro loquitur,
Et vos agrestum præsentia numina Fauni.

Nec tam præsentem alibi cognoscere Divos.
Id est propitios ad opẽ supplicib. ferendam paratos. Ideoq;
Cic. Catil. 3. utrumq; conjunxit, Tum vero Du immortia-
lu ita præsentem his temporibus opem & auxilium nobis tu-
lorum, ut eos penè oculis videre possemus Donat in Act. 2.
Sc. 2. Phormionis ad hunc versum,

Non tu hunc habeas planè præsentem Deum, sic
annotat: præsentem Dii sunt, vel qui statim præstāt vel qui
coluntur & videntur, ut Sol & Luna: alii tamen interpre-
tantur potentissimos, quos puto eò adductos, quòd lege-
rint utrumq; l. 2. de nat. Deo. Præfens ac præpotens Deum.

Impetrat, &c.] Hoc verbum fit à patrare, quod propriè
est liberis operam dare, sed inde ad quidvis arduum perfici-
endum transfertur, ut ex hoc Sallust. loco in conjuratio-
ne cognoscitur, Si Romæ socii incepte patravissent. Impe-
tare aut conjunctū notionẽ non longè recedit à simplici,
sicut Donatus in Hecy. Act. 5. Sc. 1. annotavit, videndū est
ne minùs propter irā hanc impetrè, quàm possis, ad cujusvis
rei difficultatem, ad alia negotia, quæ sunt ardua, verbum
hoc commodavit ac dedit, ut inde appareat actior cona-
tus in aliquid impetrando, quàm in exorando & obtinen-
do: sic verbum διαπέττειν usurpatur, patrare, & aliquid
contendendo effectum reddere & obtinere. Isoc. Epist. 2. 65
ad Phil. διαπέττειν τοῖς λόγοις, ἢ αὐτὸν ἐκλήθωσαν, impetrant
verbis que voluerint.

Locu plstem annum.] Quod Sophocles dicit διασπον-
θῆσθαι καὶ ἔσθαι, estatem & annum ubertate fructuum sæcun-
dum, vel διασπῶν καὶ δετνεῖαν, uberrimū eorundẽ proveniū.

Agricola præsci.] Virg. l. 1. Georg. inter otia hyemis me-
morat hujusmodi convivium celebrari solita, quia inquit,
quum hyemans ignava colonia.

Frigoribus, parto agricole plerumque fruuntur.
Mutuæque inter se leti convivium curant.

Invitat genialis hyemis curaque resolvit.

Sed Scholiastes Theocriti Idyl. 7. scribit hæc convivium &
5 festa consueffe agitari post conditas fruges in honorem
Ceretis, & τὴν θαλυσιὰν vocari παρὰ τῶν ἑλλήνων, καὶ δεοσιὰν τῶν
καρπῶν, a fecunda viridate & fertilitate fructuum vel ἀπο-
θαλλῶν, ἀραμῖς viventibus, quibus agitantur Cerealia ute-
bantur. Locus autem Idyl. est:

Ἄδ' ὀδὸς ἀδὲ θαλυσιὰς, ἢ γὰρ ἔταυροι
Ἄνερες ἀπέπληθον δαμάττει δαῖτα τελευτῶντι
Ὀλβράπαρχοι μάλ' αὖ γὰρ σφίν σφίονι μέτρω
Ἄδαμῶν Εὐκλειδῶν ἀετρήρωσιν ἀλώων

Hic Theocritus colloquitur cum Lycida Cretensi de lo-
co quem tum adibat cum Eucrito & Amynta:

Hæc via ducit nos ad festa Thalyssia: nam socii
Cereri bene ornata convivium instruunt

De suis opibus fructuum primitias offerentes: quia
Dea uberrimã

Mensurã aream ipsorum frumentis replevit

de hujusmodi sacrificiis & cõviviis Arist. l. 8. τῶν ἐθελῶν etiã
memnit: ubi cum Virg. consentit de tempore celebratio-
nis, quã ab reliquo negotio & opere agricolis esset otium

Fortè.] Puto hoc epithetum valere idem, quod Virg. di-
cit sub fin. Georg. 4. diurni arator, patiens laboris & frigo-
ris, quod etymo vocis Græcæ χέριθ' continetur, ὃ ἐχέ-
θ' τῆς ἐχέτης, τὸ ἐστὶ τῆς τῆς ἀρότῆς λαβῆς τῆς ἡλῆθῆς, καὶ ἐλεεινῆς,
qui miserè si vis adheret sive aratri, ut Epist. 2. l. 3. anno-
tatum fuit ad vers. Seditio, dolis, scelere, &c.

Parvo beati.] I. existimantes se beatè parvis rebus pos-
se vivere.

Tollurem.] Cic. 2. de Leg. hanc etiam sanxit de victima-
rum delectu, quæq; quoique Divo decora, gratæq; sint ho-
stia, providendo, paulò post subjicit: jam illud ex institutis
Pontificum et haruspicum non mutandum est, quibus
hostiis immolandum cuique Deo, cui majoribus, cui scẽ-
minis: majoribus, ut Neptuno immolatur taurus major ho-
40 stia. Robigo lactans catellus? Matrì Deim femina porca,
Liberò patri, mas, ut hircus. Quærit autem Arnobius, quæ
sit causa, cur ille tauris Deus, hædis alius honoretur aut
ovibus: hic lactantibus porcellis: alter intonsis agnis: hic
virginibus buculis: capis ille cornutis: hic sterilibus vac-
45 culis: at ille ingentibus scrophis: hic albentibus, ille atris:
alter scẽmini generis: alter verò animantib. masculinis:
plura lege l. ejusdem 7. Sed de Sylvano Ode 29. l. 3. Epod
2. ut de Genio Ode 17. l. 3. dictum fuit.

Genium.] Sic Suet. in Oct. c. 31. scribit, Augustum in-
stituisse compitales Lares ornari bis anno vernis floribus
astivis.

Ævi brevis.] Id est, quàm sis brevis καὶ βραχυχρόνιος.
sic Sat. 6. l. 2. est loquutus, vive memor, quã sis ævi brevis,
de cujus etymo rev. sæ notas Græ. ad verba, serviet æternū.

Fescennina.] Carmina Fescennina, teste Porphyrione di-
cta sunt ab oppido Ethruriæ Fescennino, undè prodierūt.
Serv. tamen in hunc versum 7. Aen.

Hi Fescenninas acies equosq; Faliscos.

Fescenninum vel Fescennina oppidum est in Campania:
ubi nuptialia inventa sunt carmina: quæ vidi. Hæc certè
vi dentur sumta è Sexto Pomp. qui scribit, Fescennini ver-
sus, qui canebantur alternis in nuptiis, ex urbe Fescennia
dicuntur allati, sive ideo dicti, quia Fascinum putabantur
arcere: & Atellanica etiam carmina nominata sunt, qui-
bus summa erat licentia nominatim quoslibet notãdi. Idẽ
interpres in versu:

Nec non Ausonii Trojã gens missa coloni
Versibus incomitis Indune risuque soluto.

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis, &c.

2. Georg. citat hunc Horatii locum & interpretatur ver-
sibus

sibus in comitis, carminibus Saturnio metro compositis, quae ad Rhythrum solum vulgares componere consueverunt: quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra & turpia fieri, quibus posset populo risus moveri: qui ea exercebant, propter vercundiae remedium adhibebant hoc, ut personas factas de arborum corticibus, Gall. *faux vi-*
sages lumeret, ne agnoscerentur Tales ludi celebrabantur Romae feris sementinis in honorem Erigones & cari: de quibus lege ibidem interpretes. Itaque lege duodecim tabularum de scenis depulsa sunt, & solis nuptiis actiumpis relicta, ut meminit Catullus in nuptiis Juliae.

Non diu taceat procax

Fescennina loquutio.

& Liv. l. 7. Ann. *Hac conviciosi carminis origo fuit à rusticis & villicis in Italia, qui vetusto Graecia more peractis sacris post messem sibi gratulabatur in vicem de ubertate anni, non abstinentes à mutuis quibusdam facetis dictis sed postea, ut res decentius ageretur & major risus concitaretur, magisque imitatio probaretur, persona Satyrorum indulte sunt.*

Revertente. Pro hoc dixit *enikos* ode 8. lib. 3. *Hic dies anno redeunte factus quasi anniversarius, in quem versum nota indicabunt, quomodo talis, annus Graeci nominetur epist. 10.*

Ire impunè, &c. Pro hoc Terent. dicit. *impunè arbire*, id est, licenter impunè fundendi opprobria coepit singulas familias laedere quasi sine metu poenae.

Quin etiam lex. Hac lex exstat citata lib. 2. cap. 9. de civitate Dei, cujus sunt verba, *si quis occentassit, quod alteri flagitium faxit, capital esto.* flagitium autem apud veteres fuit Infamia, ut apparet ex his Plauti verbis, *maiore sum flagitio reddi postea*, id est, cum Infamia, est apud Plinium altera lex ex 12 tabulis contra Incantatores lata, his verbis, *si quis malum carmen incantassit*, quod prior lex statuit, *capital esto*, videtur pugnare cum nostra Interpretatione in Rhetoricis, ubi diximus supplicium fustuarii intelligendum per synecdochen, propterea quia facinus capitale Festo dicitur, quod capitis poena luitur. verba tamen poetae, *formidine festis* videntur nostrum confirmare tropum, ut contundere aliquem fuste quis Interpretari velit, è medio tollere: non equidem dubito, quin hoc supplicium sit temperatum pro conditione & ordine personae sic Infamatae, ex his perspicuum *reddi occentare* Festo & ipso vetustioribus sumi pro convitium facere cum canore quodam.

Fuit intactis. Qui non fuerant tali carmine laesiti, curarunt etiam, ne haec tanta maledicendi licentia serperet longius. Itaque mutata est ratio scribendi metu poenae, de qua fuit Sar. l. 1. 2. sub fin.

Graecia. Romani captorum Graecorum artibus oblectati & capti sunt. Hoc tam de malo, quam de bono rerum successu dici potest: hic quidem de bono manifestum est: quum Romani è captis Graecis triplex acceperint bonum, animi, corporis ac fortunae: de malo autem sunt illa Epigr. Graec. lib. 1. *Κερετ. κβ. εις Διχλου* de aquila in sagittarium Cretensem, item de Scorpio in corvum. Item haec proverbialia, *incidit in foveam, quam fecit: suo ipsius laqueo captus est: capra gladium, &c.*

Intulit Latio. Simili syntaxi utitur Virg. sub initium Aen. 1. *inferretq; Deos Latio, &c.* ubi Servius annotavit, *Latum duplex est, unum à Tyberi usque ad Fundos: aliud, pro, alterum, inde usque ad Vulturum. Latium autem dictum est, quod illic Saturnus latuerit.* Addit hoc dictum figuratè, ut illud, *it clamor celo pro, in Latium & in caelum per antiptasin Grammaticam Poetis usitatam.*

Numerus. Intelligendus est ille, cujus Festus meminit in voce Saturni explicanda: *versus quoque, ait, antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus crede-*

retur, Saturnini appellantur: quibus & à Nevio bellissimum Punicum scriptum est & à multis aliis plura composita: qui Deus in Saliaribus Saturnus vel Satorius nominatur à sationibus. Tales autem versus existimantur omnes ferè iam bicipi hypercatalecti fuisse regnante Saturno & diu etiam post eum.

Munditia. Nitidus & elegans Graecorum stylus expolivit & limavit illum inelegantem, horridum, incultum & asperum Latinorum.

Acumina. I. per Antimeriam, Serò Romani vim ingenii sui appulerunt ad libros Graecorum, quod factum est tantum post devictos Carthaginenses & Pœnos: quod quidem bello confecto contulerunt se ad lectionem & translationem Tragicorum, Sophoclis, Aeschylis, Theopidis. Miror equidem, qui hic postremus perierit, praesertim in manus Romanorum delatus & diu ab illis possessus.

Et placuit. Cum his verbis, *admovit, coepit, tentavit, posset & placuit*, nihil potest, quod antecesserit, convenire praeter, *τὸ numerus Saturnius*, ex quo intelligendus est scriptor quivis Romanus. Hic igitur conversa è Tragico Graeco à se in Latinum valde probavit, & in eo mirum in modum sibi placuit quum se agnosceret sublimi & acri ingenio natum ad opus Tragicum & reverè spiritus tragicos haberet.

Creditur. Idem sic ad Pisones de materia Satyræ loquitur, *ex noto & rebus de medio sumtis fictum carmen sequar*, id est: Quia Comœdia sumit argumentum & materiam scribendi è communi & plebeja hominum vita non ex aliquo genere heroum & principum longè petito, Scriptor Romanus ab illius meditatione se removit, grandia, magnifica & heroica tantum affectans.

Plautus. Etsi in Dialecticis asserui Plautum de servato personarum decoro, & Dorsennum (quem alii Dorsennum dicunt) Poetam Comicum vituperari de eodem neglecto in aliis personis, praeterquam in parasito: interpretes tamen alii putant negligentiam Plauti solam reprehendi in praetermittendo cuiusque personae decoro, praeterquam in uno Dorsenno parasito, cui in quadam Comœdia, quae non exstat, accuratè partes parasiti assignavit: de quo ut ita sentirent, videntur adducti his verbis in epist. ad Pisones.

At vestri proavi Plautinos & numeros & Laudavere sales, nimium patienter utrumque. Ne dicam stultè, mirari.

ubi multum derogatur Plauto de nomine boni Poetae comici Quicquid autem sit, ego malo insententia, quae in Dialecticis dixi, permanere.

Partes ephebi. Hac vox è Graeco manavit conflato *ἐπι κείθεν*, quasi *τὴν ἴσιν ἀδύνατον*, qui è pueritia egressus attingit pubertatem: quod usque progressum Graeci vocant è Cenforino *παιδεία*, ad quindecim *μελλέωντων*, proximam pubertati ad sexdecim *ἐφῆβων* ad septendecim *ἐξέφῆβων*: ab alijs tamen definitur Ephebus, qui annum 14. vel quae 12. ætatis annum attingit, quum jam pili videntur succrescere pudendis, ac facies incidit lanugine obduci: unde Terent. Andr. Act. 1. Sc. 1. *is postquam excessit ex ephebis*: quod prius usurparat Plautus in prologo Mercatoris, *extemplo ex ephebis postquam excessit*: pro quo Cic. dicit in orat. pro Archia *ut primum ex pueris excessit Archia*: Gall. *aussi tost qu'il en passe l'age de quinze ans*: quo tempore incipit pubertas, quod Graecè interpretaris, *ἐπειδὴν τὰ χίσα ἐξέφῆβων γένναι, ἢ ἐκ παιδῶν ἐξέβη*. Quidam tamen putant Ephebos vocari, quorum facies lucida pubescit: quod Phœbi dicantur lucidi, & Ephœbi, qui sint extra illum pueritiae splendorem: sed hoc verbum non mihi probatur: *φοῖβος* quidem Graecè sonat Hesychio *καθαρός καὶ ὄζυος, potus, castus*, lucidus &

est Epi-

est Epithetum Appollinis : undè sumitur ἀπὸ μωντηῆς : quam vocem Eustathius scribit à nonnullis deflecti ἀπὸ τῆς φέβης, à juba et coma : quia fingitur Apollo ἀκείρολόμης, intonsus : undè cognoscimus talem etymologiam esse potius μεταμορφία. Itaque prior vera & retinenda. Præterea Ephebus à Lucillio et Varrone in prisca Satyris & iambicis dicebatur παρὰ τὴν ἄετα, quod aetate progressus esset ultra pueritiam, & quasi ultra extensus, quæ vocis ratio non videtur abluere ab opinione Donat., qui Ephebiam definit primam adolescentiæ partem & pueritiæ extremam in loco Terentii supra citato. ratio autem τῆς ἰδῆς Etymologicis est κατὰ τὴν μεταλλοσίαν τῶν βῆς δ quasi ἰδῆ & hoc πρὸς τὸ ἰδῆν, τὸ ἐυφραίνειν. i. delectare & immunditati se dare, aliosque sic afficere quod φυσικῶς præstant, quicunque hujus ætatis sunt modò circumscriptæ.

Lenonis.] Leno, sicut Lena. dicitur ab alliciendis ac deliniendis adolescentibus, qualem se describit Sannio Adelph. Act. 2. Sc. 1. *Leno sum, fatior, communis adolescentum pernicis.* Græcè dicitur, ὁ δὲ ἢ μαρσποδῆς, ὁρπερ σορῆσαι τὴν ματῆρα ὅπα ἐν τῷ ἀμύλλῳ κωτύλλειν id est, qui vel quæ ementitur faciem matris blandè loquendo, ait Eustathius, etimo certè non multum recedente à Latino

In parasitiis.] Videtur poeta respicere ad primam scenam Comoediæ Plauti in capt.

*Verum Herce, verum nos parasiti planius,
Quos nunquam quisquã neg, vocat, neq, Invocat,
Quas murea, semper edimus alienum cibum etc*
ubi parati graphice describuntur : unde, siquid desideres amplius his, id facile repetere possis. ratio vocis reddita est initio dialectic. epist. 18 & Saty. 2. l. 1. in Græ. ad vers. *Custodes.*

Socco.] Actores Comædiarum socco utebantur, ut Tragediarum cothurno. Cothurnus sic à Critia scribitur apud Xenophontem Ἑλληνικῶν β. ὁ κῶθρον ὁ ἀριωπιῶν μετ' τοῖς ποσὶν ἀμορτίοις δοκεῖ, Cothurnus videtur utriusque pedis convenire : cui similis est Theramenes, dum modò populi, modò paucorum partes sequitur, ut Od. 1. l. 2. annotatum est. Notat igitur Dorsennum, qui ab aliis Dossennus etiam nominatur, negligentem in scribenda Comædia fuisse.

Gestur.] Gal. Il ne demande que mettre argent en sa bourse, ne se souloit pas que comædie soit trouvee bonne ou mauvaise.

Spectator.] Quamvis mentio hic fiat gemini spectatoris è genere adverbiorum, lentitudinis, & sedulitatis, sedulus tamen videtur definiendus ex hoc versu Terentii in Eun. Act. 3. Sc. 5. *Quam elegans formarum spectator sem,* & notis Donati interpretis, elegans spectator est probator cunctantis & fastidiosi iudicii, cui non quid placet facile, & propriè locum habet in probatione pecuniæ, cuius probatores dicuntur spectatores, ut constat è quinta in Verrem de spectatione & collobo pecuniæ, quæ à nummulariis fiebat.

Valeat.] Discedat à me fabula Comica & Tragica, nihilque mecum habeat commune : quod etiam Græcè dicitur, χαίρειτω vel ἔρρετω τὸ δράμα γέλοιο.

Fugat hoc.] Pronomen demonstrat, quod sequitur, populum libentius spectare certamina, & rerum in bello captarum simulacra, quam poemata audire & eorum actores spectare : ad quam popularium oculorum voluptatem coguntur etiam equites se ab auditione traducere, alioqui vulgus imperitum se ad arma continuo pararet, nisi cum ipso iudem sentirent & approbarent : qualis seditio memoratur orta inter actionem Hecyræ Terentianæ, ut est in ipsius prologo.

Stolidique.] Dicitur propriè hoc epithetum de eo, qui proximè accedit ad naturam, sensumque pecudum, ait

Donatus in Heaut. Act. 3. Sc. 2. Itaq; illud Eunius ex Festo tribuit suis :

Namque avidè pugnare suos stolidi soliti sunt.

Indè transfertur ad hominem, ut ibidem ad Chremere, ut in And ad Simonem. Act. 3. Sc. 1. *vix tandem sensi stolidus* : ubi senex fatetur se carere solertiâ, & ingenii acumine, id est, ratiocinatione & sensu ad aliquid percipiendum, & iudicandum : & certè stolidus à stultus deflectitur, alterum ab altero paululum, & scripturâ, & significato discrepans. Ad hanc autem significandi rationem accedit aliquid ex eo, quod scribit Agell. l. 18. c. 4. *Stolidos, ait, vocari non tam stultos & excordes, quã tatos, molestos, & illepidos, quos Græci μοχθηροὺς καὶ φασγανῶς dicerent, pravos & odiosos.*

Ad incertos.] Non puto illos præstigiis fascinosos : sed tantâ voluptate perfusos, ut affectu eorum iudicium sit perversum : non equidem tamen ignoro, multas in oculos intendi posse fallacias è rebus objectis, quales discere licet ex optica & catoptrica.

Vana gaudia.] Inconstantia, falsa, levia, & inania, qualia qui dant aliis, dicuntur infidi & mendaces. Id enim, τὸ vanum non d'espicientiam, nec hebes ingenium, ut facile cognoscas ex opposito ipsi *constans* li. 2. de Divinat. *nulla in calo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas, contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia.* Vana igitur gaudia sonant voluptates, nec proprias, nec perpetuas, ut docuimus Satyr. 6. lib. 2. ad versum *Maja nate, etc.*

Aulea.] Tapetes complicantur & contrahuntur, quæ dum agitur fabula, explicantur ad contegendam actorum commutationem : sed succinguntur & retrahuntur spectandi causâ simulacra pugnantium & fugientium equitum ac peditum & representandi reges & captivos in triumphum ductos quod Plutarchus interpretatur in Themistocle ἀνάλια ἀναστέλλουσι, περιαιροῦσι. Gal. *on retire les tapis & retrouffe pour veoir les figures des finars de la bataille et les captifs.* sic quatuor aut plures horas actio fabulæ interruptur. Forma quædam Theatrorum describitur à Servio 3. Georg.

*Vel scena, ut versis discedat frontibus : ut que
Purpurea intexti tollant aulea Britanni.*

apud majores. inquit, *Theatri gradus tãtum fuerunt. Nam scena de lignis ad tempus fiebat : undè hodie consuetudo permansit, ut componantur pegmata à ludorum theatralium editoribus.* De his pegmatis vide Senecam ad Lucillum & Joseph. l. 7. de bell. Jud. Scena autem, quæ fiebat, aut versatilis erat, aut ductilis : versatilis tunc erat, quum subito tota machinis quibusdam vertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. ductilis tunc quum tractis tabulis hac atque illac species picturæ nudabatur interior, undè peritè utrumque tetigit dicens, *versis discedat frontibus.* singula singulis complectens sermonibus, quod Varro & Suetonius commemorant. Huc pertinent versus Ovidii lib. 2. *Metam.*

*— Crescit que seges clypeata virorum.
Sic ubi tolluntur festis aulea theatris,
Surgere signa solent primumque ostendere vultus.*

*Cetera paulatim, placidèque educta tenore
Tota parent, imòque pedes in margine ponunt.*

Hoc de scena definitum est ac notatum Epist. 6 l. 1. *Equitum turma.*] Ex hoc versu distinctio turmæ & catervæ cognoscitur, ut alibi annotatum est.

Manibus] I. post terga reflexis & vincis. *Esseda.*] Essedum & petorritum & theda sunt vehicula veterum Gallorum, ut perspicitur è Comm. Cæs. & Quintiliano. Pilentum verò ex Festo est etiam vehiculi genus, quo matronæ ferebantur.

Democritus.] De hoc Philosopho vide Diog. Laertium & Plin. l. 18. c. 28. & 2. de Orat. ubi Cicer. loquitur de risu.

Panthera.] De hac fera sic Plin. lib. 8. cap. 18. Panthera & tigris macularum. varietate propè sola bestiarum spectantur. Cateris unus ac suus cujusq; generis color est: undè nomen invenit, quòd ceterarum omnium colores imitetur, quasi sit πᾶς θῆρ. Hoc verò τὸ θεῖν ῥᾶον, ab expedito cursu, vel ἀπο τῆς θόως ἀρέσειν, ab impetu rapido, quanquam ferunt tigrin Armeniorum linguâ sagittam significare & magnitudine equi esse, & nullum animal viribus ac celeritate posse cum ea comparari. Verum Panthera fœm. nominativi casus videtur deflexum à quarto casu Græco πᾶνθηρ, πάνθηρ, πάνθηρι πάνθηρα. M. Cœlius Ciceroni Epist. 8. lib. 9. ad Famil. scribit plures capi Pantheras solitas in Pamphilia, quàm in Africa. Hæc fera dicitur aliter Græcè πᾶρθηρ, & fœminina πᾶρθηρίς. de quo utròque idem Plinius & ibidem ac præterea Aristot. lib. 9. cap. 6. hist. ani. Appian. lib. 4. Camelus autem è Suida, ἐστὶ τὸ ζῷον ἀχθράβρον, est animal vectarium & sarcinas ac ponderibus ferendis natum, & tunc Græcè scribitur διὰ τῆς u. Hujus quadrupedis duo facit Aristot. genera li. 2. hist. Animal. Arabicum, & Braetianum: cui quidem partitioni Diodorus congruenter scribit, Braeti Camelos mittunt, & Arabes, qui vulgò dicuntur Dromedarii, illa autem sic distinguuntur, ut Arabicus Camelus bina gestet in dorso tubera, Braetianus unicum: videtur præterea vox Camelus ἢ κάμηλος fluxisse ab Hebraico Gamal, cujus plurali Gamalim, Camelus, Cameli, unde tertia Hebræorum littera vocatur Gimel, propter similitudinem gibbi in dorso Cameli. Ex hac autem fera & propriori conflatur κάμηλοπάρθηλις quæ à Poeta dicitur panthera confusa, id est commista camelo & per appositionem genus diversum: quam commistam ut Plin. scribit lib. 18. c. 18. Aethiopes Nabin vocant, collo similem equi: pedibus & cruribus bovis, capite cameli, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, undè appellatur κάμηλοπάρθηλις, aspectu magis, quam feritate conspicua: quare etiam ovis fera nomen invenit.

Elephas.] Plin. scribit esse animal maximum terrestrium lib. 8. cap. 1. & decem continuis capitibus. Facetum autem est, quod parasitus Gelasimus de partu elephantorum, quem comparat cum fame sua matre in Stichio, dicit, audivi sæpè hoc vulgò diceri, solere elephantum gravidam perpetuos decem esse annos, ejus ex semine hæc certò est fama. Plinius assentitur Plauto, quanquam Aristoteles putat biennio parere: vide proverbium, celerius elephanti pariant.

Fabulam surdo.] Sic loquitur Terent. in Heaut. Act. 2. Sc. 1.

— Na ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulam, pro quo Virg. in 10. Eclog. non canimus surdo & Græci proutroque, λέγειν καὶ ἀδύειν κορφῶ.

Mimo.] De hac voce vide Satyr. 2. l. 1. & decimam ejusdem de poemate ejusdem nominis.

Nam quæ.] Syntaxis verborum est: quæ voces histronum potuerunt luperare strepitum Theatrorum? quod Græcè dicitur θορύβου κερταίν, quem nostra theatra reddunt.

Evallere.] Potest esse vel ab evaleo vel evalesco, quod est verbum potentia. De monte Gargano in Apulia dictum est Od. 9. l. 2.

Mare Tuscanum.] I. Tyrrenum.

Quibus oblitus.] I. Actor fabulæ fœdatur artificio ac divitiis peregrinis, & tam splendido apparatu scenæ & ludorum: tantum abest, ut ornetur. Oblitus autem defleat ab obliquo, κατὰ χεῖρα, inungo, item polluo & maculo: quidam tamen putant hoc dici per contemtionem, pro exornatus & suis coloribus distinctus.

Concurrit.] I. Plausus datur manuum conflictu, In quid placet, supple populo, ut in re ficta sic complodati subijcitur, vestitus & ornatus violaceus. Hic autem concursus dexteræ cum læva indicat aliud quiddam, ut nostra præ se tulit jam interpretatio, atque conjunctio dextræ cum dextra lib. 2. Aeneid. Cur dextræ jungere dextram non datur?

Hujusmodi enim conjunctione fumantur amicitia, & ut Varro ex Callimacho scribit, honor veterum constitit virtute dexterarum, idèoque hac se venerabantur parte corporis, ut sacro symbolo fidei, consensionis, gratia, fœderis, conjugii, pactionis, societatis, omnisque contractus: unde Cic. in Philipp 6. conquerebatur, dextræ quæ fidei testes esse solebant, perfidiâ sanctæ scelere violatæ.

Laudare mal gne.] Derogare alicujus laudem, aut certè parcè ac illiberaliter, obicure & angustè illum laudare, sicut vis epitheti fuit explicata Ode 28 l. 1.

Per extentum.] Fuit olim miraculi loco incedere per extentum funem & illic saltare, Gall. danser sic la chorde: sed multis ab hinc annis reperti sunt, qui illud audacter præstare potuerint, vel loco admodum sublimi. Testimonio est prologus Hecyræ: Ita populus stulto stupidus in funambulo animû occuparat. Gall. le peuple ravi sur affiction se soit telement amuse à regarder le danseur sur chorde hoc autem Græci unico reddunt verbo, χοροβάτην, vel gemino χοροβάτην εἶναι, quod Juvenalis posterior Latini fecit Satyr 3.

Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor Aliptes, Augur, Schœnobates, Medicus, Magus, omniano vit.

Hæ autem vox Græca est conjuncta primum ex χόρος id est luncus ἢ τὸ ἐν τῷ χορῷ τὸ κελῖν firmiter teneo proprie funem junceum significat, Interdum sumitur pro genere, mensura, deinde ex βαίνειν. i. incedere ac ire inde ἐχοροβάτην. i. inambulare super funem junceum & extentum.

Sed de Mago, vide Odisii & 27. l. 1.

Angit.] Hoc verbum est factum è Græco ἀγγειν, quod est stringo, strangulo præfoco. cujus verbi Latini facultas interdum exprimitur verbo ut πορεύω, ut videtur exponendum Πυθ. εἰδ. δ. ἀντις.

ἢ οὐ με πορεύει τὸν οἶνον ταύτα πορεύοντ' ἀγαν.

Non me angunt hæc, valde donum Tuam experientia.

ubi scholastes τὸ πορεύω interpretatur per τὸ ἀγγίω, atque τὸ πορεύοντα per ἀγγίωτα: unde sunt hæc, ὁ ἀγγίω, ἢ οὐκ ἀγγίω, δημόκοπος, ἀνδ' ἀγγίω ἢ ἀνδ' ἀγγίω, ἢ οὐκ ἀγγίω. i. Licetor & carnifex, & angina, morbus faucium dicuntur, undè optatio illa apud Plautum, vellem me in anginam verti, ut huic ancilla faucem præoccuparem! sententia igitur est, qui mihi animam & halitum præfocat, metuque examinat me.

Verum age.) Illos, ὁ Auguste, aliquâ curâ fatiga, qui privatis lectoribus, malunt scribere, quàm scenicis spectatoribus, ut in scribendo sint attentiores ac diligentiores, si vis tuam bibliothecam elegantioribus libris instruatam habere.

Calcar.] Hoc Græcè dixeris, κεντρίξεν τὸς μάντις πρὸς τὸ παρῆεν τὸ ἀπιδάιοτερον καὶ ἀεὶ βέβηρον προπομιμένον, i. Poetas exstimulare ad accuratorem scribendi rationem.

Vineta.] I. ut mea primum carmina corrigam & emendem.

Quum ledimur.] I. quum ad nos admonitio amici de vitio vnus versus offendit, agrèque à nobis perfertur: quum intempestivè tibi offerimus inter occupationes, civilisque administrationis defatigationes nostra scripta, quum illa iterum recitamus injussi, quia stultè nobis auctoribus videntur optima, nec expectemus justificationem

tionem auditorum: sed de imprudenter & opportunè scripta offerendi occasione Principi lege nostras in Epi. 13. l. 1. notas. Quum etiam querimus nostra accusare, cogitateque scripta parvi fieri.

Tenuis filo deducta.] De hac phrasi vide notas Sat. 1. l. 2. Rescribis.] Donat. in Hecy. Act. 5. Sc. 4. distinguit scire ac rescribere vel resciscere. Illud dicitur communiter omnibus de rebus sive secundis sive adversis, speratisve aut insperatis, quum per nos, opinionemq; nostram illa scimus manifesta: hoc autè, quum per alios recognoscimus, quod erat occultum & insperatum: de quo lege Agell. 2. c. 19.

Commodus uliro.] Gall. estans gratus es courtois tu les fais venir vers toi sans estre requis es de ton propre motif.

Opera pret. &c.] De hac voce dictum est Saty. 2. l. 1. ad vers. audire est opera pret.

Aedibus.] Hæc vox definitur tutor & custos ædis sacra. Vide Festum & Agell. 1. 12. c. 10 Græci videntur hanc vocem exprimere per ἱεροδωλοσ, ac præcipuè ancillæ templi delphici ministræ dicebantur ἱεροδωλοί.

Retulit.] Alterum, τὸ ἐπιτελεῖν est adjectum.

Philippus.] Nummus fuit à Philippi Macedon. rege excussus & de suo nomine notatus: qualia sunt in nostra Gallica & aliis regnis de nominibus regum, ideo dicitur per appositionem regale numisma: quod gloriabatur ineptus ille Poeta Cherilus ab rege Alexandro merito poematis sui inculti accepisse. Non mihi tamen satis constat, è qua fuerit materia, quæ creditur triplex fuisse Rom. pecuniæ muneratæ, ærea, argentea, aurea: sed multis opinio est verisimilior ex præstantissima fuisse. Hic Alexander imprudentia insimulatur. Dicitur autem hic Cherilus vel Chærilus fuisse Samius & imperitus Poeta: vixisse ad olympiaden 113. & annum Urbis conditæ 423. Hujus meminit Aristoteles lib. 8. τῶν τοπικῶν. Citantur quoq; versus quidam hujus ab Eusebio. l. 9. præpa. Evang. item proverbium:

Πετρὸν κοιλῶνει βένις ὕδατος ἐντελεχία
Aspidius aquæ casus lapidem cavat.

quem Lucret. fecit l. 1. & 4. ut annotat Lambinus, cui addo Ovid. 4. de Ponto:

Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu
Et teritur præsa vomer aduncus humo.

Similis est huic phrasi, acceptam tibi refero meam salutem: undè faciliè perspicis versibus esse tertii casus.

Lumini.] L. pollunt.

Præter Appellem.] Qui tam insignis pictor fuit, tam mirus artifex pingendi, ut palma in hoc artificio antiquitus ei delata sit: fuit Alexandro Mag. vnicè carus, qui ab hoc vno pingi voluit, ut à Pyrgotele scalpi, à Lyssippo fingi: quod à cæteris fieri edicto vetuit. Longè fuit alius Agefilao animus & voluntas, ut videre est apud Xenophontem in oratione de virtutibus ipsius sub finem, quod lectorem remitto: cujus loci sententiam in apophtheg. sic Plutar. retulit, ἀποθνήσκων δὲ τὸς φίλους ἐπέλευσε μνημεῖον πλάσας, μὴ δὲ μιλλὰν εἰκόνα ποίησαι, οὐδὲ τὴν κελευθὸν ἐργασθῆναι, τὸ τοῦ μνημείου ἐστίν. εἰδὲ μὴδὲ, εἰδὲ οἱ πάντες ἀνδραγαθῆς. i. Moriens autem Agefilao iussit, ne amici curarent ullam ipsius imaginem aut pingendam aut fingendam: si quod enim facinus memorabile feci, id erit mihi instar monumenti si nullum, ne omnes quidem statuæ quicquam profuturæ sunt. rationes autem cur Agefilao nollet corporis sui ullam imaginem statui, in monumentis verò animi relinquendis nunquàm cessaret elaborare, profert Xenophon ibidem, quia existimaret illud statuarii, hoc sui muneris esse, atq; rursus illud opulentorum, hoc Bonorum, de quo vide Plin. l. 7. c. 37. & l. 33. c. 20. & l. 37. c. 1. Fuit etiam Lyssippus eximius statuarius: de quibus lege Cic. l. 5. Epist. fam. epist. ad Q. Luceium, u. Q. filium, item Plutar. tribus locis in Alexandro.

Lyssippo.] Pro quo Cic. diceret alius à Lyssippo, ut Epist. fam. l. 11. aliud à libertate communi. Sed utrumque rarum est: sæpius verò illud, aliud atq; Lyssippus, ut monuimus Od. 5. l. 3. Saty. 6. l. 1. & Sat. 3. l. 2. item Epist. 16. l. 1.

Aera simulantia, &c.] Statuas æreas representantes ac referentes vultum Alexandri. Hic simulare non est falsum pro vero obtundere, sed quod abest velut ob oculos simul proponere.

Bæotum.] Bæotum dicit mote Græcorum, primigenium pro derivato Bæotium. Bæoti verò quia in cælo crasso & concreto versantur, solent esse ingenio pingui & obtuso, sicut Cic. in libel. de Fato scribit: undè proverbium, sus Bæotia: quod Pindarus quia Thebanus esset, & Thebæ in Bæotia, conatus est Olymp. eidei 5. 5807. e. ut probrosum, delere ex hominū memoria studio iterarum & disciplinarū acerrimo: Quidā putant id convitii natū è vocabulo ὄζυς, i. sues, corrupto pro ὄζυρας, qui Plin. 1. 4. c. 7. Strabon. 1. 7. fuerant Bæotij quidam Barbari & stupidi, ducto nomine à Hyante Rege. Axioma tamen hoc est Physicum ac Medicū, ut ex tenui puroq; cælo acumen ingenii proficiscatur: propterea quod animi mores & affectiones sequantur corporis tēperaturam, quæ maximam partem ex aeris constitutione efficitur, è cuius puritate cæpus e ly sius physicus describitur à Virg. 6. Aen.

Largior hic campos æther & lumine vestit
Purpureo, solemq; suum, sua sidera norant,

quo animi purgati illic naturæ restituuntur integritati, quæ mihi fuit An. 1568. Id. b. Octob. causa comparadi D. D. M. Hospitalio Franc. Cancell. prædiū ipsius Vignæū cū Attico agro, puritate cæli, & illud D. Roberti Huralthi nomine Bellebatum ubi eramus, cū agro Bæotico ratione crassiores cæli. Cic. 1. de divin. Sunt partes agrorum aliæ pestilentæ, aliæ salubres, quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa, quæ omnia fiunt ex Cæli varietate, & ex dispari adspiratione terrarū, ut Athenis tenuè cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici, crassum Thebis, itaq; pingues Thebani, valentes ac robusti. Ad hanc tamen dissimilium collationē Cancellarius ille respondit, axioma superius non esse Catholicum, idq; tribus firmavit nobilium ingeniorū exemplis, in Pindaco, Pelopidæ, & Epaminonda: cui ego rationē, cur tales extiterint vicissim subieci, ex aliis exēplis per dissimilitudinē, quod ut Stilpo Mogaræus Philolophus, ut etiā Socrates vitiositate naturæ ex genitali semine, aut solo natali, aut aere impuro contractū, ipsis à Phytognomonib; objectam, quidē agnoverunt in se ingeneratā sed abjisdem ita edomitam & compressam doctrinā, ut nemo vnquā in illis vitiosæ naturæ vestigiū postea animadverterit, sic ego existimo tres illos illustres Ihebanos à vitiosis naturæ studio fortassis & disciplina laudabiliq; educatione se vocatos: quo potest Plut. Charonēs. aggregari, qui Bæotus fuit, nihil tamen minus quā ingenio pingui fuit. Hoc autem soli Thebani ingeniū jam inde usq; ab ætate Homeri proverbii genuit, Pinguis gens Bæotia. l. 1. d. e. Ita Julianus Apostata per ludibrium nominabat, Christū Salvatorem nostrum & Christianos Galilæos, quod Galilæi malè audirent, nomine crassi & stupidi ingenii, ut qui ad lacum habitarent, sub cælo crasso, & humido.

Muneris, &c.] Quæ à nonnullis æstimantur decies fertiū utriq; jam data, i. viginti quinq; millia coronatorū.

Dilecti tibi.] Sæpè monui de hac antiptosi, dilecti tibi, pro à te, ut despectus tibi sum, pro à te, in Alexide Virgilianna. De his Poetis dictum est Od. 6. l. 1. & Saty. 10. l. 1.

Nec magis.] De virtute scriptorū, quib; vita & facta virorū memorabilia ab oblivione vindicantur, dictū est Od. 8. l. 4. Ita contemnebat Agefilao in Xenophonte aenea signa, imagines & picturas: quod Cic. repetit in eadē Epist. ad Lucejum: idem Cato Cenforius faciebat, ut scribit Plutar. in ipsius vita.

Sermone.] Intelligit scripta quorundam auctorū humili & stylo & abjectā materia familiarique argumento: quales sunt Saty. & Epistolæ.

Componere.] I Condere historias bellorum, regionum, ædium, arcium superbarum in montibus, pacis & victoriarum.

Confecta duella.] I. finita & absoluta bella, ut loquitur Cic. lib. 10. ad famil. Plancum Epist. 19. si hoc est expectandum. dissi totum bellum conficiam. Quid autē interfit inter aliquid confectum esse & affectum esse, lege Agel. l. 3. cap. 16.

Janum.] De hoc Deastro dictum est Ode 15. lib. 4. addam tamen de eodem, quod Servius annotat in vers. 12. Aeneid.

Letonaq; genus duplex, Janumq; bifrontem. Janum quoque ritē invocat: quia ipse faciendis præest fœderibus: nam postquam Romulus & Titus Tatius in fœdera convenerunt Janum simulacrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorum.

Sedulitas.] I. intempestivum Poetæ officium sæpius est molestum & grave ei, cui præstatur, quam gratum; Quod præsertim usu venire solet Poetis præcipitantibus & venditantibus sua poemata & ineptè obtrudentibus. Nil moror.] Videtur hic versus interpretatio illius senarii:

Φίλθ' με λάτριν ἴδεν ἐχθρῶ διαπέσει. vel hujus Ἄκαυθ' ἴδεν ἴδεν ἐχθρῶ διαπέσει.

Par odio est importuna benevolentia:

Quem polteriore Suidas scribit in voce ἀκαυθ', Hippolytum respondisse Phedræ novercæ, quum ipsa se diceret amore captam: de his admonitus sum à patre miographo: qui docet hos senarios proverbii loco posse usurpari in eos, quorum officia alieno tempore collata magis obesse solent, quam prodesse, itaq; officium ejus, qui rectè aliquid perficere studet tribus his continetur virtutibus; prudentiâ in digerendo id est, ordinando & disponendo: perseverantiâ & diligentia in persequendo: constantiâ in conficiendo.

Proponi cereus.] I. è cera vel ex ære duci publicam mei imaginem, quæ sit turpior naturali facie.

Factis versibus, &c.] Donat in prolog. Andr. ad verba quas fecisset fabulas, benè, inquit fecisset, non scripseret: undè & Poetæ ἀπο τῶ ποιῆν, è faciendo dicti sunt: sic Virg. Pollio & ipse facit nova carmina, dicit tamen orator & scribere & facere poema festivum & concinnum & versus non secus, atque Poetæ ipsi.

Rubeam.] I. erubescam & suffundar pudore.

Pinguis munere.] I. inconditis & ineptè scriptis libris, in quibus, tanquam cadaver, jaceam Projectus & extensus, meo nomine & auctoris expresso.

In vicum.] Ubi venduntur tus & odores, quibus involvendis mercatores utuntur hujusmodi libris. vndè versus Catulli:

Et laxas scombris sæpè dabunt tunicas.

Ideoque Martialis l. 3. epig. 2. librum suum admonet:

Cujus vis fieri libelle minus.

Festina tibi vindicem parare,

Ne nigram cito raptus in culinam

Cordyllas madidâ tegas papyro,

Vel turis piperisque sis cucullus.

Gall. De peur que les Apothicaires ne facēt de toi des cornets. Eleganter autem scripta erant ab hujusmodi contentione & irrisione libera, ut Persius Sat. 1. canit. an erit, qui vel le recuset

Os populi meruisse & cedro digna loquutus,

Linquere nec scombrō metuetia carmina nec tus

Amicitur, &c.] Tegitur & involuitur chartis vilem scripturam complectentibus.

Explicatio Rhetorica.

Suntumputo à gerulis, vel ab adminiculis rerum caducarum non secus, atq; illud pro Flacco, humeris Remp. sustinere. & Catilin. 1. vix molem invidiæ sustinello. ad magnitudinem numeris Augustani indicandam. b Symploce est, quod aliis Rhetoribus πείλοισι ὁμοιοτέλειον quia utraq; sententia similiter utriq; sonat in vō.

cum a qualitate: qualis est Agram. 1. spem improbis ostendit: i. morem bonis iniecit. Hanc aut em orationis numerosæ concinnitatem Agel. l. 18. c. 8. refert à Lucillio Satyroglypho, ut puerilem & ineptam, appositione Poetici exempli derisum: sed utriq; oppono Cicer. & Fab. Quintil. à quibus non diceretur Demosthenes tantopere vibrasse fulmina, nisi numeris contorta ferrentur, præsertim quum ad ornamenta troporum & figurarum dictionis in dimensione numeri, & similitudine soni conformatio sententiæ accesserit: sine hac tamen conciones sæpè Cicero scribit exclamasse, quum verba aptè cecidissent.

1 Videtur metonymia temporis adjuncti pro rebus subjectis, atque negotiis, quæ in certo tempore administrantur & conficiuntur: quorum confectio & exsequutio retardaretur lectione poematum. Hic etiam τὸ morer est translatum à pisce rembra minutissimo, qui tam en multitudine cursum inhihet navium, sic ab effectu vocatus, ἐχθρῶ, ἴδ' ὅτι παρὰ τὸ τὰς νῆας ἔχεν. Sic Plancus Ciceroni

20 lib. 10. Epist. 23. in opposito flumine mora transitus erat, id est retardatio & ἀναβολή: ut Donat. observavit in Andr. Act. 4. Sc. 4. nequid vestrum remorer commodum: notatum prætereà est τὸ mora per antisticha flecti à mona & hoc à Græco, μῶν, manio à μένω, maneo, Od. 28. l.

25 d In Caesar.] est Synecd. generis pro Augusto.

e Si propriè sumis templa hæc, Romulus, Liber, Castor, & Pollux per metonymiam intelligentur pro statu ipso, quæ in templis erigi solent: Sed si νεοτέροις pro celo erit metaphora, & in illis quatuor vocibus synecdoche singulorum integrorum pro singulis partibus hominum melioribus: quæ relicto in terra corpore ad purum æthera redibunt, è doctrina Pythagoræ in aureis carminibus ad finem.

3 f Hæc tamen etiam alteram symploce. Utroq; prætereà est ἀσυνέτην, quod Donat. in Eun. Act. 4. Sc. 1. ad verb. it. lavit, redit, vocat συντολίαν, id est, conciliam brevitatatem, quæ solent uti Poetæ.

3 g Synecdochica est periphrasis Herculis, qui suâ clavâ multa confecit monstra.

4 h Synecd. est generis pro morte. In rebus enim humanis varrii sunt fines supremi.

i Nota est alleg. è metaphoris, pro lædit & offendit suâ virtute, malè habet & dolere cogit alios artifices, homines cujusque ordinis, ut nimius solis æstus subjecta corpora.

4 f k Meton. esse potest efficientis pro aliquo memorabili facinore, quod aliis sit inimitabile: sed præstat de minusperitis eo & excellentibus intelligi, è metonymiis adjunctorum pro hominibus sic instructis.

5 l Metaph. est pro mortuus ut in maturo: à fructibus, qui tempestivè, & opportunè percipiuntur & conduntur: nec eorum captura differtur dum flaccescant.

5 m Anaph. est. qualis in, te nostris, & Grajis.

5 n Meton. est subjecti pro legibus inscriptis in 12. tabulis.

o Modus ejusdem tropi diversus est pro, iura Pontificia.

p Periphrasis est synecdochica Annalium.

60 q Sumtum est à rebus, quæ ponderantur, ad earum valorem pernoscendum.

r Ἀναλοίωσις est & communicatio deliberantis de tempore necessario ad vetustatem poematis assignandam.

f Hæc metaph. à deciduis plantarum floribus ac foliis notata est Od. 7. lib. 4. ad hunc versiculum, nos ubi docedimus.

6 s r Brevis profopopœia alterius respondentis.

u Alleg. est è perpetuis metaphoris satis nota ex Dialecticis & Grammaticis.

x Meton. est efficientis Deæ pro effecta morte.

y Similis metonymiæ modus pro poemate Nevii, vel potius

potius Nontii, ut modò dictum est in Gram.
 z In uter utro Polypoton est.
 aa Alius metonymiæ modus: ex adjuncta toga significatur Comœdia togata.
 bb Metaph. est à viatoribus ad significandam Plauti poesin leviter, nec satis-accuratè scriptam vel ad naturam carminis, quod dicitur sæpè currere.
 cc Synecd. est generis prologica facultate & iudicii subtilitatem in dubiis.
 dd Est meton. efficientium, id est, auctorum pro comœdiis & libris illorum.
 ee Alter est metonymiæ modus, ubi è subjecto loco civis Romani & incolæ alii significantur.
 ff Anaphora est, sicut in *si quedam, si plerâque.*
 gg Translatum est asperitate corporum & horrido, lædentèque illorum contactu, ad aures offensas asperitate compositionis.
 hh Hæc incisa brevem habent *συμπλοκήν.*
 ii Sumendum est *συνεκδοχικῶς*, ut excellentia unius intelligatur de quovis integro & incorrupto iudice, aut *μεταφορικῶς* æquo de Jove dirigente iudicium ad æquitatem, sicut *iniquo* de Jove mentem pervertente.
 kk Procatalepsis obijciendæ invidiæ, quâ commotus credebatur, insectari veteres Poetas.
 ll Ductum est ab astris: stellæ enim propriè dicuntur micare, & per intervalla resplendere, è Græco *νεφέλαι* & *πύρρον*, v. *brave & crispare.*
 mm Allegoria est à mercatoribus, qui suis mercibus statuunt pretium easque dólôsè vendunt, asserentes esse probas, quàm non sint tales & integræ.
 nn Sumtum est à purgatoribus arborum ad iudicii puritatem, è Donato in Adelp. Act. 5. Sc. 3.
 oo Metonymia subjecti ad significandos ipsius fabulæ actores & histriones, qui in ea agenda occupantur, & in scena floribus strata inambulant.
 pp Clamores stultorum iudicum de generibus poematum repræsentatur brevi & obliquâ profopœcia.
 qq Hoc verbum diximus Epist. 18. lib. 1. translatum à fugitivis servis, qui apprehensi reducuntur ad suos heros, ut castigentur. Ita Græci τὸ ἀναλαβεῖν usurpant, Sophoc. in Philoct. τὴν ἀμαρτίαν ἀγορεύει ἀμαρτῶν ἀναλαβεῖν περιέσομαι, id est, ubi cognovero me facinus admisisse turpe, conabor reprehendere. Ita Terent. in prol. Adelp. locum reprehensum dicit, quod Donatus interpretatur tefuntum & retentum.
 rr Anaphora est.
 ff Meton. est subjecti, pro, Græci cœperunt. Deinde in *nugari* est translatio à loquentibus vana, & ut verbum præ se fert, nihil agentibus, pro, occupari in artibus nihili, ac brevibus illarum generibus.
 tt Meton. est causæ (sicut Echnici putârunt) pro homines fortunati abutuntur suâ felicitate ad vitium.
 uu Epanaph. est in quadruplici repetitione ejusdem vocis in itis sententiarum.
 xx Metonymica est alleg. ex adjunctis pro Comœdiis & Tragœdiis, ubi, illi tibicines occupantur.
 yy Metaph. à prosperè-navigantibus.
 zz Sumtum est à cellariis ac promis, qui è celsis & arcis esculenta & poculenta proferunt in usum domesticum, ad thesaurum animi eruditi, qui semper aliquid promit, id est, profert, quod alios juvet.
 * Similis est translatio illi, *fruct avaritiæ pedis.*
 *a *Tæ cœnant & dictant* habent epistrophe.
 *b Ex hoc genere intelligenda est *συνεκδοχικῶς* edera.
 *c Meton. subjecti, pro, adjunctæ navigationis ignarus, vel si mavis, ignarus navis agendæ, *διὰ πολυπλοκῆς* intelligere.
 *d Synecd. est speciè ipso quavis medicina ex herbis confecta.

*e In *timet & audet* est quædam epistrophe, ut *Medicæ & fabri*, efficiunt similem in clausulis sonum per epistrophe.
 *f *Indolli doctiq.* Paronomasia est & in *hic & hæc* polypotos.
 5 *g Notatus est hic tropus Satyræ i. l. 2. ut jam dictum est in Gram.
 *h Procatalepsis est.
 *i Epiphonema est, acclamatio post commentationem poeticæ virtutis unâ cum anaphora.
 10 *k Meton. est jam effecti, pro efficiente alios memores vitæ brevis.
 *l Synecd. est generis pro cecinit, & versus amabiles fecit, neminem dicitur offendentem.
 15 *m Metaph. est pro maledico & famoso carmine.
 *n Sumtum à canibus, qui metu baculi arcentur à morsu.
 *o Meton. subjecti pro Græci capti Romanos cœperunt, ac præterea Polypoton.
 20 *p Meton. altera ejusdem modi, pro Græci docuerunt agrestes Latinos artes.
 *q Metaph. est à liquidis ad defuetudinem numeri Saturnii indicandam, qui jam obsoleverat, interciderat, ab usu denique recesserat.
 25 *r Synecd. specièi pro asperissimo quoque numero maximèque horrido & inculto: quem per metaphoram à serpentibus, vel à tætro odore vocat virus.
 *s Meton. est subjecti pro asperitate inconditi styli.
 30 *t Si in *serus* intelligis, scriptor Latinus, est Synecdochè singularis, tanquam specialis, pro Latini serò dice-runt literas & artes Græcorum.
 *u Metaph. est à figura mathematica, quæ penetrabili-or aliis est ad subtilitatem ingenii notandam.
 35 *x Meton. subjecti pro artibus & poematis illic scriptis.
 *y Alleg. est è continuatis metonymiis efficientium ad significanda horum Poetarum scripta, facta que Tragœdias:
 40 *z In *sublimis*,] & acer translatio est à corpore, quod est elimo, undè τὸ *sublimis* fit, ad mentem divinam, ut Græcè τὸ ὑψηλὸς accipi solet, indicandam.
 a* Hoc sumtum est ab aura tenui, vel à plantis odoriferis, quæ fragrantès produnt ferè vim suam: quale fuit Ode 14. li. 4. quæ spirabat amores, pro, Romani præ se ferunt ingenium ad hoc descriptionis genus natum, & valdè accommodatum.
 45 b* Repræsentantur mores & facta Plauti & Dorſenni per obliquam profopœciam.
 c* Alleg. est è metaphoris à viatoribus malè succinctis & ad iter expeditè conficiendum malè etiam comparatis, ut negligentia horum in scribendo notetur.
 d* Sumtum hoc quoque est ab his, qui firmissimis in-nituntur talis, ad designandam hujus incuriam de approbatione vel improbatione sui poematis, modò rem indè præclaram faciat.
 50 *e Allusio est metaphorica ad currus triumphanti-um.
 60 *f *Examinat & inflat* efficiunt illam *συμπλοκήν* bis aut ter jam annotatam, cui annectitur anaphora & epiphonema.
 *g Metaph. est à re militari, quum mœnia & propugnacula cuniculis actis subvertuntur: Ita animus talis Poetæ dejicitur contempto ipsius poemate.
 65 *h Synecd. est generis pro Comœdia & Tragœdia, quæ sic à subjectis ludis definiuntur. Præterea Ironia ac τὸ *valeat* videtur sumtum à discedentibus ac mortuis, qui a nostro commercio alienantur. Varro autem, ut refert Serv. in l. 11. Aeneid. ad verba.
 — *Salve æternum mihi maxime Palla,*
Æternumq;

Aeternumque vale: scribit in lib. Logisthoricis idem mortuis *salve & vale* dici, non quod aut valere aut salvi esse possint: sed quod ab his recedamus, nunquam postea eos visui. Hinc ortum est etiam, ut *vale* interdum vim maledicti obtineat, καὶ ἀντιθέσων, sicut Cic. ait lib. 1. de natura Deorum, *si maxime talis est Deus, ut nullā gratiā, nulla hominum caritate teneatur, valeat.* Sic Terent. in Andr. Act. 4. Sc. 2. *valeant, qui inter nos disidium volunt,* id est, ita discedant illi a nobis, ut nunquam in nostram cogitationem & aspectum redeant.

i* Epistrophe hic videtur.

k* E Grammaticis cognosci potest, sumtum esse hoc pecudibus ad hominem ingenii crassioris, hebetiorisq; indicandum. Hic *aulaea* premuntur, Porphyrio agnoscit μετὰ τὸν μίαν, sed ipse modum non distinguit, sic annotans, per *aulaea* comœdiam significat τὸ πῶς μετὰ τὸν μίαν: ubi videtur distinctionis gratiā subnotandum, quomodo ex insignibus actioni comicæ ac theatri adjunctis intelligenda sit actio fabulæ interrupta per hypotyposin. i. representat onem commisi prælii pompæque triumphalis, de qua monimus Ode 9. l. 1. lib. 3. Cicer. de orat. & Quintil. utrum debeat sub aliquam eloquutionis Rhetoricæ præceptionem cadere, de quo revile nostras ibidem notas. Huius Sæius loci est, vitiosa pleribus libidofecit, ut ad spatium quatuor horarum aulæa contrahantur & velut è scena removeantur, & loco actorum & histrionum prodeunt in scenam pugiles, luctatores, gladiatores, funambuli, compositiones gladiatorum cum belluis, facies triumphantium de captivis.

l* Hæc incisa similiter cadunt per epistrophem.

m* Meton. est causæ pro, conditio misera & status, aut potius reges ipsi miseri & infortunati trahuntur vincit.

n* Meton. materiæ pro signis ex ebore factis.

o* Duplex modus est metonymiæ, alter subiecti pro ære Corinthiaco, alter materiæ pro ænea imagine indè ducta, captæ Corinth. quæ velut in triumpho portata ostentabatur: in *captum* quoque & in *captiva* est polyptotum.

p* Proverbialis est allegoria è metaphoris pro, Democritus existimaret, scriptores fabularum ludere operam & oleum perdere.

q* Meton. est subiecti pro spectatores, qui sunt in theatro.

r* Profopopoiæ & Dialogismus est, ubi inducitur alter respondens Poetæ.

s* Meton. est materiæ pro veste indè contexta.

t* Metaph. est nota pro colore & purpura, quâ pannus inficitur, quomodo Virgilius loquitur Georg. 2.

Albanec Assyrio fuscatur lana venene

& idem alibi *--- Tyrio saturata veneno.*

u* Procatalepsis est.

x† Hæc proverbialis loquutio præ se fert speciem synecdoches, ut ex speciali quidvis rarum & admirandum intelligatur.

y* Figura est symproce.

z* Synecd. est generis pro bibliotheca Apollini dicata & laudatoribus scriptis instruenda.

* Sumtum est ab equitibus equos fodientibus calcariibus ad celeritatem, pro incitare & hortari.

*a Meton. est subiecti pro schola poetica in hoc monte Musis sacro.

*b Alleg. est à vitatoribus, pro ut mea scripta velut sylvestentia ipse metum & castigem. Hun quoque versum, *ut vinea egomet cadam mea.* Paroemiologus suis adscripsit proverbis, simillimumque fecit huic Aristidis Rhetoris in Pericle τὸν οἶκον διπλοῦν διαβάλλοιμεν ἄρα, εἰ ταύτην διασώποιμεν. i. domesticum thesaurum culpabimus, si hæc probris lacerabimus.

*c Epanaph. est initiis sententiarum, multiplex ejusdem vocis iteratio.

*d Allegor. ex Metaph. est à tenuiter nentibus, Gal. qui silent fort. delie, ad notandam ingeni subtilitatem, studii vehementiam & ardorem.

*e Alia est translatio ab ædis sacre tutore & instaurore ad alios aliarum rerum custodes indicandos, quales sunt Poetæ & historici virtutis alienæ scriptores, præcones & prædicatores. quorum virtus debet esse spectata & probata domi bellique. *Gallice desquels la vertu & faculte doit estre, congruens & esproovee en temps de paix & de Guerre, cest adire, atraictes les chosses & affaires, qui adriem: ni en l'un & l'autre temps.*

*f Habet etiam hoc metaphoram ab iis, qui corporibus inducunt colores, unguenta, fucum, liquores, gummi, ceras & ejusmodi ad inquinamenta mali carminis notanda.

*g Meton. materiæ, ut prius, pro, ne quis effingeret statuas aratas.

h* Synecdoc. speciei pro quolibet pingui & hebeti ingenio, ad significandam regis ignorantiam & imperitiam indignoscendis literatorum ingeniis.

*i Metaphora à serpētibus ad humilitatem materiæ indicandam ex qua constant opera Poetæ, præcipuæ Satyræ, & Epistolæ. alij tamen aliunde videntur transferre, ut illud epist. ad Pitone.

Serpi humilitus nimium, timidusq; procella.

aut à navigantibus, aut ab iis, qui in terram procumbentes reptant, ne erecti turbine vehementioris tempestatis ac venti dispiciantur & differantur.

*k Meton. adjuncti simulacri pro Janiculo templo, quod clausum pacem designabat.

*l Meton. subiecti proximæ contraria, pro, Romanos à Parthis formidatos. *In numeris & arte est ἐν δὴ δὴ & unā Synecdoche generis pro numeris poeticis & hi pro versibus metricis ex arte conditis. In nil moror est profopopoiæ repudiantis ineptum poema. In urget potest agnoscī metaphora à sarcinis & oneribus, quibus gravantur bajuli, & ipsorum dorsum premitur.*

m* *Propom cereus* videtur metonymia subiecti Poetæ pro ipsius imagine Poetæ. in *rubeam* quoque alter est modus metonymiæ. nam erubescēdi causa est pudor. Itaque rubor est effectum pudoris è Tuscul. Quæst. ex quo fit, ut pudorem rubor consequatur. explico igitur, ne pudeat me donatum pingui munere.

*n Synec. est pro insulso ac indocto poemate, & simul Metaph. ut in pingui Minervâ & duplex est hic metonymia, prior est subiecti in *ego porrectus & scriptor meus* pro nominibus utriusque nostrum: posterior est adjuncti in *nostra nomina* pro chartis, ubi scripta illa videbuntur. sententia igitur erit, noto decorari versibus inconditis, ne sit mihi erubescendum, quum videro aut intellexero cum meis ingratjs nomina utriusque nostrum inutilibus chartis inscripta ad vilia officia esse applicata.

*o Meton. est quoque subiecti, pro deferat ad mercatores, qui vendunt in illo vico tales merces, quibus ego futurus sum usui ad involucra rerum emtarum.

In thus & odores est ἐν δὴ δὴ pro thus odoriferum, & in piper est synecdoche speciei, pro quibusvis aromatis,



EPISTOLA II. AD JULIUM FLORUM.

Theticum.

Hæc epistola liberale complectitur responsum Poetæ ad iniquam Julij Flori expostulationem de prætermisso scribendi officio, & ad illum mittendi è promisso certa quædam carmina: quorum misâ modulatione, deinceps Horatius doctrinam morum animique moderationem colere instituit.

Flore, bono claroque fidelis amice Neroni,
 Si quis fortè velit puerum tibi vendere na-
 tum

Tibure vel Gabiis: & tecum sic agat: Hic est
 Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos:
 Fiet eritque tuus nummorum millibus octo.
 Verna ministeriis ad nutus aptus heriles:
 Literulis Græcis imbutus, idoneus arti
 Cuilibet: argillâ quidvis imitaberis udâ.
 Quinetiam canet indoctum sed dulce bibenti.
 Multa fidem promissa levant ubi plenius a quo
 Laudat venales, qui vult extrudere merces.
 Res urget me nullâ: meo sum pauper in cære.
 Nemo hoc magonum faceret tibi, non temerè a

me.

Quisvis ferret idem: semel hic cessavit: & ut fit,
 In scalis latuit, metuens pendentis habena.

Des nummos: excepta nihil te si fuga ladat.

Ille ferat pretium pæne securus, opinor.

Prudens emisti viotiosum: dicta tibi est lex,

Insequeris tamen hunc & lite moratis iniquâ.

Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi

Talibus officis propè mancum: ne mea senus

Jurgares, ad te quod epistola nulla veniret.

Quid tum profeci? mecum facientia iura

Sitamen attentas? quereris super hoc etiam, quod

Exspectata tibi non mittam carmina mendax.

Luculli miles collecta viatica multis

Aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem

Perdiderat: post hoc vehemens lupus, & sibi &

hosti

Iratus pariter jejunis dentibus acer,

Præsidium regale loco dejecit (ut ajunt)

Summè munito & multarum divite rerum.

Clarus ob id factum donis ornatur honestis:

Accipit & bis dena super sestertia nummum.

Fortè jubet tempus castellum evertere Prator

Nescio quod cupiens, hortari cepit eundem

Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem.

Il bone quod virtus tua te vocat: i pede fausto,

Grandialaturus meritorum præmia: quid stas?

Post hæc ille catus quantumvis rusticus, ibit,

Ibit eò, quod vis qui zonam perdidit, inquit.

Roma nutrirum mihi contigit, atque doceri,

Iratus Graius quantum nocuisset Achilles.

Adiecere bona paullo plus artis Athenæ.

Scilicet ut possem curvodiagnoscere rectum,

Atq; inter sylvas Academi querere verum.

Dura sed amovere loco me tempora grato:

Civilisque rudem belli tulit æstus in arma

Cæsaris Augusti, non responsura acertis.

Unde simul primum me dimisere Philippi,

15^{ec} Decisis humilem pennis, inopemque paterni

Et laris & fundi: paupertas impulit audax,

Ut versus facerem. Sed quod non desit habentem,

Quæ poterunt unquam satis expurgare cicuta,

Ni melius dormire putem, quam scribere versus?

20 4. Singula de nobis anni prædantur euntes.

Eripere jocos Venerem convivia, ludum:

Tendant extorquere poemata, Quid faciam,

25 vis?

5. Denique non omnes eadem mirantur amanti-

que:

Carmine tu gaudes hic delectatur iambis:

Ille Bionis sermonibus & sale nigro.

30 Tres mihi convivæ propè dissentire videntur.

Poscentes vario multum diversa palato.

Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod jubet

alter.

35 Quod petis, id sanè est invisum, acidumq; duobus.

7. Præter cetera, me Romæ ne poemata censes

Scribere posse, inter tot curas totq; labores?

99 Hic sponsum vocat, hic auditum scripta relictis

Omnibus officiis: cubat hic in colle Quirini:

40 Hic extremo in Aventino: visendus uterque.

Intervalla vides humane commoda verum

8. Pura sunt plateæ: nihil ut meditantibus obstet.

Festinat calidus mulis gerulisq; redemptor:

45 Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina ti-

gnum:

Tristia robustis luctantur funera plaustris:

50 Hæc rabiosa fugit canis, hæc lutulentæ ruit sus.

Yy Inunc, & versus tecum meditare canoros.

9. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fu-

git urbes.

Rite cliens Bachi somno gaudentis & umbrâ:

55 Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos

Vis canere & contracta sequi vestigia vatium?

10. *a Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athe-

nas,

Et studiis annos septem dedit, insenuitq;

Libris & curis statuâ taciturnius exit

Plerumque, & risu populum quatit: hic ego rerum

*c Fluctibus in mediis & tempestatibus Urbis

*e Verba lya motura sonum connectere digner?

65 11. *f Frater erat Romæ consulti Rhetor: ut *g al-

ter

Alterius sermone meros audiret honores.

*h Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mutius illi.

12 Qui minus argutos vexat furor ille Poetas

*k Carmina compono, hic Elegos mirabile visu.

*l Calatûm, novem Musis opus. 13 aspice primum,

*m Quanto cum factu, quanto molimine circum-

Specitemus vacuum Romanis vatibus adem.

Mox etiam (si forte vacas) sequere, & procul audi,
 Quid ferat, & quare sibi necat uterque coronam.
 *o Cadimur, & totidem plagis consumimus hostem,
 Lento Sannites ad luminaprima duello.
 Disedo Alcaeus * puncto illius: ille meo quis?
 Quis, nisi Callimachus? si plus adposcere visus,
 Fit Mimnermus & optivo cognomine crescit.
 14. Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
 * 9 Quum scribo, & supplex populi suffragia * ca-
 pio.
 15. dem finitis studiis & mente recepta,
 Obturam patulas impunè legentibus aures.
 16. Ridentur, mala qui componunt carmina: verum
 Gaudet scriptores, & se venerantur, & ultrò,
 (Sitaceas) laudant, quicquid scripsere, beati.
 17. At qui legitimum cupiet fecisse poema,
 Cam tabulis *c animum *c censoris sumet honesti:
 Audebit, quæcunque parum *v splendoris habebunt
 Et sine pondere erunt, & honore indigna ferentur;
 Verba movere loco: quamvis *x in vita recedant,
 Et versentur adhuc intra *y penetrabilia Vestæ.
 18. Obscurata diu populo bonos *z eruet, atque
 Proferet in lucem speciosa vocabula rerum:
 Quæ priscis memorata *a Catonibus atq; Cethegis:
 Nunc situs informis premir & deserta vetustas:
 Adsciscet nova quæ genitor produxerit usus,
 Vehemens & liquidus puroque simillimus amni,
 Fundet opes, Latiumque beabit diu vite lingua.
 b* Luxuriantia compestet: nimis aspera sano
 c* Levabit cultu: virtute carentia tollet.
 19. Ludentis speciem dabit & torquebitur: ut qui
 Nunc d* Satyrum, nunc agrestem Cyclopa move-
 tur.
 20. Pratulerim scriptor * delirus, inersque videri,
 Dum mea delectent mala me, vel denique fallant:
 Quàm sapere & * ringi. Fuit haud ignobis Ar-
 gis,
 Qui se credebat miros audire Tragedos,
 In vacuo letus sessor plausorq; Theatro:
 Cætera qui vitæ servaret munia, recto
 Mere: bonus sanè vicinus, amabilis hospes,
 Comis in uxorem: posset qui ignoscere servis
 Et signo g* leso non insanire lagenæ:
 Posset qui rupem & puteum vitare patentem.
 Hic ubi cognatorum opibus curisq; h* refectus
 Expulit elleboro morbum bilemque meraco,
 Et * redit ad sese: k* Polme occidistis amici,
 Non servastis, ait, cui sic extorta voluptas,
 Ei demtus per vim mentis gratissimus error.
 21. l* Nimirum sapere est abjectis utile nugis,
 Et tempestivum pueris concedere ludum:
 Ac non m* verba sequi pueris modulanda Latinis,
 Sed verà n* numerosque modosq; ediscere vitæ.
 22. o* Quocirca mecum loquor tacitusq; recordor:
 p* Si tibi nulla sit imminet copia lymphæ,
 Narrares medicis, quòd quanto plura parasti,
 Tanto plura cupis nulli ne faterier audes?
 Si vulnus tibi, monstratâ radice vel herbâ
 Non fietet levius: fugeres radice vel herbâ
 Proficiente nihil curarier? audieras cui
 Rem Di donarent, illi decedere pravam

Stulticiam: & quum sis nihilo sapientior, ex quo
 Plenior es, tamen uteris monitoribus isdem?
 23. At si divitiæ prudentem reddere possent:
 Si cupidum, timidumq; minus te nempe ruberes,
 Viueret in terris te si quis avarior uno.
 24. Si proprium est, quòd quis libra mercatur & are
 Quædam (si credis consultis) q* mancipat usus:
 Qui te pascit ager, tuus est. 25. & villicus Orbi
 Quum segetes occat, & tibi mox frumenta datu-
 rus,
 Te dominum sentit. 26. Das nummos accipis re-
 vam,
 27. Pullos, ova, cadum temeti nempe modo isto
 Paullatim mercaris agrum fortasse trecentis
 (Aut etiam supra) nummorum millibus emtum.
 27. Quid refert, vivas numerato nuper, an olim?
 28. Emtor Aricini quondam, Vejentis & arvi,
 Emtum cœnat olus quamvis aliter putat: emtis
 Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum:
 Sed vocat usque suum: qua populus asita certis
 Limitibus vicina *x refugit jurgia: 29. tanquam
 Sit propriam cuiquam puncto quod mobilis hora,
 t* Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte su-
 prema.
 Permutet dominos, & cedat in altera jura.
 30. Sic quia perpetuus nulli datur usus, 30. & t* he-
 res
 t* Heredem t* alterius, velut t* unda supervenit
 t* undam.
 31. Quid vici profunt? aut horrea? quidve Cala-
 bris
 Saltibus adjecti Lucani? Si t* metit Orcus
 Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
 32. Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhæna sigilla, ta-
 bellas,
 Argentum, vestes Gatulo murice tinctas,
 *t Sunt, qui non habeant. *t est, qui non curet ha-
 bere
 33. Cur alter fratrum cessare & ludere & ungi,
 Preferat y* Herodis z* palmetis pinguibus: al-
 ter
 Dives t* importunus ad t* umbram lucis ab or-
 tu,
 34. Sylvestrem flammis & ferro mitiget t* agrum:
 Scit Genius, natale comes qui temperat t* astrum
 Naturaq; Deus humana, mortalis in unum.
 35. Quòdque *d caput: vultu mutabilis, albus & ater.
 34. Utar, & ex modico, quantum res poscet, acer-
 vo
 Tollam nec metuam, quid de me iudicet heres:
 Quòd non plura datis invenerit: & tamen idem
 Scire volam, quantum simplex hilarisque nepotè
 Discrepet & quantum discordet parcus avaro.
 Distat enim, spargas tua prodigus, an neque sum-
 tum
 35. Invitus facias, neq; plura parare labores
 35. Ac potius, puer ut festis quinquatribus, olim
 Exiguo, gratòq; fruaris tempore raptim.
 36. Pauperies immunda domus procul absit: ego u-
 trum
 *c Nave ferar magnâ, an parvâ ferar unus & idem
 Nam

Nam [†] agimur tumidis velis aquilone secundas:
 Non tamen adversis atatem ducimus Austris
 Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re
 Extremi primorum, extremis usq; priores.
 37. Non es avarus: ubi quid? cetera dum simul isto
 Cum vitio fugere? [†] g caret tibi pectus inani
 Ambitione? caret mortis formidine & ira:
 Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,

Nocturnes [†] lemures, portentag, Thessalarides:
 Natales gr atè numeras? ignoscis amicis?
 Lenior & melior sis accedente senectâ:
 Quid te exemit a juvat [†] spinis de pluribus una?
 5 Vivere si rectè nescis, decede peritis.
[†] Lusisti satis: edisti satis: atq; bibisti
 Tempus abire tibi est: ne potum largius a quo
 Rideat, & pulset [†] lasciva decentius aetas.

Analysis Dialectica.

Questio est, an Julius Florus jure possit cum Horatio agere de pretermissione officij quod hic prædixerat non posse illi præstare: quum pigerrimus ad litteras scribendas, tum jam ingravescente atate ineptissimus esset ad carmina pangendum: quæ ab ipso spectaret: In qua quidem quaestione tractanda prius ita versatur, ut firmis tandem rationibus conficiat, hoc genus studij concludendum esse tempestivis puerorum ludis: Sibi vero numeros ac melioris vitæ modos imposterum ediscendos (qualem instituti rationem proposuit Mæcenati Epist. 1. lib. 1.) in quo explicando reliquum Epistolæ occupatur. Itaq; Poeta primum honorificè Florum affatur ex attributa illi fidelitate & amicitia erga Tib. Cl. Neronem: quamvis alter alteri litem intendere videatur Deinde parium collatione demonstrat, injustas esse ipsius querelas de se ac de litteris minime ad ipsum scriptis versibusq; missis. Tam injustè, inquit Postea, mihi succenses Flore, cujus pigritia tibi prius perspecta & cognita fuerat ex me, quam emitto servi fugitivum litem intendit inquam venditori, qui illum præmonuerat de fuga servi & ex adultero edicto cetera illius vitia & morbos prænuñciaverat. Hoc quidem certè argumentum Porphyrio notavit, quod quidem velut agens aliud, vel potius incogitans videtur ex eo fecisse, quia paulò post scribit in hæc verba, si quis forte velit argumentum esse a comparatione minorum ad majores, id est, ut explicat, servorum ad amicos. Utrum verò sequi debeas, paucis accipe. In hac comparatione minorum Porphyriana considerantur solum personarum conditiones, & quasi sola ratio nominum habetur, quorum si quantitatem spectes, sunt personæ valde impares: si qualitatem, valde dissimiles: sed si tota personarum actio convenientium & pacificetium inter se de rebus contrahendis consideretur, conventus & pactum vendentis & ementis servum pariter æqualiterq; respondebunt Floro petenti epistolas & Horatio certâ conditione neganti petitas. Tu facile ex his, Lector, scrupulum tibi a Porphyrione injectum evelles: ego verò jam redeo ad partes nostræ comparationis, cujus apodosis, in qua argumentum continetur, præcedit producta usq; ad prudens emitto vitiosum, illic tibi spectanda est prius descriptio domini ex effectis, quod statuerit servum vendere: deinde ex majoribus quod præconium mercem immoderatitè prædicanti, quàm par sit, fides non habetur, id est, nolit suam impensius commendare: postea e remotione efficientis per vim, quod nullâ necessitate coactus illum det venum: præterea duplici minorum collatione, quod nullas venditor hominum tam parvi hujusmodi mercem illi indicaret quàm ipse facit: neq; te ipse ubi vis idem statueret præcium mercis sue. Videamus deinde ex quibus venalis servus describatur. Id primum fit procreantibus, subjectis & ex adjunctis, quod ruri natus ex ancilla sit, adolescens, candidus, pulcher omni ex parte corporis, venalis ducentis coronatis, accommodatus ad diligenter obcunda heri ministeria, instructus mediocriter litteris Græcis & ad quaslibet artes natus: Postea similitudine, quod, ut argilla mollis & tenera, sit ad quidvis, quod ex eo fingas, flexibilis & commutabilis. Item e diversis

quod non peritè quidem canat: sed ita tamen, ut convivæ possit eo delectari. Ad hastot servi virtutes unicum addit vitium fugæ, quam, si centor velit numeratis octo numerorum millibus servum sibi vendicare, nolit venditor ullo modo postea præstare neque penam actionis redhibitorie subire: de qua lege lib. 4. c. 2. apud Agel. in distinctione morbi ac vitij: ita Parmeno commendat Dorum Eunuchum Act. 3. Sc. 2. a forma, atate, literis, musica & gymnastica quibus pueri olim in Græcia instruebantur: de quo lege d. πολ. Aristot. & Plat. in Alcibiade & 7. de Legib. Ita quoq; Coridon Virgil. laudat fistulam suam. Est mihi disparis septem compacta cicutis. Protasis est, quam sic prius enunciata repeto, tam injustè de me quereres iratus, quem velut servum, emitto præmonitus de mea pigritia: quàm antè-actus emor servi de suo venditore, qui iuxta mecum ex adultero edicto servato non debet mancipium redhibere, nec culpam servilem præstare. Verum in hac protasi observandum est, venditorem & mercem non distingui, ut in apodosis separatim fuit utrumque. Itaq; arbitramur Horatium fungi vice utriusque, ut ipse sit & venditor & merx. Mercem autem eius esse operam in scribendis litteris & laborem eiusdem in versibus faciendis. Præterea hæc protasis constat ex distributione conventorum & pactorum inter florum & Poetam. quæ sine confirmantur, ne postea si non ad Florum rescriberet, nec carmina mitteret, asperis litteris obiurgaretur, & cum sibi infensum & inimicum haberet: quod docet e diversis se non fuisse consequutum: etsi, inquit, prædixi Floro me imposterum non posse illi satisfacere versus compositione & litterarum missione: ille tamen mihi litem intendit, & iudicio persequitur jus, quod aperte mecum facit.

2. Adhuc quidem Poeta egit cum Floro ex convento & pacto: nunc verò cum eodem ex imitatione se ostendit liberè disputare. Quemadmodum, inquit, miles Luculli omnib. fortunis eversus mandata imperatoris sui magno & excelso animo solebat ex haurire, ingenti animi magnitudine in arces invadere ac gravissima quæque vitæ pericula pro eodem negligere: contra idem majori prædâ auctus optimisque hostium spoliis potitus eadem frigide, timide & ignaviter refugere & recusare & alteri inexperto dari jubere: sic ego quondam importunâ clade Bruti & Cassii ad assem redactus, meretuli ad versus faciendum, maximèq; ad Lyricos & ludicos assentatorie scribendum: ac inde rebus mediocriter auctis mutatâque atate & moribus, quibus me sustentare & vitam honeste tolerare possum, malo nunc quiete valetudini meæ & honestati consulere, quam versibus hujusmodi faciendis & animi contentionibus misere conflictari. Protasis autem comparationis varijs caussis, eventis & factis militis explicatur: quæ qui factis jam perspicue pronunciata sunt, & in proverbium jam abiverunt.

3. Apodosis est partim declarata adjunctis educatione & institutione, quæ Romæ & Athenis summa sunt, partim efficiente violenta, quam alij dialectici venialem statum, alij purgationem a necessitate, alij caussam impulsivam appellant, quod bello civili partes Bruti &

Cassij sequutus laudem paternam et fundum perdidit et pressus paupertate versus fecerit:

Απειρα νόνα τὰς τέχνας ἐπέειπεν
Αυτὰ τὸ μὴ χεῖρο δίδωκεν ἄλλος.
Paupertas sola artes excitat,
Hæc laborum est Magistra.

Postremo majorum collatione, quam possis nominare, quod suis vigiliis ac labore mediocres fortunas adeptus anteposuerit quietem labori, quod nisi fecisset, alienatione mentis insanabili et a medicis deplorata omnium

4. Ratio est ex efficiente, cur se ad odium Philosophicum converterit: quia, inquit, mihi ætas ingravescens facultatem carmine ludendi, que jocus, amor, convivia et ludus sis adent, profus ademit, atque adeo poetice extorquere nunc conatur.

5. Accedit ad causam cessationis suæ locus et dissimilibus, quod perdifficile sit versusum scriptione omnibus, satis facere, quorum alij alio genere carminis delectari videantur. Florus carmine heroico: hic jambico: ille comico et mordaci capi solet.

6. Varietas hominum dissensione opinionum de carminum delectu inter se discrepantium similitudine illustratur, ut tres conviva vario præditi palato, hic irudito et subtili, alter stupido ignavo, ille nimis vido varè judicant de ciborum et liquorum saporibus: sic homines inter se iudicio de versusum bonitate et voluptate dissident et discordant: ut planè nescias, quid illis apponas: quid removeas: quid des: quid deniq; non des.

7. Eodem pertinent impedimenta, quæ referimus ad categoriam efficientium privatione, ut sunt curæ rerum alternarum, labores in fide jubendo, in audiendis aliorum scriptis, in longè discurrendo huc atque illuc per urbem, visendi huius vel illius conveniendi gratiâ.

8. Diluit facilitatem eundi per urbem meditati objectam, distributione septuplici obstaculorum, a quibus attentè debent ambulantes per urbem cavere. 1. a multis festinantibus, 2. a bajulis, 3. a machinis et 4. trochleis architectantium, 5. a plaustris in angustis viarum. 6. a arabis canibus, 7. a seibus lutulentis, unde fieri non posse docet, ut quis inter talem viam versus meditetur. Itaque posset hic dicere poeta, quod Ovid. trist. l. i. Elog. 10.

Ipsè ego nunc miror tantis animiq; marisq;
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.

9. Difficultatem meditati versus per viam turbulètam et periculosam ex adversis enthymematicis judicatis et estimatis primum declarat, omnes scriptores siquid volunt aut secum aut cum alio commentari, in solitudinem secidunt ab interventoribus et turbis maxime vacuum: Posset inde assumi: sed mihi Horatio deest talis tranquillitas unde fit ut nequeam inter viam versus meditari tu igitur facis iniquè, qui me cogas in summa hominum frequentia, in urbe celeberrima maxime que tumultuosa, scribere poemata: deinde paribus, quod etiam velit Florus tam aliena et inopta scribi ab ipso, quam sunt a multis vatibus incondite conscripta: hi duo versus et pronuntiat prae se ferunt certam redarguentis negationem

10. Eodem spectat hæc majorum collatio, si, qui diu multumque in urbe quietissima et pacatissima sine strepitu et interpellatione ulla coluerunt studia variarum disciplinarum. istud, quod a me injustè requiris, non possunt præstare: Hæc pars collationis habet alteram à minori comparationem ingenij humani cum statua, e qua natum est proverbium, Taciturnior statua: multo sane minus ego, qui in tanto hominum conventu, tantisque fluctibus urbis et tempestatibus occupationum versor, viribus ingenij et facultate istud præstandi valebo.

11. Demonstrat e paribus se a studio Poetice revocari,

quod animadvertat, Poetas mutuas sibi tradere deperas ostentationis, et falsa laudationis, qui non minus hoc palam impudenter faciunt, quam dico illi fratres Jurisconsultus et Rhetor Roma dicuntur fecisse, qui, quum perspicere se nullis honoribus affici a suis civibus, coeperunt alter alteri meros tribuere honores, ut Rhetor esset Jurisconsulto alter Tiberius Gracchus, orator equalium celebratissimus. Vicissim quoque Jurisconsultus esset Q. Mutius Scævola augur jurisconsultorum jurisconsultissimus: apodosis

12. Protasis antecedentium parium i. enunciata illustratur primum distributione duorum Poetarum, ex insana laudis cupiditate. quorum alterum Horatius invidiale vandæ causâ sustinet: eadè deinde factis utriusq; augetur. quod alter versus Lyricos, alter elegiacos scribit postea efficietibus, quasi opus illud utrumque sit a novem Musis elaboratum.

13. Alia utriusque facta stultæ admirationis plena, quæ similitudine et fine illustrantur, ut hi duo Poeta mutuis et assentatoris suffragiorum testimoniis, tanquam ignobiles et mali gladiatores re composita, coronis decorentur. et alter, Lyricus, sic alter Alcæus: Elegiacus quoque sit alter Callimachus, vel potius Mimnermus cum accessione honoris.

14. Ex adjunctis præterea docet causam, cur se velit ab exercitatione Poetica et consuetudine abstrahere ad statum quietiorem: quia, inquit, valdè est laboriosum benevolentiam multitudinis sibi adungere: suffragia aliorum Poetarum irritabilium, et Grammaticorum captare, quæ meos versus in ade Apollinis propono auribus omnium recitandos et probandos.

15. Ex eodem argumenti genere docet, sibi esse impunitum ac liberum depellere alienorum poematum auditiones, ubi semel desit insanire, hoc est, versus facere.

16. Stultitia dictorum vatium etiam e diversis indicatur, quod, etsi illorum poemata videntur propter inconcinnitatem: illi tamè auctores magno gaudio sese admirantur et sufficiunt, utroq; sibi placent et taciturnitate auditorum.

17. Videtur ex effectis præscribere, quid bono, Poeta sit agendum, quod tamen postea, ut nimis operosum abrogabit: ac primum ille se præstabit correctorem et emendatorem sui operis, ut alieni, acerrimum. Præterea ex diversis, quod etiam si verba, quibus usus est, innovavit, vel abusu intermissa in consuetudinem asserverit, ideoque ut domi ferè nata, amet unice: illa tamen, si censura videantur parum illustra si levia, si loco etiam parum convenientia, inde sunt movenda, et alia ibi splendidiore, significantiora, deniq; aptiora pro illis reponenda.

18. Hæc quoque sunt boni Poetæ, ut verba prisca, quæ jamdiu ab usu populari fuerunt remota, in aperum benignè proferantur: nec Poeta sinat ea duntaxat situm ducere in formem: usurpabit etiam verba que jam usus genuit et trivit, ejus quoque oratio gravis, perspicua, et ut amnis, copiosa erit. Præterea a communicatione suarum facultatum linguam locupletabit Latinam, et si quid est inane et supervacaneum in carmine, reserabit: dura emolliet: aspera leniet: quæ nullius erunt ponderis, detrahet.

19. Bonitas quoque Poetæ primum diversis explicatur, qui quavis videatur per ludum versus scribere in illis valde laborare, de eisdem variandis, tamen angitur; deinde similitudine exemplorum, in eo cernitur per similitudinè quod ut clarus histrio et Pantomimus alio vititur motu, quum Satyrum levem imitatur: alio, quum gravè Cyclopè gerit: Sic bonus Poeta congruentem cuiq; personæ orationem affingeret: aliter senem atq; juvenem inducet loquentem, ut decorum retineatur. Neg, id sine gravi cura et labore faciet uterq;, quamvis ludere videatur.

20. Ex hac collatione perspicuis verè proprium esse stultitiæ,

Stultitia, aliorum vitia cernere, & obliuisci suorum. Hic enim Horatius personam stulti Poeta inducit, ut iam fuit antea notatum, dicit se male ignavum & imperitum Poeta videri, dum modo suis scriptis delectetur, quare bonum & egregium videri cum tanta modestia & fastidio iam scripta corrigendi, Mira quidem certe est humanae demenciae securitas, qua malis suis delectetur: tantum abest, ut doleat. Ac nequid Poeta nudè proposuisse videatur, appositione exempli propositum confirmat, & certe illud comparatè est sic intelligendum: quemadmodum Argivus quidem, vel, ut alij volunt, Abydenus, mente captus egergumè tulit, se amicorum opera ex insania convaluisse, quod diceret nunquam se iucundius vixisse, quam quum insanus esset: ita noster delirus Poeta magis delectatur versibus inconditis & invenustis, quam politis & diligenter limatis & probatis. Talein hominis miseriam, in re tamen diversa, sic Augustin. describit l. 14. c. 14. ad fin. de civ. Dei: Donatus est itaque homo sibi: quia deseruit Deum placendo sibi, & non obediens Deo, non potuit obedire nec sibi. Hinc evidentior miseria est, qua homo non vivit, ut vult: nam si, ut vellet, viveret, beatum se putaret: nec sic tamen esset, si terpiter ulveret. Hic autem Argivus describitur e varijs adjunctis, primùm quod non obscurus esset, commodus vicinis, hospitibus amabilis, comis in uxorem, servus non levi de re insensus: deinde effectis: quod pericula devitare sciret: ceteras vitæ functiones obiret: errore tamen mentis putaret se aut habere aut spectare, aut audire, quæ nec haberet, nec videret, nec audiret. Postremò ex adversis, Vos, inquit, o amici me occidistis: ne igitur gloriemini me fuisse a vobis servatum: Similis fuit Poeta ad Homerum, quum Od. 4. l. 3. dissimulavit se numine Calliopes corripit.

An me ludit amabilis.

Insania?

21. Ad huc fuit prior Epistolæ pars, in excusatione Poete adversus Florum, & in contemptu studij Poetici. Altera superest de recta vitæ institutione, sic suscipienda, ut e diversis doceat, verba non deinceps esse versibus Latinis modulanda, sed numerum & modum vitæ sapienter definiendum.

22. Modum vitæ sibi constituere ita incipit e gemina similitudine, quarum prior est hujusmodi: ut medicus confutur de importuna siti extinguenda atq; ab eodem libet sumimus ad sitis extinguendam, & ad vitæ modum, palmam Aegyptiam & glycyrrhizæ amarentia sitim omnia: Sic consilium philosophi est audiendum de immoderata habendi cupiditate reprimenda. Altera est, quemadmodum etiam abstinet vti medicamentis invalidis ad vulnus sanandum, quæ falso intellexerat tibi profutura: sic tibi est abstinendum ab insatiabili cupiditate divitiarum, quarum auxilio imprudenter putaras tibi stultitiam decessuram, quæ nihilo plus sapias, ex quo factus es ditior: quæ apodosis illustratur his paribus, ubi imprudentiam avari Flori sub aliena persona callidè notat.

23. Jam Poeta inbecillitatem divitiarum & mutabilitatem ostendit, ut ab illarum inexplibili cupiditate Florum avocet: si illa, inquit, tibi prudentiam dare, si securitatem, id est, turbationum vacuum aciem largiri possent; tu certe ferres egergumè, id est, merito, te ab aliquo affluentibus rerum omnium copias superari. Eacile est civi hinc, quod reticetur, assumere, divitias nihil, nisi ad his contraria, id est, ad demenciam & perturbationem omnis generis valere, Itaque illarum abundantiam vinci ab aliis, sapientiæ est & securitatis: vivitur enim parvo bene, ut Od. decimâ sextâ libri secundi docuit. Ex his perspicis quàm sint infirmæ vires divitijs, vel ad virtutis donationem, vel ad vitij declinationem & doloris amotionem. Consideretur deinceps earundem inconstantia & mutabilitas, quibuscunque sint partæ modis.

24. Reprehenditur hominum stultitia, qui putant aliquid ipsorum esse proprium, quod Juris civilis conditionibus & pactis venditoris, emtoris & libripendis intercedentium comparatur, quod postea definitione proprii refelletur. *ὁποῦντος* autem hic argumentatur, ubi duplex est antecedens propositionis, Quod libra & ære aliquis mercatur. Item quo quis uti solet, illud talis emptoris proprium dicitur. Hæc propositio firmatur testimonio juriscôultorum: potest etiam Ciceronis epist. 31. l. 7. ad famil. Curium: id cuiusq; est proprium, quo ipse frui atq; uti potest: at qui tu mercaris agrum Orbij datis pro acceptis fructibus agrinumis, ager igitur Orbij tuus dici debet.

25. Assumptio est e relatis, vili: cuius Orbij dat frumenta, & vas, pullos, ova, cados vini, & tu data accipis numeratis nummis, quod dum facis, sigillatim emis agrum trecentis millibus nummum prius emittis.

26. Eadem assumptio dilatur parium collatione, tam est dominus agri, qui fructibus quotidianis illius alitur illumque sic emere paulatim videtur, quàm qui olim semel eum mercatus est. Ex his efficere potes, ager igitur Orbij tuus est, non ipsius proprius.

27. Demonstrat prætereà ex diversis, dominum arvi Aricini fructibus emis ali, non proprijs: quamvis hic puter, quum vescitur oleibus, tritico, vino, oleo in Aricino natis, se fructibus pasci incem: illa tamen quondam semel emta fuerunt: adeoque illis minimè propria, quanquam ager certis limitibus sit circûscriptus extrâq; omnè juris acti onè positis.

28. Quod autem ager non sit proprius, descriptione vòcis explicatur, *ἐκ τῆς ἀγορῆς* τῶν ἀγρῶν τῶν ἀπὸν κτήλιον ἄνευ μισθῶν, quia nihil dicitur esse cuiusquam proprium, quod precibus, pretio, vi & morte potest paullo momento eripi & ad aliùm trãnsferri, & cuius usus nulli est firmus, stabilis ac perpetuus, semperque propinquus, ut Satyr. 6. lib. 2. copiosè docuimus. & nunc idem *ὁμοῖον* colligimus.

Residitur cuiusq; propria, cuius vsum illi esse perpetuum videmus: at agrorum & aliorum fundorum vsum nò esse perpetuum possessoribus. Restat igitur tales possessiones non esse suorum dominorum proprias.

29. Mutabilis ratio dominorum agri & fundi confirmatur similitudine: ut fluctuum maris alijs alijs succedere solent: sic heredes heredibus: vel ut unda unda: si heredes mox alios heredes excipiunt.

30. Quod nil sit perpetuum ac stabile, nihil cuiusquã proprium, docet ex efficiente paribus enunciata: quia mors omnia rapit ac delet eque grandia, atque parva: eque clara, atque obscura. Itaque nec multum, nec diu multitudo pagorum, horrea tritici plena, septa omni genere pecoris abundantia profunt: Imò verò huic interrogationi negatio subjiçeda est *κατὰ τὴν ἀθανάτορας*, nihil profunt ad liberationem malorum, & maxime mortis, quæ certè toleranda viderentur, si non sæpius etiam obessent. quod Isocrates prudenter Demonicum mihi videtur docuisse, qui scripserit, *τῆς ἀρετῆς ἕδω κτήμα σμύνοτερον, οὐδὲ βεβαϊοτερον ἐστὶ κήλλος μὲν γὰρ ἢ χεῖνος ἀνάλαστον, ἢ νόσος ἐμάεον. πάντος δὲ κακίας μάλλον ἢ καλοκαθαρίας ὑπὲρ τῆς ἐστὶν ἰδέσθαι μὲν τὴν εὐτυχίαν παροουσαν, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τὰς νέας παρκαλῶν. εὐμὴν δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ἀφέλθον, ἀνευ δὲ ταύτης πλείω τὰς ἐχούσας ἐβλάψεται.*

31. virtute nulla est possessio angustior, nulla constantior. pulcritudinem enim forma tempus absorbit, aut morbus deperdit. Divitiæ autem sunt magis vitij, quàm probitatis administræ, quæ licentiam ignavæ socordie suppediat & ad voluptates adolescentes invitant. robur quoq; cum prudentiâ conjuncta iuvit quidem (Homines) sed absque hac magis lesit sui possessores. &c.

32. Confirmat ex adjunctis, Invalidas & infirmas opes vires esse: quod illas multi nec habeant, nec curent habere.

Eodem accedunt dissimilia duorum fratrum exempla, quorum alter inertissimus, desidiosissimus, maximè

meque luxui deditus erat: ad cuius descriptionem profer-
tur minorum comparatio, quod delictis ludis & volupta-
tibus post haberet optimas quasque possessiones: alter ad o-
pus attentissimus, ac in refacienda & amplificanda vigilan-
tissimus, qui non se, ut De mea ille Terentianus, respiciens
parce ac duriter vitam tolerabat. Causam autem horum
dissimilium ingeniorum Genio, id est, Deo natalitio hu-
manæ naturæ moderatori & cum ipsa commorienti fert
acceptam: quem describit ex effectis & adjunctis. Hic
Poeta discrimen istorum fratrum tribuit incerto ac lu-
brico horoscopo Genethliacorum & fato ad instabilitatem
divitiarum indicandam, quum modò congerantur,
modò dissipentur ab hoc, atque ab illo, intemperanter
utroque.

33. Poeta ex paribus statuit, se modum servaturum in-
ter huius fratris χημεισις nimiam parsimoniam & illius
ἀναλωσις luxuriam, operamque daturum, ut intelligat,
quid intersit inter hominem iucundè & hilariter viven-
tum, & alterum res suas profundentem & dissipantem:
quid etiam parens avaro disceper.

34. Comparatione majorum offendit, talem doctrinam
moralis investigationem fore quidem sibi curam, sed multò
majori tranquillitatem animi & vite hilaritatem sibi fu-
turam: quod illustrat similitudine: *U*, inquit, pueri avi-
dè celeriterque dies festos traducunt totos in animis ludò re-
creandis: quò alacrius postea diebus profectis opus consuetum
faciant: ita homines se iucunditati vite, dum fert brevitatis
etatis, d. arè maturè oportet.

36. E Disparatis optat mediocrem vite statum, ut neq;
sordibus inopia laboret, neque splendore copia niteat: sed vi-
ribus, personà, gradu, pecunià, ingenio, virtute sedeat
major infimis & super supremis. Quo accedit Axioma di-
cretum, & si non videor sume fortunatus, non sum tamè
omnino miser, cui rerum statum simile còplexa est Od. 10. l. 2.

*Rectius vires Licini, neq; altum.
Semper urgendo, neq; dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Lutus iniquum.*

Huc pertinet quod ex amica Dionysij Lebei Batillij I. C.
admonitione intellexi, quod equidem non dubitavi
quia lector accepturus esset animo lubèti, utpote hisce
miseris Fræciæ tēporibus maximè accommodatum. Ille si-
quidè retulit ex Analib Gallicis Philippū Augustū Regē
anno circiter 1190. Lutetiæ creasse primos Magistrat. v-
bis, quos Galli sua dialecto nominat Les Eschevins de la
ville: atq; eundè pro ppetuis vrbis insignibus Argeteana-
vè largitū florib. liliaceis vndiq; insigniter inpersa, cup
effigies nūc spectatur in portis vrbis insculpta. cū hac Epi-
grapha TUMIDIS VELIS AQUILONE SEUNDO, ex hoc
Flacci loco sūpta. quæ hui. cōtūat. Tropi involucro, pra-
lagiret, statū huius vrbis tantisper florētissimū fore. dū ea,
quæ Deo opt. max & Regi ab ipso legitime dato dignū esset,
reverenter fideliterq; coleret, & observaret. hinc doctis-
simi Lebei elegantissimū epigramma ad Amplissimū quon-
dam virum D. Barnabum Briffonium I. C.

*Ata modo tumidis velis Aquilone secundo,
Que placidas rerum tuta secabat aquas,
Præfixo navis regali concita rostro,
Tuteleg, Deos lilia picta gerens.
Advertis jam nunc bellorum impellitur Austris,
Iam propè, jam adversis obruiturq; noris.
Dum regni pace inclusos, quos ipsa vehebat,
Exsolvens ventos, hos ciet illa sibi.
Qualiter Aolijs fertur vexatus Ulysses,
Tediaq; infecti longa tulisse maris,
Postquam illis socij demserè ligamina clausum
Viribus auri ingens pondus inesserati.*

37. Docet distributione quadam hominis ex adjunctis

vitiis & perturbationibus, non esse satis ad animi tranquillitatem
et vitæ felicitatem comparandā, uno illorum, vel
vnā antixi egritudine carere: (quod illustrat similitudine
acutissimi fœtus: ut non omni puncturā spinarum se putat
quis in asperis fructibus laboratum, si unicum solum evulserit,
aut vitavit: ita se res habet in homine omnibus vitiis
præter unicum contaminatissimo.) sed hunc ipsum conser-
vare se integrū ac liberū ab omnibus vitiis efficit. b. q. pra-
vi, quorum bona pars hic recensetur. Sed audi consiliū
D. Jacobi Epist. 2. vers. 10. salubrius multò ad hanc ho-
minis perfectionem δεις τον νόμον της ζωής: τήν αίσθησιν, γένο-
ναι πάντων νόμων. quisquis totius legis servatissimus fuerit, in
una autem fuerit lapsus, omnibus teneatur obstructus. Ad
extremū suadet, quòd si quis nescierit rectè vivere, iucun-
daque senectutem ferre, monet, inquam, eum ex adjunctis,
effectis & fine, ut de statione vite migret: αἰχμητὴς ἀνδρα-
τὴ μακρὴ χεῖρὴν βίῃ πειρώσῃ, χηνοῖσιν δεις μὴδὲν ἐξαιδέσεται.
turpe enim est virum longè desiderare vitæ periodū, ex ma-
lis qui non discedit: ait Sophocles: migret, inquam, ne ju-
vesillum annis obstitutum & vino nimis indolenti ludibrio
afficiat, τὰ λέμγ. explodā: quos magis, quàm senē, decet vo-
luptatū chorus. qui hic mihi videtur significari, quòd dicitur
etas juvenilis decentius la scivire, quàm senilis.

Enarratio Grammatica.

DE Julio Floro jam dictum fuit Epist. 3. lib. 1. cui
non mediocri hic tribuitur laus, quò dicitur Ti-
berio fidus ac fidelis Nam ut ait Theognis.
Πιστὸς εἶναι χρυσὸν τε καὶ ἀργύρου ἀντιθέσθαι δὲ
ἄξιον.
Vir fidelis dignus est, qui iuxta servetur, atq;
Aurum & argentum, ac pretiosissimum quidq;

Præterea idem.
Πάυρους ἐπιθήσεις, Πολυπαῖσιν ἀνδραγὰς ἐπιθήσεις
Πιστὸς ἐν χαλεποῖς περιμασι γυρομένουσιν.
Paucos in vniuersis, o Polypeda, viros, qui sint
In gravibus negotiis fideles.

non est quoque mediocri hac Tiberij prædicatio: in quò
vides virtutem cum splendore generis & potentia conjū-
ctam: quid nō speres a principe talibus titulis ornato? nisi
assentatio Poetæ fidem levet.

Fortè.] De hac convenientia particularum dictū est
Epist. 12. sicut de Tibure Od. 7. & 18. l. 1. ut de Gabijs E-
pist. 11. & 15.

Tecum sic agat.] Qui interpretantur, sic tecum loqua-
tur, videntur mihi auctoritate Ciceronis niti, qui ferè pro
eodem in Catilin. 1. geminat: Patria tecum, Catilina, sic
agit, & quodammodo tacita loquitur: sed quia Poeta rati-
onem conventionis vult exprimere, rectius explicatur te-
cum contrahat & paciscatur, vt prudenter Hen. Step-
hanus notavit.

Hic candidus.] I. Hic puer verna & venalis.
A vertice.] Hac loquutione significatur totius cor-
poris pulcritudo, quæ videtur sumta ex εἰδὺλ. κα. Theo-
criti, quod inscribitur Βυκολικός.
Τοιαυτὴ μὴδὲ μοῖρα τοῖς εἰς εὐνοῖαν ἔπιπυσε κόλπον.
Καὶ μὴ ἀπὸ τῆς νεφαλῆς ποτὶ τὸ πόδες οὐρὴν ἔειδε.
Sic Eunice loquuntur in suum despuat sinum,
Et me a capite ad pedes continenter circumspexit.

Hic narratur factum vrbana cuiusdam puellæ recusantis
ofcula Bucolisci. quæ contra invidiam vel fascinationem
hujus rustici ter inspuat in suum sinum sicut: docet idyl.
anus Cotyparis Damactam facere, ne invidia vel fascino
lædatur. Sic Homerus loquitur, primum 11. d. π. sub
finem ad vers.

Οὐδ' ἂν ἐπὶ φερίμων περ ἀνὴρ, Σαρπηδόνα δῖον
Ἐγὼ, ἐπεὶ βελέσσηκα ἀίματι κοίησιν
Ἐκ νεφαλῆς εἶλυτο δαίμων περὶ ἐς πόδας ἀκρῶς.

Neq;is

Neque amplius (Meriones) quantumlibet attentus vir esset, Sarpedona diuinum agnoscebat: quia relictis & cruore & pulueribus. a capite ad pedes prorsus erat involutus: ubi Eustathius annotat τὸ ἐς πόδας ἐπιλυμένον ἄναι τὴν διαμωρῆς, quod sonat a summo ad imum transeundo per medium. Huc addit Scholiastes, hoc efferri ordine in verso a Comico pro, ἐκ τῶν ποδῶν ἐς κεφαλῶν, quod Galli de cataphractis & quibus suā dicunt linguā, armes de pied en cap. quo modo etiam Cicero enunciat in oratione pro Roscio Comædo, nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus videtur? deinde Iulia. f.

Ex d. ἀεζ πάντων

Διμῶν ἐλὼν ἐκάλυψε νέκυον μετ' ἄδυμος Ἀχιλλεύς

Ἐσποδῆς ἐκ κεφαλῆς. i. ex adipe omnium vicissimarum

sumto operuit exanimem Patroclum magnanimus Achilles a capite ad pedes usq; id est, obtexit omnino cadaver Patrocli adipe sumto.

Pulcer.] Hac descriptione significat in puero aptam & decentem omnium membrorum cum quadam coloris suauitate conformationem esse, vt definitimus pulcritudinem Od. 16. l. 1.

Fiet eritq;] In transferetur in tuum jus & dominium pretiodicentorum coronatorum, quorum, singuli estimatione Buda; valeant quinq; & triginta solidos nostros. Gallicè sic reddas, il sera vostre pour deux cent escus. Angelius magis probat l. 1. cap. 16. mille nummum & mille passum per lyncopen, quam nummorum & passuum.

Vern.] De ratione hujus vocis diximus Sat. 6. l. 2. & quid ἀπὸ δούλου ὀμνῆς, a seruo emto.

Ad nutum aptus.] Quamquam Cic. sapè geminet hæc, convertere & accommodare se ad voluntatem, arbitrium & nutum alicujus: aliquid tamen paulò diuersum videtur hîc designare, quod rectè Galli exprimunt, il se met en besongne sans qu'on lui dise presque rien, ou, fort duit a faire la besongne au gre de son maître. Hoc etiam fortassis posset referri ad Proverb. πᾶς θεοπότης δέλω μονοσύλλαβος. i. omnis herus est seruo monosyllabus, ἡ γουὲ & annuendo, aut non renuendo.

Literulis.] Hoc hypocoristico vtitur Cic. lib. 16. ad Tiron. Epist. 12. Literule mee, siue nostra, tui desiderio oblanguerunt, pro studijs meis: sed hîc pro disciplinis eodem tamen diminutionis genere utitur etiam pro characteribus 6. in Vetr. nomen literulis minutis argenteis inscriptum. Hujus autem primigenium litera Grammatici tradunt a linea dictum, quasi sit lineatura, interlitis aliquot elementis. In ratione enim nominum inclinatorum sapè literas adjungimus, sapè etiam demimus, ad illa vel explicanda, vel constituenda, ut docet Plato in Cratylo: ut igitur linea est e ductu puncti & prima & minima corporis dimensio: ita litera est pars vocis minima. Ex hoc quidem etymo extendit primam syllabam, quam e litura vel iterare vel terere corripit. Prior ratio est potior ad τὴν γραμμὴν καὶ γραμμα alludens. Cicero geminat, doctrinā institutus & imbutus: dicit etiam pro Milone, ad legem naturā non instituti, sed imbuti sumus, ut idem Att. lib. 5. usurpat, idoneus: instruar etiam negotijs idoneis ad hoc nostrum negotium, idem 2. de Oratore pro imbutus literis dicit. sit mihi tinctus literis: quod Græcè profertur, ἔχεται τῶν γραμμάτων δευσποιδὸν πῶς δὲ πῶς ἢ ἔσται δὴ δευσποιδὸν μάθησιν τῶν γραμμάτων μεμαθηκός: quā quidem interpretatione Græcā significatur ille οὐτως καὶ ἄλλος μῆνος καὶ δευσποιδός, ta tincturā coloratus vt illa nequeat elui: sed hîc levis nec planè βαρὴ intelligitur, vt Rhetorica monebunt.

Argilla.] Græci dicunt κηρὸν πλεσιώτερος, cera traēlabi liter. Argilla autē videtur deflexa πικρὸν τὸ ἀργὸν à candore, vnde per vnicum λ. scribenda est, de qua Plin. l. 17. c. 7. Po-

test etiam ἢ ἀργίλλος dicit ἡ πηλὸς καὶ καραμίδι, terra luto-sa & sigularis id est, ad opus figlinum apta, e qua materia Cic. in Pis. dicit quendam esse factum: quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus: quem Græci κηρῶμιον ἀνδροπρον dicunt per contemtionem, vt mollè & imbecillum, nullius deniq; pretij. Aliud tamen tropus indè spectat, vt indicabunt Rhetorica.

Canet indoctum.] Antimeria est pro indoctè & rusticè ἀπειθεύτος, vel est ellipsis explenda, canet aliquid indoctum, rude, inconditum & agreste.

Multa promiss.] I. minuunt fidem & extenuant nomine mendacij suspecti. Gall. On n'ad joute pas grande foi a un grand prometteur, qui prise des raison nablement les marchandises qu'il veut vendre, & desquelles il se veut deffaire. Cic. hu nc morem res venalis laudandi per jocum transtulit ad Atticum l. 13 Epist. 12. Ligariam præclare vendidisti, posthac, quicquid scripsero, tibi præconiū deferā. Gall. reddas, je te baillerai la charge de faire les criers dornavent de tout ce, que je serai. Hoc autem verbum necessitatis, extrudere, hîc valet, quasi ex officina vel foro venditas citò, ut viles, emittere, & aliud exportare. Idem videtur exprime verbum, distrahere, proprium J. C. quo vtitur Suet. in Vespasi. c. 16. negotiaciones quoque vel privato pudendas pro palam exercuit coemendo quedam vi pluris postea distraheret, quod extrudendi verbum Donat. in Heeyr. Act. 1. Sc. 2. v. 98.

Eo amantem invitum Iamphil.] Extrudit pater: sic explicat vis verbi demonstrat Pamphilum invitum excessisse. Nam propriè τὸ extrudere dicitur, qui manibus expellit. quod facile perspicias ex Epist. 11. ad Brutū, ego autem quum ad me Ciceronis (si h) abs te discessu scripssiss, statim extrusi tabellarios, literasque ad Ciceronem: vt etiam si in Italiam venisset, ad te rediret, sed hîc translatione vsus est, vt ostenderet tantum impotunitatis verbis sensu fuisse, quantum impulsio manu efficere potuisset. Huic autem verbo sic opponitur intendere vt Græcum εἰσάδειν, introvellere, τὸ ἐξάδειν, expellere & εἰσβάλλειν τὸ ἐκβάλλειν, injicere & ejicere. Alteram tamen lectionem, quæ habet excludere non planè rejicio.

Res nulla.] Id est, nihil me cogit nullaque necessitate premor ad hujus venditionem, vel nullum æs alienum vrget me. Hac professione adimit emtori spem pretij minoris.

Meosum.] Sum equidem in re tenui, nemini tamen sum aratus.

Mangoni.] Siquis me roget, quid sit mango, possum e c. 12. l. 5. Fab. Qu. int. respondere, illum esse negotiatorem manciorum, qui formæ puerorum certis pharmacis & medicamentis quibusdam lenocinatur, vt qui renouant & interpolant alias merces, Gall. qui donnent grace & lustre a leurs marchandises. Nam si mancipia fuerint robusta, lacertosa, barbata & reliquis naturæ dotibus proprijs masculorum prædita, ea curant statim alienanda & immutanda, vel excisâ virilitate vel fucato colore, vel flatulentâ saginâ vel mollitie, alijs denique artibus. Quod ad rationem hujus vocis mango, quidam putant ab agendo manu illam esse nominatam: sed alij deflectunt πικρὸν τὸ μάγγανον, quod inter cætera sonat pharmacum, præstigijs & fallacias quæ posterior notatio propius accedit ad veriloquium. Suet. tamen scribit in Domit. cap. 7. inter hujus instituta, castrationem manciorum marium vetitam & pretia spadonum, qui residu erant apud mangones, moderata fuisse: qui Græcè ex eadem origine dicuntur μαγγανιδῶν, vt verbum μαγγανδῆν, vti pharmacis, prestigijs & fallacijs: quemadmodum a Latino fit mangonizo pro aliquid orno & polio: ut carius vendatur, quo Plinius vtitur l. 22. c. 1. item l. 3. c. 10. Galenus solet mangones τῶ

ἀνδραποδοκαπίλους & aliquando concisē ἀνδρακαπίλους nominare, & Suides σωματεμπορος, μεταβολείς, venalitiarios, qui distinguuntur a Lenonibus: hi enim pueros, puellas & mulieres venditabant, vt essent emtoribus ministri tantum explenda libidinis, & hi lenones vocabantur: qui verò habebant pueros, seruos, Eunuchos, aliósq; homines alterius ministerij gratiã venales, mangones, nominabantur, ut iam dictum est: quos Galenus scribit solitos sic reddere suas merces vendibiliores: facies puerorum succo pistillanæ, farinã fabaceã, aliquando nitro abluabant, vnde lucidiores fiebant, nates macilentorum virgis cædebant & picabant, vt paulld habitiores & crassiores evaderent, costas puellarum constringebant fascijs, vt pectora fierent ampliora & coxæ altiores & latiores adipsarum decorem: marib. depilatas curabant genas, quò viderentur & iuniores & formosiores. Plura multis in locis Galeni vide & l. 2. c. 8. Vitruvij.

Hoc faceret.] I. venderet talem puerum tam vili. Quidam tamen referunt hoc ad demonstrationem vitiórum quod mihi minimè probatur.

Non temere.] I. non sine magna caussa quis hanc mercem a me tali pretio consequeretur. Gal. *Il n'a marchand qui vous fist si bon marché, & il n'a aussi acheteur, qui l'eust de moi pour le pris, s'il n'a avoit grande occasion.* Fecit autem lex redhibitionis, vt ita explicarem, quam tamen videtur mango *ἀπὸ τῆς μειώσεως* eludere in elevanda cessationis nomine fuga: quia cessare, ἀρῆσθαι, otiosum esse, putatur levius delictum servi, quam fugere, & ita conjungit Cic. 3. de nat. Deo. *Cur tam multos Deos nihil agere & cessare patitur?* Nam fugere absolutè positum valet jugum servitutis a cervice detrectare & dejicere, Græcè *ἀρῆσθαι τὴν δεσποτείαν* averfari dominatum herilem: id propriè dicitur *ἀραπέτσειν* & hinc *ἀραπέτης*. vnde fugitivus, qui illud dejicit, turpiter notabitur, & postea comprehensus & loro vincus, & suspensus etrabe flagris a domino vrebatur. Pendebat autem hoc lorum vel habena semper e laqueari domus, vt servi detererentur a fuga & furtis. Cic. præterea meminît hujus edicti Aedilium de venditione mancipiorum. 5. de Off. ut meminimus Satyr. 3. l. 2. quum ostendit originem Juriscivilis. *Nec verò in prædiis solum jus civile ductum a natura malitiam fraudemque vindicat: sed etiam in mancipiorum venditione omnis fraus venditoris excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto Aedilium: atque paulld post inquisitione minutarum rogatiuncularum addit in mancipio vendendo dicendane vitia, non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium Jure civili, id est recipiatur a venditore: & pretium ab emptore quia dolo malo facta est venditio: & pretium aliud est actum, aliud simulatum.* Formula edicti a Paulo J. C. memoratur.

In scalis.] I. sub scalis, & semel ab didit se sub gradus. Hæc syntaxis est elevatio fugæ, pro, fugit veritus, ne loris vretetur. Sed inter supplicia corporis Callistratus hæc recenset L. 7. de pœnis, *fustium admonitionem, flagellorum castigationem, vinculorũ verberationem:* quamquam pro hoc postremo Suet. dicit in Calig. c. 27. de crudelitate hujus: *curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum nõ prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore.*

Metuens.] Hæc est rectio τῷ metuens e participio in nomen migrantis. ut Grammatici loquuntur. Sic Cic. pro domo sua, *metuens legum & judiciorum* & Virgil. 5. Aeneid. *metuensq; pericli.*

Des nummos.] I. numeres pretium jam indicatum, si non metuis istam pueri vnicam fugam, quam excepi, nec præstare ob id statui. Ille mango meo judicio poterit

accipere octo millia nummum sine metu pœnæ redhibitionis, cui videtur satis fecisse.

Prudens.] I. tu, o Flore, legitime admonitus es de meis vitijs, ideo nullam eorum tibi culpam præstare debeo.

Et litè.] I. diu me detinens in lite injusta, vel diu mecum litigas iniquè.

Officiis mancum.] Mancus propriè dicitur quasi manibus cassus & privatus, quem Græci vocant τὸν ἀχρηστὸν ἢ πηχὸν χερῶν: sed hoc latius patet: nam & πηχὸς τῶν γούναων ἢ ὀμμάτων, *mutilatus membris & oculis & aliis quibuslibet,* qualis syntaxis est huic voci Latine & vix alibi apud Latinos reperitur.

Jurgares.] Devi & etymo hujus verbi repetes notas Grammaticas e Satyra 2. subfin.

Quid profeci.] *ἄντυπορον* sit: nihil tibi indicando & prænunciando segnitiam & imbecillitatem meam promovi, quum audeas labefactare & corrumpere jus meum. Ita sumitur in Cic. Orat. *fidem alicujus attentare:* Gall. *tafcher a corrompre la loiaute d' autrui.*

Facientia.] Sic Epist. proximã dixit.

Et sapit, & mecum facit, & Jove judicat equis.

Est autem facere cum aliquo, ei favere & a partibus illius stare, quomodo etiam Cic. loquitur pro Quint. *facit cum hoc veritas,* & l. 6. ad Att. Epist. 119. *cum Casare facit* Lentulus consul: quod etiam idem dicit. l. 1. de Invent. *commune est quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit.* Gall. *qui ne fait pas plus pour noz ennemis que pour nous.* quod vulgò dicitur. pro Casare: pro hoc quod

Græci videntur reddere, *μετὰ τῶν ἐναντιῶν ἰσῶν, cum aliquo idem sentire & ab ipsius partibus stare.* His opponitur quod Cicero dicit pro Quintio, *Quæ res in civitate duæ plurimum pollunt, eæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia,* id est, nobis adversantur. obiter hic observabit Lector, vt Cicero minimè dixerit explanationis gratiã more quorundam partum Latine loquentium, *duæ res faciunt contra nos,* nempe vel

scilicet gratia & eloquentiã

Querere.] Admonimus jam locis aliquot de syntaxi hujus verbi, queror injuriam & de injuria. Sed addo loco præpositionis (*de*) alteram (*super*) cum sexto casu poni Quemadmodum loquitur Virg. in fine 4. Georg.

Hæc super arborum cultu pecorumq; canebam, Et super arboribus. i.

Hæc scripsi de cultu terræ pecorum, & arborum. Item Cicl. 16. ad Attic. *hæc super rescribam ad te Rhegio,* pro, de hac re. sic Græcè *ὅπερ παρ' ὧν νόσων γὰρ ταῦτ' ἐκχυρῶσθαι. i. propter, non potuit fieri, ut de omnibus morbis scribere poterit.* Hic tamen posset etiam sumi pro præter hæc, vel ultra hoc, vel ad hoc, quod Græcè dicitur *παρὰ τὸ ὅτι, ἢ πρὸς τὰ ἑτέρα.*

Mittam.] Sententia est: tu Flore, querere de me, quod dum ad te non mitto carmina, quæ expectas, videar tibi mendax esse, nec promissis manere.

Expectata.] I. desiderata: ita Donat. in Prolog. Hecy. interpretatur, *Funabuli eodem accessit expectatio, desiderium,* quod illustrat Virgilij loco, *Expectate, venis* id est desiderate. In Adelpis tamè Act. 1. Sc. 2. *ubi te expectatum eiecisset foras,* exponit odiosum: ibiq; distinguit *expectare a sperare,* quod illud fiat ante diem: hoc ad diem: vnde perspicitur a vidiore, qui expectat, quàm ille, qui sperat.

Collecta viatica.] Viaticum definitur provisio rerum ad viam conficiendam necessariarum, & viæ auxilium, vt loquitur Virgil. quod Græci τὸ ἐφόδιον. Sic utraque vox utriusque linguæ vtitata est pro quolibet adminiculo & adjumento ad quidvis conficiendum, vt Plut. 7. Symp. *μὴ μόνον τῷ σῆν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀποδηήσαντος ἐφόδιον εἴη, ut sit non modo adjumentum ad vivendum, sed etiam ad moriendum,* sic videtur hoc loco accipiendum. De hoc autem

autem Luculli bello contra Mithridatem Pontiregem lege Plutarchum in ipsius vita. Hic L. Lucullus dicitur Nicolao apud Athen. l. 6. *τεφφης κερως εστρωτης primus deliciarum, et luxus Romae auctor*, quem ex Asia post Mithridaticum bellum iam affectum reportavit Romam: de quo fuit Epist. 6. l. 1. ad ver. *Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus*, & Satyra. 3. l. 2. ad ver. *Nunc age luxuriam, &c.*

Multis ærumnis.] Ingenti labore conquisita & congesta fuerant illæ militis sarcinæ e variis spoliis hostium. Festus defleat ærumnam bifariam, vel ab ærumnulis, quas e Plauto dicit esse furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: vel ἀπο τῶ ἀρεῶν, a tollendo, vel potius ab ejus participio pass. ἀρεῶν, ærumena, & contractè ærumna. Definitur autem a Cic. l. 4. Tusc. & 2. de Finibus, *agritudo laboriosa, & a Felto, labor onerosus*, qui nec vitari, nec declinari potest, nec debet. ut ibidem Cic. cum de omnibus gentibus mereris, cum opem indigentibus salutemq; ferres, vel Herculis perpeti labores viderere, sic enim majores nostri, labores non fugiendos tristissimo verbo, ærumnas etiam in Deo nominarunt. Tales ærumnæ exercuerunt variè D. Paullum Apostolum, ut est Epist. 2. ad Corinth. c. 11. ubi Græc. ἐκόποι καὶ μόχοι vocantur.

Stertit.] De hoc verbo dictum est Sat. 3. l. 1. *Ad assen.*] Quid perdere ad assen, disce ex hoc, redigi ad assen Sat. 1. l. 1.

Post hoc.] 1. post amissas sarcinas & res suas ab hoste surreptas, acrior in eum fuit.

Dejecit.] Ellipsis de vel ex, non autem a vel ab, ut e fine orationis pro A. Cæcinnâ cognoscitur: *si quis mihi præsto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, & me intro prohibuerit, non ex eo, sed ab eo loco me dejecerunt.* Dejecit igitur hic miles præfidarios milites Mithridatis ex arce bene munita & opulenta.

Summè munito.] I. fossis maximè septo, mœnibus clauso, custodiis ac vigiliis defenso, quod Græcè dicitur ὅς περ τῶν ἑταίρων δυνάμει καὶ ἀνυπακοῆς πᾶσι ἀνέχετο τὸ τοῦ στρατιώτου κλέος, id est, *qui locus adeo captus et expugnatus difficilis, valde auget gloriam militis oppugnantis.* Sic Cic. dicit *summè miser, summè officiosus.*

Clarus.] I. hac expugnatione arcis fortiter factâ, miles nobilitatus & honestis præmiis ornatus est, ac præterea viginti milia sestertium nummum accepit, id est, quingentos coronatos, æstimatione Budæi. Aristot. l. 1. Rhetor. de fortitudine differens, scribit, præcis temporibus, καὶ ἐπ' ὅσων τὰ ἀθλα πικρὰ καὶ ἀπυρρὸν virtutis præmium fuisse honorem, cui rei testimonio est illa exclamatio Plinii: *Omnes æternos, qui tanta opera honore solo donaverunt? sed corruptis jam moribus ac disciplinâ depravatâ miles non contentus fuit coronis purisq; hastis: quod hic locus indicat, Accipit et bis dena, &c.* citatus ibidem, 1. Rhet. a Petro Victorio pererudito interprete. Hic (super) absolute positum valet amplius vel præter illa dona honorifica πᾶσι τούτοις ἐπὶ τούτοις, ut pro Q. Roscio, satis superq; habere.

Sub hoc tempore.] Hæc quidem temporis circumstantia notat propinquitatem rei instantis, vel pauld antecedentem, vel non multo post consequentem, quæ distinguitur vi rei narratæ, ut hic, non multum ab expugnatione hujus arcis Prætor voluit castellum quoddam excidere & evertere, quod Græcè dicitur ἐκπέτειν καὶ καθαιρεῖν τὸ ἐπιτείχιμα, locum unitum excidere ac evertere. Est autem castellum ὑποαιεῖσιον diminutione factum a castro.

Nescio quod.] Est huic Poetæ per familiare hoc genus loquendi Ode 24. l. 8. ad finem.

Curtæ nescio quid semper abest rei.
Sat. 9. l. 1. ter, *nescio, quid medians nugarum*: vide ibidem reliqua, quæ mihi videntur omnia explicanda, ut Donatus interpretatur Act. 1. Sc. 2. Hecy. v. 111. *dicere causam tunc, nescio quam*, id est, quæ nullius sit momenti, aut certè per exigui per contemtionem.

Adere mentem.] Hoc videtur posse per illa conjuncta Cic. Catilinariâ 3. *Dus ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirita, voluntatemq; suscepiliberande Republice maximis periculis*, explicari: aut per hæc, facere majores animos & exacuere in irruptionem, excitare & ad invadendum castellum inflammare.

Prætor.] Festus scribit initio Prætores fuisse, qui suâ ætate Consules erant, & bella administrabant unde prætoris porta in castris, per quam ad Prætorium, quod prætoris tentorium est, itur. Jus etiam dicebant, ut ex prima illorum creatione intelligitur apud Liv. lib. 5. ubi vox videtur subindicare deflexa a præse. Varro tamen a præire, quod jure dicendo & exercitu ducendo populis præiret, ut Cic. 3. de Leg. confirmat statim initio: quanquam verba ipsius videntur γεννώτερον quid complecti, quàm verbum præ se ferre: videtur igitur ait, *magistratus hanc esse vim, ut præsit, præscribatq; rella & utilia & conjuncta cum legibus: ut enim magistratibus leges, ita populo, præsent magistratus.* Reliqua ibidem potest lector videre & judicare. Dionysius porro Lambinus in illo Plauti versu in Epidico: *TH. jus dicis. EP. me decet. TH. jam tu autem prætoriam geris?* prætorè intelligi tradit qui Græcis ἀρχων dicitur.

I bone.] I. fortis ac strenue miles, quod te tua fortitudo invitat, invade fortissimè in arcem omine secundo, rerum bellicarum non insolitus.

Post hæc.] 1. postquam præsidium regis dejecit, arcem expugnavit, rem denique præclaram fecit miles, prudens & bene consultus fuit, responditque prætori aliud invadere jubenti: *illuc mitte alium, omnibus fortunis eversum, aut criminibus obrutum.* Plutarch initio Pelopidæ memorat quendam Antigoni militem non dissimiliter huic Luculli mutatum. Ille namque, quum se cognosceret esse valetudinis deploratæ, nullum non vitæ periculū subibat p̄ imperatore suo, cujus temerariæ ac projectæ audaciæ admiratione rex captus, mandavit Medicis ac Chirurgis suis, ut omni studio, diligentia & ratione in sanationem illius incumberent. sed ubi sanitas ei fuit restituta, in nullum capitis discrimen adduci ullis postea præmiis potuit. Vide locum. Luculli autem pleonexia sæpè graves seditiones & querelas suorum militum in exercitu concitabat, sicut Plutarchus in ipsius vita scribit, cujus loci interpretationem solum subijciam brevitatæ gratiâ: *Lucullus nihil non per milites suos indignè tulit, singulos per tentoria velut ambitos rogando cum submissione & lacrymis, manusq; prensatione quorundam, qui illas rejiciebant, & vacuus objectabant Zonas, illumq; solum jubebant pugnare cum hostibus, a quibus ipse solus sciret locupletari.*

Catus.] De hac voce dictum fuit 10. l. 1.

Zonam.] Hæc vox est origine Græca, παρὰ κοινῶν a cingendo dicta, quæ communiter utuntur Oratores & Poetæ. Ex hoc autem loco perspicitur, quemadmodum viatores ætatis aureæ soliti sint suspendere crumenas suas de zonis & in illis nummos inclusos gestare, sicut de Vitellio Suetonius scribit in ipsius vita c. 16. *Zonâ se aureorum plenâ circumdedit.* quod etiam ex Eliano liquet, τὴν ζώνην τῶ χειρῶν ἢ ἐπιήγατο ὁ ζώνων, ὁ παρὰ τοῦ ζώνωντος, id est, *Campo observavit, an hospes secum portaret zonam aureo gravem.* E 6. quoque c. Marci Evangelistæ idem apparet, ubi Christus vetuit duodecim gestare in zonis æs, καὶ παρήειλεν αὐτοῖς ἵνα μὴ εἶναι εἰς ὄδον, εἰ μὴ ῥάβδον ῥάβδον

μόνον μὴ πῆσαι, μὴ ἀσποι, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν, id est, ipsis inter-

terdixit, ne quid in via secum adportarent prater scipio-

nam, neque peram, neque panem, neque in zona pecuniam.

Idem testatur Agel in fine c. 12. l. 15. ex oratione quadam

Tiber. Grachi ad populum: Itaque, inquit, Quirites, quum

Romā profectus sum, zonas, quas argenti plenas extuli, eas ex

provincia Sardinia inanes retuli: alii contra amphoras vi-

ni, quas vini plenas, eas argento plenas domum reportarunt.

Idem Plutarchus in vita Gracchorum, ubi τὸ βαλλάντιον

legitur pro marsupio & crumena παρὰ τὸ βαλεῖν: quod il-

lic mittitur vel inde emittitur pecunia & argentum, unde

ἀποτέμνεν τὸ βαλλάντιον, vel uno verbo βαλλάντιον, τομῆν & βα-

λλάντιον, quod recentiones Latini etiam conjunctim

reddiderunt, crumeniseca, ut Galli, coupepe bourse. Cru-

menam autem, seu cruminam, ut hoc obiter moneam, 15

παρὰ τὸ κρεμῆν a pendendo dictam: non est quod cuiquam

sit dubium, ut enim a Nonio definitur, folliculus est aut

sacculus e brachio de pendens. Attamen collo potius

quam brachius appensam crumenam dixerim, quippe

quum Epidicus apud Plautum a patre Strathippoclis in

collo crumenam sibi collocatam, & Strabax apud eundem

in Traculento alium quendam sibi obviam factam cru-

menam de collo traxisse, dicat.

Roma nutriti. Pro hoc Virg. dicit in fin. 4. Georg.

Illo Virgilium me tempore dulcis aiebat
Parthenope studis florentem ignobilis otii

Hanc autem nutritionem & institutionem memoravit:

Sat. 6. l. 1. ad hunc locum.

Sed puerum est ausus Romam portare.

Doceri quantum A. b. lles.] Contigit discere poema

Homeri de ira Pelidae Achilles contra Gracos, & præcipue

adversus Agamemnonem, id est, Iliada. Sed postquam

adolevit, Romam se Athenas contulit percipiendæ Philo-

sophiæ gratiæ maximeque ethicæ, id est, doctrinæ de vita

& moribus ubi Peripateticos in Lycæo & Platonicos in

Academia disputantes audivit de virtutibus ac vitiis. Præ-

tereâ de rerum veritate κατ' ἐποχὴν τὸ ὁμολογεῖν, cum reten-

tione assensionis, de quo lege libros Cic. Academicos & 3. de

Orat. quorum ex ætate distincte tres familiæ Philosopho-

rum, ut apparet ex initio historiæ de vita Bruti apud Plutar-

chum, διαρρηχτός δὲ ἐπαυδῶναι πρὸς τοὺς ἀπὸ Πλάτωνος τὴν γέναι καὶ

μέσση λεγομένῳ Ἀκαδημαίαν, ἢ πᾶν ἀποστήμενοι ἐξήρητο τῆς πα-

λαιίας, id est, Studiosè colebat Platonicos, novam & mediam

Academiâ, ut ajunt, non ad modum approbans, veteri ad-

dictus erat. Definitur autem Academia a Diogene Laer-

tio in vita Platonis, locus in suburbis Athenarum pul-

cerrimis plantis confitus, fortium virorum monumentis

ornatis, & ab Academo heroe sic dictus & consecratus.

Quidam tamen volunt eundem invenisse hoc nomen ab

Echedemo, unde Echedemia. Ibi fuit gymnasium Acade-

micorum, de quo vide Plutarchum in Theseo & Sylla,

Aristophanem in Nubibus. Non alienum erit commemo-

rare, quod Plin. scribit l. 31. c. 2. de Cicerone, qui voluit in

Italia referre similitudinem Academiæ Atticæ: digna me-

moratu, ait, villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus

imposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam & voca-

bat M. Cicero Academiâ ab exemplo Athenarum compo-

sitis v. luminibus ejusdem nominis: in qua & monumentum

sibi insitauraverat, seu (pro, quasi) verò non & in toto terra-

rum orbe fecisset: vide ibidem de castichon Laureæ Tullii,

qui fuit e libertis ejus, eodem pertinens.

Dignoscere.] Pro quo Cic. dignoscere rectum a pra-

vo, id est, virtutem a vitio distinguere.

Tempora.] I. bella civilia Romanorum e gratis exer-

citationibus & studiis Academicis me amoverant. Ita

Cic. l. 1. ad Attic. Epist. 9. Totum (sermonem) investiga, co-

gnosce, perspicue nebulonem illum: si quo pacto potes, ex illis

locis amove: unde puto τὸ amovere retinendum: nec τὸ ἐ-

movere ejus vice repbendum.

Radem belli.] Ex hac syntaxi quidam arripuerunt oc-

casione interpretandi titonem & noyom: quem νεωσ-

λεμων Græci vocant militem: quem quum τὸν ῥυθὸν potest

designare, & Poetæ viam munite ad gratiam Augusti sibi

innocenti conciliandam, qui non consultè atma sumfer-

rit contra Cæsarem: ego tamen malo explicare τὸ ἀστὴν

belli civilis, id est, tempestas & tumultus civilium discor-

diarum eduxit me ex illo celebri gymnasio disciplinæ

militaris imperitum: non improbo tamen superiorem

interpretationem. Eodem quoque me familiaritas Bruti

& similitudo studiorum inter utrumque vocavit. Quam

verò Brutus fuerit studiosus Academiæ, patet ex ipsius

vita apud Plutarchum, ut modò citatum est.

In arma.] I. in exercitum ad partes Bruti tuendas, vi-

ribus tamen Augusti impares. Tantum enim Brutus A-

chaiam & Athenas tenebat. De Philippis dictum Od. 7.

lib. 2.

Unde.] I. ex quo Bruti exercitu partim caeso, partim

fuso abii nudatus armis & nummis, postque bonis pater-

nis everlus proscriptione.

Simul primum.] Valet idem, quod, ut primum, quum

primum simul atque. statim uti & similia: pro quo Demo-

sthenes dicit, ἀμα ἀντιόκειν π, simul atque aud. v. mus ali-

quid.

Humilem.] Hoc epithetum modò ad corpus refer-

tur. Virg. 12. Aeneid. ad fin.

Ille humilis, supplexq; oculos, dextramq; precantem,

Pratendens.

modò ad animi demissionem. Terent. Hecy. Act. 3. Sc. 3.

omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atq; humiles si-

mus. Gall. Scelon que les affaires se portent, nous prenons, on

perdons cœneur. τὸ δὲ τὰ πρὸς utroque etiam refertur e-

iusdem cum Latino notionis: utriq; horum hæc oppo-

nuntur sublimis καὶ ὑψηλὸς καὶ ὑψηλὸς sancta reperitur.

Laris.] De lare dictum est Od. 12. l. 1.

Paupertas.] Sic loquitur Terent. in Phor. Act. 5. Sc. 1.

v. 6. Quod ut facerem, egestas me impulit & Martialis o

quantum cogit egesta! cujus vim habes probè declaratum

Ode 1. 4. l. 3. adversus tres quorum primus sic incipit.

Magnam pauperis opprob. Similis est phrasis causæ

violentiæ apud Ciceronem astringi, premi & constringi

necessitate.

Sed quod.) Syntaxis verborum est aliquantum impli-

cata, ideo sic explicanda videtur: sed ni putem melius esse

dormire, quam scribere versus, quæ cicuta poterunt un-

quam satis expurgare me habentem, quod non desit, id

est, nisi malim, quum benignè utor presentibus, in sene-

ctute quiescere, quam laborare, insanabili certè morbo a-

nimi conflictarer: ad ejus profectò sanationem tota An-

ticyra non satis valeret: qui ita interpretantur de hellebo-

ro, sensum quidem loci pulchrè videntur callere. Nam hel-

leborus, uti Sat. 3. l. 2. monuimus, præsentissimam facit

medicinam phreneticis & insanientibus: ἀλλὰ τὸ κόνειον

οὐκ ἔχει δύναμιν καθαρίσθην ἀλλὰ πᾶν αἰετῆρην, ut dictum

est Sat. 1. l. 2. Cicuta non est prædita facultate expurgandi,

sed planè necandi exstinguendo nativum calorem & sangui-

nem in grumos cogendo. Itaque hæc vox videtur omnino

aliena huic loco & Lambinus prudenter idcirco Sicyiam

excogitasse & reposuisse, dum aliquid melius sapientia

temporis indicaret: quidam tamen malunt retinere cicu-

tam, vel propter auctoritatem Avicennæ, qui hellebo-

rum appellat cicutam alii κατὰ χρῆσιν de hac illum intel-

ligunt Est autem σικυτὴ ἢ σικυτὴ idè, quod καλοῦνθ' ἢ καλοῦνθ' ἢ

ἢ καλοῦνθ' ἢ καλοῦνθ', cucurbita Gall. Gal. courge, de qua vide Diosc.

l. 1. c. 162. & Plin. l. 20. c. 3. e cujus fructus figura nomen in-

venit

venit το ὄργανον ἰατρικὸν πρὸς τὰ πολλὰ χεῖρῶν instrumentum medicum ad multa accommodatum, quod Latini cucurbitam vocant, ut Juvenalis Sat. 14.

Jamdudum caput hoc ventosa cucurbita querit.

Galli hujus epitheto contenti, ventose nominant. Sed Celsus lib. 2. cap. 11. ὑποκεισικὸς cucurbitulam dicit, cujus facit duo genera, alii plura. e vitro, cornu, ære & aliaductili materia, eaque formæ diversa, vel depressioris, vel altioris, vel labri plani, vel resimi, vel oris obtusi, vel acuti, ejus autem vires, quum flamma intus inclusa sit, ostendit Galen^o in libro de cucurbitulis: idē de antiqua medicina, ἀνάται, ἢ σκῆα ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἔλκεν, idem σκῆαν μέγιστην ὑπὸ τοῦ πλοῦς ἀεσβεβλήτων cucurbitam maximā sub mammis applicans. Sed apertius locus Plutar. in lib. de curiositate, αἰ σκῆα τὸ χεῖριστον τῆς σαρκὸς ἔκυσαν, id est, Cucurbitæ pessimum quemque vel humorum vel statum de carne detrahunt, ἀλλοὶ τὴν τῆς σκῆας σαρκὶ ἀεσβεβλημένης κέρπον id est, declarat fructum cucurbitule carni applicatæ. Paul. quoque Agineta l. 6. πρὸς σκυλαστος docet, cucurbitulas ex ære factas vitreis anteponendas: quod sanguini evocando aptiores sint, & quod majorem flammam sustineant. Contra vitreæ facili frangantur. Sed hæc satis ad intelligentiam loci.

Singula.] I. res singulas exedit ætas, Ovid. etiam.

Fomam populabitur ætas.

Itaque tempus vetustum 10. Metam. dicitur edax rerum, & durissimum quicquid consumit, unde τῆς καὶ ἀέριου ὁ πλοῦς χεῖρον, putrefaciet etiam saxum temporis diuturnitas, vel invitā hominum prudentiā: ideoque Poeta apte tribus uicitur verbis ad vim temporis notandam, prædandi, eripiendi & extorquendi.

Anni cunctis.] I. abeuntes, & fluentes more fluentis aquæ, quos flebiliter queritur Ode. 14. l. 2.

Eheu fugaces Postume, postume, labuntur anni.

Tendunt. De hac syntaxi fuit Epist. 10. l. 1. ad vers.

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum.

Poemata.] Non me pigebit hujus vocis notationem adscribere propter rudes & ignaros linguæ Græcæ: illa verò deflebitur πρὸς τὸ πρῶτον, ut poësis πρὸς τὸ πρῶτον, Poeta, πρὸς τὸ πρῶτον, rejecta e singulis subjunctivâ diphthongi & incremento, quæ significatione respondent Latinis, effecto, effectioni & effectori: nec minus jam illæ voces Græcæ sunt usu Latinorum tritæ, quàm hæc domesticæ. Etsi verò Nonius Grammaticus non nihil a nobis discrepat in distinctione utriusque vocis, poematis & poësis, videbitur tamen propius intuenti nobiscum sentire.

Quid faciam vis?] Adhuc Poetæ duo impedimenta fuerunt scriptioni, mediocris status rei familiaris, quo facili corētus bene vivit, quem minimè curat scribendo facere auctiorem, ætate i. s. ius jam multum præcipitatâ. Tertium est, de quo videtur consulere Florum in difficili varietate humanarum voluntatum, quarum aliis alia placent. Hoc videtur de promptum ἐξ ἐπιθυμίας, Pind.

delectabile autem inter homines æqualiter nihil fuerit.

τῶν ἀνθρώπων ἰσὺν ἕσεται ἕδεν.

τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τέρπονται ἀπαντες ἀλλ' οὐ γὰρ ἄλλο περιφέρει. i.

non isdem omnes rebus æqualiter delectantur.

alii enim aliud pluri facit.

hæc autem sententia fuit a Pindaro apposita, ut ostenderet tribus Trojæ conditoribus, Neptuno, Apollini, Aeaco diversa placuisse loca, primo Isthmum secundo Istrum, tertio Aginam. cur hoc troges: quia non omnibus idē delectabile solēt esse, trahit sua quemque voluptas.

Carmine.] Hæc versuum varietates explicatæ sunt Sat. 10. l. 1.

Pollioregum

Facta canit pede ter percusso: forte epus acer, Ut nemo, Varius: ductu molle atq. facetum Virgilio annuerunt gaudentes rura Camæna.

Bionis.] Bona pars interpretum intelligit versus Comicos a Bione Aristophanis patre: sed quum Laertius memorat in vita Bionis Borystenitæ decem Biones & tertium hunc numerat, nullam prorsus mentionem Aristophanis facit. Vis autem maledicendi Socrati bene huic cum illo convenit: uterque enim acer & acerbus in eum fuit morfu canino.

Renuis tu, quod jubet alter.] Idem hæc sonant, quod hæc verè contradictoria: non vis, quod alter vult, quem admodum annotavimus sumi τὸ jubere Epist. 10. ad Fulcum Aristium.

Sponsam.] De hoc verbo vide Sat. 3. l. 1. & 6. il. 2.

Hic auditum.] Habebatur tum Horatius alter Aristarchus, criticus & Judex aliorum scriptorum: sicut jam Epist. 19. dictum fuit.

Non ego nobilium scriptorum auditor & ultor.

Hoc autem fuisse in more positum antiquis: ut, siquid illi scripsissent, amicos & doctiores ad cœnam convocarent, qui judicium suum scripto interponerent, ut apparet ex epigrammate Catulli ad suum fundum.

Nam Sextianus dum volo esse conviva;

Orationem in Altium petitorum

Plenam veneni est pestilentie legit:

Hic me grævedo frigida & frequens tussis

Quæssavit.

Perpicuum certe est tam ex his, auditionem scriptorum novorum longè gravissimam & molestissimam Criticis olim fuisse, quàm ex Sat. 3. l. 2. ubi historia cujusdam Drusonis a dio talis auditionis notatur, quàm etiam e Sat. 1. Juvenalis statim initio.

Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?

idem scribit Satyr. 3. magis horrendum fuisse Romæ olim audire Augusto recitantes mense Poetas, quàm in locis desertis habitare. Ad hujusmodi autem poematum cantationem & auditionem fuit gymnasium olim Athenis destinatum Poetis quod ἀείδιον vocabant: Siquid tale fuerit Romæ nondum comperi. Ed carmina deferbantur probanda prius quàm theatro proponeretur spectanda in certaminibus Musicis

Colle.) Collis Quirinus est in opposita Urbis parte, & a Curetibus, vel a Quirino nominatur. Aventinus autem mons situs est ad Tiberim in ultima Urbis parte & ab avibus vel ab Aventino rege Albano nomen invenit. Inter utrumque montem hæc sunt interjecta, forum Romanum, templum Jovis Feretrii, Capitolium, Palatium.

Visendus.) I. visitandus, a quo equidem non abhorreo, quum ipsius primigenio Plantus & Cic. 5. de Fin. utantur: quod a viso, visus ἐνερτυνικὸς ἢ παθνικὸς usurpatur. Cicero pro lege Manilia, eam quoque rem pop. Rom. non modò vidit, sed etiam omni studio visendam putavit.

Intervalla.) Hæc vox ad formam τῶν intercolumnium & interlunium est conjuncta: illo utitur Cic. lib. 3. ad Q. Frat. & lib. 3. in Verr. hoc Poeta Od. 25. l. b. 1. Est autem propriè intervallum, verbum Castrensis munitionis, & spatium inter vallos, & stipites, e quibus fit vallum uti Epod. 9. annotatum fuit. Hinc sumitur τῶν ἰσῶν ἐπὶ πρῶτος διαστήματος, pro quovis interstitio tam loci, quàm temporis.

Humanè commoda.) Quidam interpretantur, more rerum humanarum, quarum commoditates non carerent suis incommoditatibus: quia illa intervalla quibusdam poterant esse commoda, aliis etiam incommoda. Nonnulli præterea explicant mediocriter magna, sed ego malo locum τῶν ἰσῶν intelligi, præsertim quum Poeta velit

velut ostendere meditandis versibus illa spatia minime convenire. Humanè autem & humaniter Cic. ab eadem origine deducit, ut postremâ Epistolâ dictum est de durè & duriter, sed usitatius priori solet uti: utrumque tamen æqualiter refertur ad illam animi facilitatem, modestiam & comitatem notandam, quâ nos præbemus omnibus faciles comes, vultu & verbis affabiles. Aliquid aliud videtur quibusdam significari in hoc exemplo Epist. iib. 7. ad famil. *te ipsum quidem docebo, quid sit humaniter vivere*, ubi vita intelligitur jucundè quidem & honestè agenda in studiis ac voluptatibus, sed quæ animos in hac relaxatione a virtute nullo modo sevocare possint. *humanitas* autem eventum malum & imbecillitatem notat, ut vereor, ne quid tibi accidat humanitas, id est, ne malum & infirmitas tibi accidat.

Puræ plateæ.] I vacuæ ab impedimentis, quo modo geminantur a Cicerone de Aurusp. responsis, *Nulla in hac urbe domus ab hac religionis suspitione tam vacua atque pura est*: & in hac significatione atque syntaxi usurpavit T. Liv. l. 1. ab Uibe, & extrinsecus puri aliquid ab humano pateret cultu: quod intelligitur de pomæriis vacuis relictis vel relinquendis. Sic ab eodem l. 24. campus purus & patens, & a Virg. l. 12. *Æneid.* dicitur. *Puræ* igitur plateæ sunt, quæ vacant offendiculis & obstaculis dicuntur etiam sumitur, ut in Theocriti Bacchis.

Ἐν καθαροῦ λεημῶνι κέμονι δουραδὲ καὶ βωμοῦς.
in prato æquabili & plano exstruxerunt 12. aras. sic Homerus *Iliad.* κ.

*Τάφρον δ' ἐκ δαβαύτης ὀρυκτῶν ἐδρίσαντο. ἔνι καθαροῦ, vallum autem quum transissent defossam, confederunt in (loco) plano & vacuo & quasi ἐν χάραξ λεημονεῖν, loco æquato, polito & explanato, quemadmodum *Iliad.* δ. φ. dicitur, ἐπιλύζου ἢ θάλασσα ἐπὶ τοῦ καθαροῦ τὸ ἀγριαλὸν quum mare exundat, facere litus planum & æquabile & sine obstaculo. Vox autem platea defestitur ab adjectivo Græco πλατύς, cuius femininū est πλατέα, quod ita, Græcè usurpatur ab solutè, ut in eo facilè intelligatur ὁδὸς, vel πύλη via vel porta, ut apparet e 14. ca. D. Luca *ἔξελθε ἰαχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας, ex celeriter in vicos & angiportus omnes*, hæc duo Polluci valent idem. Donat. in hunc locum *And. Act.* 4. Sc. 2.*

In hac habita esse platea dictum est Chrysidem.
scribit eadem formâ plateam donatam esse Latinitate, quâ Medeam & spondeum, quæ amiserunt in conversione subjunctionem vocalem. Græcè enim scribuntur & pronunciantur *πλατεία, Μινδεία, σπονδειός*, quamvis hic penultimam Poeta corripit, ut Epod.

Cur dira barbara minus Venena Medea valent?
quæ potest etiam extendi, ut idem ait. Dicitur quoq; platea Græcè *λαύρα* ὁδὸς, ὅτι δὲ αὐτῆς οἱ λαοὶ ῥέουσιν ὡς διὰ δημοσίας ὁδῶν, quod per plateam populus abunde fluat, quasi per viam popularem & publicam. Eadem ferè ratio est τῆς ἀγυῆς ex Helychio *ἄγυα τὸ ἀγεῖν τὰ γῆα, quod illac ducamus membra*, id est, iter faciamus, sed Suidas, ἀγυῆς definit τὰς ἐπιμυκτικὰς ὁδούς, vias longas, quasi sine membris, hoc est, sine ulla flexibus: & an fractibus.

Calidus.] I. fervore studii instans operi & operis.
Gerulis. Geruli a Cicerone bajuli, Græcè οἱ βασιλῶνες, ἡμῶν ἡφες, φερτηνοί.

Redemptor.] De hac voce dictum est *Od.* 1. l. 3
Machina.] Videtur hæc vox deflexa a Græcè μηχανή & defignitur artificium & adminiculum inventum ad quidvis efficiendum, de quo, ut de reliquis instrumentorum fabrilium generibus vide Vitruv. & Aristot. in Mechanicis. Illa igitur machinator quæ, id est, Gal. lire. trahit & admovet vel attollendo, vel advolvendo ingentia saxa & trabes. Serv. in hunc locum 6. *Æn.*

— Torquetq; sonantia saxa.

interpretatur de rapido Phlegetonte, qui trahit & revolvit saxa. Lignum autem dicitur a legendo.

Luliantur.] I. quum funus effertur per vicos & procedit magno comiratu hominum concelebratum, & huic vehicula & plaustra occurrunt, transitus ferè clauditur, nec, nisi aliis alii obnitantur, facilè aperitur. De hac autem voce *plaustra* dictum est *Sat.* 6. l. 1.

Hæc rabiosa canis.] Quantum impendat periculi hominibus a cane in rabiem acta, explicat *Diofcor.* l. 7. c. 2. τὸν περὶ τῶν λυσσοδύκλων λόγον ἀεστὰ ἔξα μὲν τῶν ἄλλων ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον πολλὸν τε καὶ συνήθες ἐστὶ καὶ συνεχῶς ἀλιεῖται τῇ λύσῃ ὁ κύων καὶ ἀπέλλοιται, καὶ δυσφύλακτον καθεστῆκε, καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ κίνδυνος ἀπεργινητός ἐστιν, εἰ μὴ ποικίλοις χρήσασθαι τοῖς βοήθημασι.

Ante alia instituumus sermonem habere de morsu a cane rabido: quia canis est animal valde copiosum & familiare, frequenterq; corripitur rabie & interit, & ab eo difficile cavetur. Atque adeo periculum ab ipso creatum homini non potest, nisi multis ille usus fuerit remediis, averti. Itaque Poeta non temerè posuit hoc obstaculum viæ, ut omnium gravissimum: cuius remedium, si quando quis mortuus fuerit, ab eodem auctore ibidem petet. Jactantur etiam canes aliis duobus morbis, anginâ & podagrâ, sed quantum sunt agrotanti molesti, non aliis infesti. Contra scribit *Aristot.* l. 8. *Histor. animal.* cap. 22. οἱ δὲ κύωνες καὶ μύνησι νοσήμασι τρεῖσι νομάζονται δὲ ταῦτα, λύττα, κυνάγχη, ποδάγρα.

Horum rabies inducit maniam: & quum momordcrit, morsu inflammantur rabie omnia, præter hominem. Tollit autem e medio hic morbus canes, & quicquid morsum fuerit a rabido, præter hominem. Qui hunc Aristotelis errorem excusant, nondum fuisse compertum dicunt tempore Aristotelis homines rabie necari. Sues autem torquentur his duobus præcipuis, tussi & anginâ, de quibus, ut de rabie canina, sic *Virg.* 3. *Georg.*

Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit agros Tussi anhela sues & faucibus angit obesitas tumentibus.

Dictum est *Epist.* 2. l. 1. de sue ad verba, *amica lutosus*, & de voce *lutum* undè *lutosus*, Græcè πηλόδης καὶ τετραγώνος, cænosus. Pro hoc *Plutarch.* dicit libell. de *Socrat. Dem.* οὐδὲ ἀπαλλοῖσιν ἀδρόοι βορβόροι πέπλοι, sues occurrunt conferti *luto pleni.* Idem quoq; l. 4. *περὶ βλη. ε. συμ. ὑδὲν ἄλλο βορβόρον χυῖον οὕτω καὶ τοποῖς ἢ παροῖς καὶ ἀκαθάρατος ὄρωμεν, nihil esse aliud videmus, quod aque gaudet cæno, locisq; sordidis ne impuris, hic explendum, atque sus videtur gaudere: cuius natura ibi plenius describitur. Donat. *Adel. Act.* 3. *Scen.* 2. ad verf.*

Ceteros ruerem, agerem. notat ruere propriè dici de suis, ut Georg. 3. vers. 255. Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacutis sus. ubi hic locus citatur & ruere definitur, toto corpore niti ad impellendum: quod hi faciunt, qui alios dare præcipites & prosternere volunt.

Chorus.] *Ovid.* 1. de *Trist.* excusat tribus argumentis suos versus impolitos & inelegantes quod ipsi nec latinitia, nec otium, nec securitas adessent.

Carmina proveniunt animo deducta sereno: Nubila sunt subitis tempora nostra malis.

Carmina secessum scribentis & otia querunt: Me more, me venti, me fera jactat hyems.

Carmibus metus omnis abest: ego perditus onsem Hæsurum jugulo jam puto, jamq; meo.

Hæc quoq; quæ facio, judex mirabitur æquus, Scriptaq; cum venia qualiacunq; legat.

tot Cic. impedimentis scribit ad Q. Frat. *Epist.* 1. l. 3. se prohiberi a versibus faciendis ad verba: *Quod me de faciendis versibus rogas, incredula est, nisi frater quam ego a tem-*

poterit

pore & paullo post atq; minime te fugit, opus esse ad Poema
 qualem animi alacritate, quam plane mihi tempora eripi-
 unt. Hic, ut Epist. 4. ejusdem lib. tria videtur attingere,
 quae passim ab omnibus requirantur ad pangendum bo-
 num poema, *ἐν δεικασμῶν*, i. divinum asslatum & favorem, &
 osium, animi alacritatem: quae sunt apertius Epistolâ pre-
 cedenti nobis expressa, de versibus, quos tibi a me scribi
 vis, deest mihi quidem opera: quae non modo tempus, sed et-
 iam animum vacuum ab omni cura desiderat: sed abest et-
 iam *ἐν δεικασμῶν*, non enim sumus omnino sine cura venien-
 tis anni, et si sumus sine timore. Hæc Cic. de tempore: sed ad-
 di, quid de loco meditationi apto dicat Davus, in Andr.
 Act. 2. Sc. 4. Si. venit meditatatus aliunde: ex solo (i. deserto)
 loco orationem invenisse se quâ differat te, i. disturbet & in-
 diversum ferat, qui locus videtur Donato e Menandro
 depromptus, quum hoc de solitudine profert ex eo Comi-
 co: *εὐγενὴν εἰναι φασὶ τῶν ἐρημικῶν διὰ τὰς ὄψους ἀγορῆς, ἵνα
 ventricem esse ajunt solitudinem, qui supercilia tollunt, i.
 altis cogitationibus se dedunt.*

Præterea de loco studiis deligendo tale proponit no-
 bis consilium Fab. Quintil. l. 10. c. 13. *Secretum at que li-
 berum arbitris locum, & quam altissimum silentium scri-
 bentibus maxime convenire nemo dubitaverit. Non tamen
 protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc nemora,
 sylvasq; quod illa cæli libertas, locorumq; amœnitas subli-
 mem animum, & beatiorum spirituum parent: mihi certe ju-
 cundus hic magis, quam studiorum hortator videtur esse se-
 cessus. Namq; illa ipsa, quae delectant, necesse est, avocent ab
 intentione operis destinati. Neq; enim se bonâ fide in multa
 simul intendere animus totum potest: & quocumq; respexerit,
 desinet inveni, quod propositum erat. Quare sylvarum
 amœnitas & præter labentia flumina & inspirantes ramis
 arborum aure volucrumq; cantus & ipsa late circumspici-
 endi libertas ad se animum trahunt: ut mihi remittere po-
 tuis ista voluptas videatur cogitationem, quam intendere.
 Demosthenes melius, qui se in locum, ex quo nulla exaudiri
 vox, nihilq; prospici posset, recondebat, ne aliud agere men-
 tem cogere oculi.*

Cluus Bacchi.] I. seclator Bacchi, qui patronus creditur
 Poetarum & scriptorum & gaudet solitudine nemo-
 rum.

Sequi.] I. proxime ad alios vates accedere & illos cõ-
 tingere, illisque quasi patrem esse. Huic sensui rectè con-
 veniet lectio, *contacta*.

Ingenium] Syntaxis est, ingenium exit taciturnius sta-
 tuâ.

Quod desumit.] I. homo, qui delegit suis studijs Athe-
 nas Urbem quietissimâ & tranquillissimam: sic interpre-
 tor verbum *Desumit*, ut Liv. loquitur l. 8. de bello Ma-
 cedo.

Recta.] *Via duxit exercitum in eos, quos sibi hostes de-
 sumserat, id est destinârat: ita simplex accipitur, sumere
 aliquem e populo pro deligere, & in vacuas subintelligo,
 ab omni turba & strepitu.*

Dedit annos.] I. consumsit & contrivit septennium
 in studiis.

Insenuit.] I. immodico & intempestivo studio si-
 bi rugas & canitiem ascivit, ubi obiter notat impru-
 dentiam quorundam, qui non rectè formant, nec mo-
 derantur sua studia & exercitationes: de quo Seneca
 ad Lucillum lib. 19. Epist. 109. audiatur, *Cupiditas,*
 inquit, *discendi, quâ flagrare te video, tibi dirigenda est,
 ne ipsa impeasat, ne passim sunt carpenda, nec avide inva-
 denda uniuersa: per partes ad totum aptari onus viribus debet:
 nec plus occupari, quam cui sufficere possumus. Non quan-
 tum vis, sed quantum capis, hauriendum est.*

Quatit.] De hac phrasi dictum est Sât. 4. l. 1. pro,
 solutissimum populo risum concitat pro quo Petr. Ar-

biter: risu illa dissolvere sua, quem Græci dicunt *γέλωτα ἀσ-
 βεσον* appositè, vel *πικρὸν τὸν δῆμον γέλωτ' ἀσβέσον καὶ χαλδόν.*
 Gall. *faire rire le peuple agenle ouverte jusques a crener,*
 appositè, inquam, ad vim nominis, *πικρὸν γὰρ τῶ ἐλλω.* Eu-
 stathius deflectit τὸ γέλωτ' ἰασιδ. e. ut jam dictum fuit Epist.
 3. l. 1. a calore, ideoque talis risus solum prodest his, qui-
 bus partes thoracis & capitis sunt frigida & melancholi-
 ca e medicorum sententia. Ceteros inde revocat hic
 Græc. senarius, *γέλωτ' ἀκαρῶς ἐσθέρτοισ' ἐπὶ τὸν κακόν,* *Risus in-
 tempestivus in hominibus grave malum.*

Hic ego.] I. Romæ possemus inter tantos strepitus &
 turbas quique meditari & canere cum dignitate & hono-
 re: Syntaxis autem est, digner connectere verba motura
 sonû Lyra? Gall. *Estimerai je chose digne de mon honneur,*
*que mettre quelque chanson sur ma harpe parmi les rues
 pleines de bruit & empeschemens dangereux.*

Frater erat.] Hoc clariùs enunciaretur, duo erant
 fratres Romæ, quorum alter Rhetor. i. orator, alter Ju-
 risconsultus, qui se mutuis honoribus afficerent, quum id
 sibi a nemine tribui viderent, ut jam in Dialecticis atti-
 gimus, Hic locus citatur ab Erasmo in explicatione hu-
 jus patremicae sententiæ ex titulis Menippearum M. Var-
 ronis, *Mutuum muli scabunt,* quæ ferè usurpatur in par-
 tem deteriorè, quando imperitus ab imperito, impro-
 bus ab improbo commendatur, aut mutuis suffragiis ac
 testimonis alter alterum videtur juvare juxta illud, *δύο
 ὄν μοι μαστρεῖαν, comoda mihi mutuum testimonium:* de
 quò vide Cic in Orat. pro L. Flacco, quum elevat fidem
 testium Græcorum. Huc spectat, quod Sallustius scribit
 de Catilina, qui juventutem illexerat, quum multis mo-
 dis mala facinora edoceret: ex illatestes & signatores fal-
 sos commodare, &c.

Consultus.] Usurpatur absolutè, ut Sat. 1. lib. 1. Tu con-
 sultus, modò rusticus ubi est casus juris intelligendus.
 Notat tamen quemlibet usu & scientiâ rerum valen-
 tem, a quo possis de quavis re consilium petere.

Meros audiret honores.] Declaravi alibi descriptio-
 ne τὸ merus esse, cui nihil sit admixtum, id est, quod
 sit solum & simplex, quomodo Donat. Hecyr. Act. 1. Sc.
 2. interpretatur, *imò nihil habet, nisi spem meram, id est,
 solam: sic hi fratres nullis ab aliis hominibus accipiebant ho-
 norem, nisi a seipso solis.*

Qui minus.] Qui circumflexum de modo & forma
 querit, ut 1. Satyr. l. 1. qui fit Mæcenas, & in Andria, *quî
 scis? modo apud forum de Davo audiui.* Libet hic obiter
 notare τὸ audire aliquid de ille esse *ἀμφίβολον*, ut *ἐνεργητικῶς*
 sumi possit, p, ille aliquid mihi dixit, vel *παθητικῶς* aliquid
 mihi dictum est de illo. Hoc ὑπόθεσι negationis intelli-
 genda est non minori ambitionis furore nostri Poetæ tor-
 quentur, quàm duo illi fratres ambitiosi.

Elegos.] De notatione hujus vocis dictum est Od. 33. l. 1.
Cœlatum.] Sic Menalcas jactat pignus suû Eclog. 3.

— Posula ponam
 Fagina cœlatum divini opus Alcimedontis.

Porphyrio hic interpretatur opus variatum & quasi pi-
 ctum. Ego verò malo explicare opus affabrè factum & ar-
 tificiosè elaboratum, tanquam ab Alcimedonte. Serv. in
 hunc vers. 2. Georg. *Aesculius in primis quæ cœlatum,*
 quod est participium, scribitur per e, licet a celo, celas
 dictum sit. Præterea ellipsis est præpositionis a novem
 Musis: de quibus dictum Ode 24. & 26. l. 1.

Circumspectemus.] *Ἀρχαῖος* est, qui exolevit, usita-
 tus olim Lucillio & aliis vetustioribus, qui unâ parte vo-
 cis interseclæ unum clauderant versum & alterum ab
 altera incipiebant. Adhæc circumspectare est oculis
 emissititiis, ut loquitur Plautus, singula lustrare & dili-
 genter considerare. Quomodo hi Poetæ, quorum Hora-
 ratius se facit socium, fastu turgidi, tanquam magnû ali-
 quod

quod facinus & memorabile aggressuri circumspectabant bibliothecam Augusti politam juxta templum Apollinis, ubi Poetarum Latinorum scripta recitari, judicari & recondi solebant, nullis aliorum libris probe decoratum & celebratum iri, nisi suos illic curarent deferendos. De hac æde Apollinis, ubi poemata dijudicabantur judice Tarpæ, dictum est Sat. 10. l. 1. sicut de bibliotheca Augusti Od. 3. l. 1. & Epist. 3. l. 1. Hic videtur nota similitudinis desiderari, circumspicemus bibliothecam, quasi vacuum bonis libris, nisi scripta illorum etiam in eam includerentur. Cruquius conjicit legendum esse disjunctè, & ἀποκλειστικῶς sic explendum: spicemus circum, id est, theatrum & ædem Apollinis vacuum vaticibus Romanis: quam lectionem relinquo, ut hic ipse, aliis dijudicandam

Si forte vacuas.] Rectè legitur personaliter & absolute pro otium habere, ut Cic. l. 12. ad Attic. scribis aliquid, si vacabis. Gallic. si tu es de loisir. Ita etiam adjectivum vacuus Epist. 7. Vacuum Tibur pro otioso sumitur & apud eundem l. 1. de Leg. in longum sermonem mere vocas, Attice, quem tamen nisi Quintus aliud quid nos agere mavult, suscipiam, & quoniam vacui sumus dicam: Galli puis que nous n'avons que faire. utrumque tam verbum, quam adjectivum, sive absolute, sive in rectione, pariter æqualiterque dicuntur de persona & de re, dominus vacat, & vacuus est. Item domus vacat, & vacua, ut monet Donat. in hunc vers. Terentii And. Act. 4. Sc. 2. ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. Sic Cic. 12. Epist. animum vacuum ad res difficiles scribendas asferre. Quare sic explico: Si vacuus es ad m. sequendum & ad procul audiendum. Hoc adverbium longinquitatem locorum notat & distantiam. Nam Florus longè Romæ & ab Horatio aberat,

Cædimur.] I. corrigimur alter ab altero audiendo alterius poemate, usque ad primas lucernas & vesperam, ac tandem uterque ab altero laureâ donatus. Syntaxis verborum est hujusmodi, nos (supple per ellipsin tanquam) Samnites gladiatores cædimur lento duello ad prima lumina, & consumimus hostem totidem plagis. De Samnitibus vide l. 5. Strabonis, & 9. T. Livii, qui diuturno bello conflixerunt cum Romanis, e quorum gente exstiterunt importuni, ignobiles & lenti gladiatores, qui certamen gladiatorium in noctem producebant integri & intacti vulneribus, de quibus Cic. 2. Tusc. & lib. 2. de Orat. Hic autem mos exhibendi aliquot gladiatorum paria in conviviis dicitur lib. Livii supra citato a Campanis ortum habuisse in odium Samnitium, & a Romanis postea usum in epulis solennibus frequentem, de quo vide l. 1. Saturn. ferm. c. 6. Justi Lipsii, quod mihi Basileæ convictor meus humaniter officiosus eruditus juvenis Carolus Naumburgensis & disciplina Lipsianæ alumnus ingenue ac liberaliter indicavit. De Alcæo dictum est Ode 1. l. 1. & 9. 4. Callimachus princeps Elegiæ habitus fuit, ut scribit Quintil. l. 10. c. 1. & domesticus apud Ptolomæum Philadelphum & præfectus regiæ bibliothecæ. Huic se Propertius lib. 4. Eleg. 1. videtur scribendis Elegiis æquare, dum se dignatur cognomine Callimachi Romani.

Ut nostris tumefacta superbiat Umbra libris, Umbria Romani patriæ Callimachi.

De hoc Poeta vide plura apud Suidam. Sed de Mimnermo Poeta Elegiaco dictum est Epist. 6. l. 1. sicut de cognomine Sat. 2. l. 2. Optivus, optiva, optivum vix alibi reperias. Adoptivus autem idem valens, quod adoptatus, passim. Illi igitur alter Poeta fuit celebrior, dum cognominatur Callimachus vel Mimnermus, quod quidem cognomen sibi ipse adoptavit & assumpsit, nec dum æquus judex & Criticus id ipsi tribueret, expectare potuit.

Finitis studiis.] Lego idem, ubi finem feci scribendi versus, & ad me redii, id est, respui, ausim & possim ob-

struere sine ullo vindictæ aut pœnæ metu aures meas aliis Poetis sua carmina recitantibus.

Genus irritabile.] Quod Græci dicunt: ὀργίλον, ὀξύθυρον, ὀξύθυμον, ἀπρόσιτον, πρὸς τὴν ὀργὴν ἀσπασίτης, proclive ad iram. Hoc ferè convenit cum illo Aristoph. in Vespis, ubi vespæ de se loquuntur. ἐδὲν ἡμῶν ζῶον ἰρριτόν μιν μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν, ἐδὲ δύσκολώτερον. nullum animal irriterum acrius irascitur, nec magis infestum, quam nos sumus. Non iniquo, credo, ferent animo Poetæ se ab hoc Poeta sic notari.

Suffragio capto.] Pro hoc dixit Epist. 19. l. 1. tropicῶς, suffragia venor.

Obtorem impunè.] Sic Juven. dicit Sat. 1. statim initio aliquem recitare impunè ἀπειρώτης. Comœdias togatas, qui non cogituralium vicissim audire recitantem & legentem.

Sumet animum.] I. affectum emendatoris induet, id est, aget Censorem in vitiis poematis sui corrigendis, tanquam esset alienum.

Parum splendoris.] Parum illustria, levia, abjecta. inventa. Hic autem verborum delectus & ornatus cernitur in euphonia primùm, quam bonitas literarum, ex quibus constat ipsa dictio, parit, & numerus commendat. Sed hæc literarum bonitas nobis metienda est e temperatione earundem quæ sunt plenioris soni & tenuioris, ut literæ plenioris soni nunquam solæ ac perpetuæ constituent dictionem: nec tenuioris etiam solæ perpetuè in eadem voce audiantur: sed ex utroque genere permisto confletur quodque verbum. Quod si qua dictio ita sit natura comparata, ut vel tota plenè, vel tota tenuiter, vel asperè vel læviter sonet, permista aliis diversi soni & numeri vocibus aut mutata vario flexionis sine, in sententia facile potest temperari, ut res feret & postulabit. Ad eandem quoque soni suavitatem pertinet numerus, ut unaqueque dictio longitudine temporis & brevitate temperetur. Principia etiam & clausulæ sententiarum similitudine soni resonare nonnunquam audiantur quod ἁρμονικῶς ἡρῶς; variè docent, quibus Cicero tribuit principatū exornationis. Deinde hæc orationis exornatio versatur in tropo, quum insignis & jucunda verbi immutatio sit e propria significatione in alteram. Hæc sunt, quæ spectant ad ornatum singulorum verborum, de quo aliquid attigimus Od. 17. l. 2. Quæ verò restant de figuris sententiarum, ad exornationem totius sententiæ motu aliquo afficiendæ referenda sunt: & quia Poeta nihil de his hic agit, nos quoque nihil in præsentia de iisdem dicemus. Quod autem Poeta tantoperè commendat verba inusitata, id est, verè prisca, vetusta & ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa, liberiora quidem sunt licentiæ Poetarum, quam sermoni Oratorum, sicut novata. Illa tamen non propter vetustatem aut novitatem, sed propter euphoniæ & numerum placent, qui iudicio aurum perpenditur & aestimatur. Possunt etiam utraq; tam antiqua, quam novata ob insignem & aptam notionis immutationem delectare lectorem vel auditorem, non autem propter antiquitatem, tametsi hæc soleat aliquid admirationis habere.

Vesta.] Quid Vesta sit & undè dicta, vide Ode 2. l. 1.

Obscurata.] I. occulta & abdita domo, nec populari usu trita, sed vetusta, & a prisca tantum olim usurpata Latinis.

Bonus eruet.] Hic bonus significat eum, qui libenter, benignè & facile sua impertit aliis.

Quæ prisca.] Quæ speciosa vocabula situs informis premit.

Nunc situs.] Illa prisca verba ita situm contraxerunt, ut suâ deformitate non agnoscantur & vetustate jaceant neglecta.

Situs.] Hæc vox est πλοῖος. Sumta enim in dicitur notat τοῖς ποταμῶν, ut p. xvus in clivo montis situs: sed καὶ ὑπό-
sacra usurpata, positionem, ut apud hunc Poetam, Situs
pyramidum, terrarum, agrorum, neutro hic modo accipienda
est: ubi mucorem & squalorem significat Gall. moussure
laide: quem Græci vocant τὸν ἐνὸς τῆς κῆφης, quum ducitur
ex humiditate: quum verò e siccitate, ἀνὸς κῆφης.

Cethegus.] M. Cornelius Cethegus annumeratur pricis
Oratoribus, cujus eloquentiam sic ex Ennio celebrat Cic.
in Bruto. Additur Orator Cornelius ore Cethegus suavilo-
quenti. Plura ibidem vide de ipsius suaviloquentia & a-
pud Quintilianum l. 2. c. 15.

Adsciscet.] Assumet verba ex usu dicendi magistro
procreata & celebrata, qui plurimum valet ad auctorita-
tem verbi adjungendam & ad illustrandam & illuminā-
dam orationem. Alii interpretantur, innovabit verba, quæ
committet usui publicanda: sed prior sensus præstat.

Vehemens.] Hæc vox e duabus brevibus & longa (ut
apparuit Epist. 13. l. 1. & hac ipsa Epist. v. 28.) sicut ejusdem
etymum in priori contra artem occupat principium ver-
fus Heroici, quod ut vitetur, quidam contrahunt in
vemens. Alii retinent integrum, ut magnis Poetis li-
centiâ permillum, quemadmodum Hom. incipit Iliad.
1. καὶ ἴ. βορέης καὶ ζέφου, item βορέη καὶ ζέφου, Virgil.
quoque Georg. 4. Fluviorum rex Eridanus. Hujusmo-
di versus Grammatici Græci vocant ἐκφάλας, qui ini-
tîd claudicent, λαγάρης, qui in medio laxè incedant:
μεϊύρος, quorum clausula sit mutilata. Itaque tales versus
dicuntur tibi locis claudî carè.

Furor.] Scilicet qui legitimum cupiet fecisse poema,
e suis cellis pro met ingentem verborum copiam ad Lati-
nos fecunditate sermonis celebrandos. Non sinet poema
luxuriare, nec asperitate horrescere, nec quicquâ habere,
quod nullius sit momenti. Hæc jam dicta sunt, & remedia
contra hujusmodi vitia modò adhibita.

Dedit speciem.] Sic Quintil. l. 2. c. 7. loquitur: speciem
hostis abicuntis exercitus ac dicit, quod 9. Epist. l. 1. dixit, scur-
rantis speciem præbere, id est, præstare se ludenti vel scur-
ranti similem, ut utrumq; imitari.

Torquebitur.] Est hic ellipsis disci etivæ, ille videbitur
ludere, & tamen torquebitur labore.

Cyclopa.] Similis est syntaxis illi, quæ fuit Sat. 5. l. 1. pa-
storem saltaret nati Cyclopa rogabit, ubi vide, quid sit salta-
tio Cyclopi, & de ratione vocis Od. 4. l. 1. & ibidem de Sa-
tyris. Sed præcipuè Od. 2. l. 1. Histrio autem movetur Saty-
rum vel Cyclopa, quum motu & gestu ille repræsentat si-
gillatim, ubi videtur Hellenismus per ellipsin τὸ κατὰ.

Denique fallant.] I. obscurata & ignota mihi sint.

Ringi.] I. quàm saepe cum tacita indignatione, mo-
lestia, & angore. Hoc autem verbum Sipontinus putat
deflexum πρὸς τὴν ῥίνα, a nari, quàm irritati canes rictu
dicunt: undè videtur significare, irasci, sto machari & tor-
queri, ut in illo Terent. Phormion. Act. 2. Sc. 2. Dum tibi
sit, quod placeat, ille ringitur, carideas.

Argis.] Quamquam dictum est de hac urbe Achæiæ
Od. 7. l. 1. addam tamen e Servio in 1. Aeneid. & in hunc
versum:

Prima quoad Trojam pro caris gesserat Argis.
πρὸς Ἀργὸν in singulari esse neutrius generis apud Latinos,
ut apud Græcos, sed in plurali masc. Argivorum: a quo
tamen despectas Argivus, non Argeus. Hic autem est sex-
tus casus loci, quomodo dicitur, fuit Athenis.

Tragædia.] De hac voce & de Tragædia dictum est O-
de 1. l. 2. sicut de theatro Od. 2. l. 1. Hunc autem hominem
mente captum quidam scribunt non Argivum, sed Aby-
denū, idq; confirmant testimonio Aristorelis in lib. de re-
bus admirabilibus. Idè Lucian. lib. de Ratione conscribē-
dæ historiæ memorat accidisse Abderitis oppido Hispaniæ

Bethicæ. Athenus quoque scribit idem de Thrasylao quo-
dam Axoneo l. 1. 13. in fine, cujus sunt verba ἐν μαρία δὲ
Ἰσουλῶν ἡδίστου γερουσίῳ δὲ καὶ ἀνδρῶς ὀνομασθέντος Ἡγηκλείδους δὲ ἰν-
ταὶ ἐν τῷ πρῶτῳ ἡδίστος οὗτος γὰρ φων. i. in manna suavissimas esse
delicias non illep: de Pontico Heracleidæ narrat in lib. de
voluptate sic scribens, quod ego nunc interpretor, Axo-
neusis Thrasylaus Pyth. aurifilius correptus fuit quondam
eo insania genere, ut omnia navigia in Piræum portum A-
theniensem appulsa existimaret sua; ipsa nominabat, demit-
tebat prosequeretur, & ad portum appulsa reciperebat tanto
gaudio, quanto proprius illarum tot rerum dominus esset,
nec, si quis ex illis periisset, requirebat. Salvis gratulabatur,
& aliis cum summa voluptate incolumem reditum com-
memorabat: sed postquam frater ipsius e Sicilia redisset,
comprehensum eum Medico tradidit: ubi autem ille respicit,
narrabat nunquam in vita majorem se percepisse volupta-
tem, nullum enim sibi dolorem adfuisse, contra, summam
voluptatum copiam superuisse. Hoc etiam firmari potest
exemplo Ajacis flagelli feri: qui postquam ad se rediit, di-
cebat apud Sophoclem,

Εὐ τῷ φρονεῖν γὰρ μὴδ' ἐπ' ἡδίστος βίος.
Τῷ μὴ φρονεῖν γὰρ, καὶ τ' ἀνὸς δὲ καὶ κακῶν.
Si nihil sapias, jucundissime vires.
Nam nihil sapere malum est valde expers doloris.

Similiter affectorum pete magnum catalogum e libris &
sermonibus Medicorum.

Munia.) Munia, orum idem valet, quod munera &
partes, Gal. Au r. s. il s' acquittoit fort bien des charges
qu'on lui bailloit & en renait bon compte.

Insanire.) I. qui irascetur quidem ob reſignatam &
patefactam lagenam: sed non ed ul' que, ut indè fieret in-
sanus.

Lagenæ.) Hæc vox Græca est ἡ λάγυνος vel λάγυνος &
genus poculi esse cognoscitur ex eo quod in Epigramma-
te apud Suidam vocetur ἡ ἀστυνίτη βάρβητος κύκλιος. soror
calicis Bacchici: deinde ἐν ἀνὰ γιν, quod angusti colli sit, un-
dè, quia non liberè liquor effluit, solet editio nitus, a quo
Fran: Rableſſius arripuit occasionem τὸ ὄνομα τοῦ ποτῆρος
lagenam Gall. bacchich, alludens simul ad cognomen Dio-
nyſii βακχέβαρχος in sacrificiis usurpantolatum vel po-
tius ad vocem hebraicam בַּבְרָא בַּבְרָא bacchi, vas angusti o-
ris a vacuitate seu concavitate dictum nam ἡ β̄ radix
sonat evacuavit. Hebræi quoque putant per onomato-
pœiam, quod talem edat sonum, quum in aquam demer-
gitur vel ex eo liquor exhauritur: quidam opinantur
Græcè dici posse βίκος, βικίδιον vel βυκίον, quod Hierónymus
vertit lagunculam, & Itali vocant Boccal Conficitur au-
tem e variâ materia, & a viatoribus ferè circumgesta-
tur. Quod autem veteres consueverint lagenas & ceno-
phora sigillo annuli obſignare, perſpicitur ex Epist. Q Ci-
ceronis 26. l. 16. ad Tironem, Plane te rogo, sicut olim ma-
trem nostram facere meminim, quæ lagenas etiam inanes ob-
ſignabat, ne diceretur inanes aquæ fuſſe, quæ furtim eſſent
exſiccata: ſic tu, etiam, quod ſcribas, non habebis, ſcribito
tamen, ne furtim ceſſationis quæ fuſſe videtur: deinde
e Martiali:

Nunc ſignat annulus meus lagenam.

id verò duabus fiebat de cauſſis, ne aut vinum ebiberetur,
aut veneno inficeretur a ſervis a qua ſolicitudine dicit
ſe Perſius Sat. 6. eſſe libertum, ut tranquille & ſecurè poſ-
ſit vivere:

— uſque reuſem

Et ſignum in vapidâ naſo tetigiſſe lagenâ.

Sunt, qui eam definiant vas vinarium, quò a cûpa vinum
in menſam appertaretur, ideoque putent poſſe fraſcum
vocari, & Gall. fraſcon & bouteille, quò Plinius utitur E-
piſt. 6. ſed ὑποκρίστος. Quæ venabere, ait, licèbit auctorem e,

ut panarium & lagunculam, sic etiam pugillares ferat: quo etiam D. August. l. 9. c. 8. confessionum.

Resectus.] Sanitati mentis restitutus.

Elleboro.] De hac voce fuit Sat. 3. l. 2 & ibidem de atrabile, sicut de flava Sat. 2. ejusdem libri. Sed hic agitur de atrabile, quae Graece dicitur μελαυρα χολη, unde gignitur melancholia, quae definitur, morbus mentis inducens in gremem & metum sine febre. Ideoq; vinum meracum hunc solet levare, & elleborus sanare. Hujus autem genera & illius remedia pete, ut iam monui, a medicis.

Redit ad se.] Hoc bifariam sumi potest, ut de laboribus ac vigiliis fracto & debilitato intelligatur: quod quum quiete & somno reficimus & recreamus, tum ad nos dicimur redire, cujus exemplum Donatus e Virgilio, victus redit ad se, citat. Alius cujusdam modi est hoc:

Nunc ad mercedem libertino patre natum.

Sat. 6. l. 1. Sed longe tamen frequentius de reditu ad mentem usurpatur. Quum Scipio doceat in fragmento somnii: homo non est is, quem forma ipsius declarat: sed mens cuiusq; is est quisq;, non ea figura, qua digito demonstrari potest: unde conficit hominem non esse mortalem. Intelligatur ergo hic reditus ad mentem, id est, ad resipiscenciam: cujusmodi phraei usus est D. Lucas Act. c. 12. v. 11. καὶ Πέτρος ὁ γράβειν ἐν ἐαυτῷ ἵππε' ὅτι πετρίως redit ad se, id est, ubi intellexit, quod, somno nondum

adempto, minime poterat percipere, dixit. Idem Evangelista c. 15. v. 17. sui Evangelii de filio prodigo, εἰς αὐτὸν δε' ἐλθὼν εἶπε quum ad se redisset, dixit. &c. Idem exprimitur Graece per τὸ ἀναλαμβάνειν αὐτὸν, & addit Demosthenes interdum, ἀναλαμβάνειν ἑμαυτὸν ἀπὸ τοῦ νόσου, respiro a morbo. Cuiusmodi est illud Terentii And. Act. 3. Sc. 1. ubi Davus sic Pamphilum alloquitur: Sed Paululum sine, ad me ut redeam. Hic Davus rogat herum tempus congerendi partes animi sui perturbatione dissipatas, ut his in suam senem sigillatim restituitis dispiciat, quid sibi ex usu heri faciendum sit. ubi Donatus annotat, redire ad se dicitur, qui animum recipit & sedem mentis, & amens esse desinit, Adel. Act. 5. Sc. 3. Tandem reprime iracundiam, arg. ad te redi, nempe tu, qui eis ἕνεκα τῶν ἀποστάσεων, prius a mente alienatus discesseras. Pro his Cic. 1. Epist. ad Famil. dicit: Collegi ipse me & cum ipsa quasi repub. colloquutus sum. Idem l. 3. Epist. ad Fam. 10. ut me collegi, cetera mihi facilissima videbantur. Redit igitur ad se, qui respicit & ad rationem se quieto animo revocat, & definit esse amens. Praeterea in redit est syncope pro rediit.

Pol me.] Similis fuit Epist. 7. confirmandi formula.

Pol me miserum patrone vocares.

Exorta.] I. vi medicamentorum erepta est falsa infanti voluptas. Hunc autem mentis errorē Graeci medici vocant παρὰ νόσον, & Galenus facit quiddam levius, quam φρενίτην cōmentariol. 3. τὸν ἐπιδημικόν. Ita παρακώπην τῆς διανοίας, quod Plinius vertit, mentem corrumpi & tentari.

Nimirum.] Est hic confirmantis, ut Epist. 14. antè Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors.

id est, sine dubio, certè, indubitanter.

Nugis abjectis.] I studio rerum levium & ludicrarum posito, puerisque maximè accommodato

Modulanda.] Id est, decantanda versibus Latinis & Lyricis. Ita loquitur Epist. ad Pisones de Titio Poeta Pindari interprete:

Fidibusq; Latinis

Thebanos aptare modos studet auspice Musâ.

Fides autem definitur ac notatur a Festo, ut sit genus citharæ, dictum, quod tantum inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides, concordent, Persius utitur singulari Sat. 6.

Atq; marem strepitum fidis intendisse Latina.

Pro his verbis, mecum loquor hoc, tacitusq; recordor, dixit Sat. 4. l. 1. hac ego mecum compressis agito labris. & non è ejusdem o te Bollane cerebri.

Felicem, aiebam tacitus.

quam phrasin Plutarchus Graecè interpretatur, εὐαγρὸν λογισμὸν ἢ λόγον διδόναι illum ratiocinari & rem aliquam estimare. Etiam de inanimis Cic. sic loquitur l. 3. de nat. Deor. Itaq; maxima res tacita praterierant, de Divinatione, de Fato.

Copia.] Aquæ frigidae abundantia non restringeret sitim. De lymphâ fuit Ode 37. lib. 1. In quanto plura ellipsis est sultant. bona.

Si vulnus.] I. si dolor, quem capis e vulnere, non sedaretur, nec fomentis mitigaretur. Quidam e Plutarcho de fera numinis vindicta obsevasse videntur discrimen inter τραύμα καὶ πληγὴν ita leguntur, καὶ λέγουσθε ἡσυχίαν ἐν ἡμέρῃ τοῦ τραύματος, ἢ καλούμεν τραύματι, ἀλλὰ πληγὴν μόνον εἰσέδειν. Soleus enim ex alto quodam loco delapsus in cervicem, non accepto vulnere, sed plagâ, mortuus. Hic equidem putarem intelligendum τὸ ἐξέσθενμα vertebra- rum flexibilium, & intricatarâ, ut Plinius loquitur, inter ceptionem spinalis medullæ, unde privatio sensus & motus existit, ortâ e gravi pondere reliqui corporis in cervicè graviter depressi, quanq; Hesychius scribit τὸ πᾶν τὸν ἰντερδῦ σῦμι ἀπὸ τῆς πληγῆς. Curarier & faterier scribuntur ἐπιπλακτικός.

Cui rem.] I. cui multa bona Dii largè effuseq; donassent, eum tu demetiâ solutum iri fando acceperas: sic ira, febris, cura dicitur alicui decedere, quum illum videmus liberari, aut certè levari hujusmodi affectibus.

Ex quo.] I. tempore res tuæ fuerunt auctiores.

Iisdem.] Qui te docuerant, demetiâ profigari posse opibus ac divitiis, quos quamvis mendaces jam comperissetis, eorum tamen consiliis etiam nunc uteris libenter.

Rubere.] Erubesceres ac id tibi magno deberes ducere pudori.

Si credis.] Si vis audire Jurisconsultos: sic antè usurpavit consulti frater absolutè.

Si propriū.] De vi ac natura hujus vocis annotatū fuit Sat. 6. l. 2. Quid autè sit emere aliquid per æs & librâ, docet Boetius: Qui rem aliquam mancipio accipiebat, es tenens hæc dicebat. Hunc ego hominem ex jure Quiritiâ meum esse aio, isq; mihi emtus est hoc ære, enaq; librâ. Post hæc percipiens librâ ære, dat es alteri. Hæc citantur a Francis. Hotomanno lib. de re Numaria ad tractatū de pecuniâ ærea, &c. Sic Capus & Lucius adoptati sunt domi per æs & librâ emtus, de quo vide Suet. in Oct. c. 64.

Mancipat.] Quod Graeci dicunt simili tropo, ἀνδραποδίζεσθαι sibi vendicat & attribuit & tanquam essent manū capta, facit sua: quod ano verbo dicitur usu capere & Græcè εἰδὸς αἰεῖσθαι utroq; conjuncto.

Obi.] Apocope pro Orbii, qui dominus erat Villici, de cujus vocis postrema ratione dictum est Epist. 14. l. 1.

Segetes occat.] Occare est glebas terræ perfringere occâ & crate dentatâ. Sed hoc fit in Francia statim post sementem tritici & sequalis tertâ mandatam. Occatio verò avenæ fit, quum jam herbascat & seges est. Sed hæc alio consilio atque superior suscipitur, ut solum herbascentis jam avenæ densetur volutatu lignei cylindri, contra mentis Martii asperitatē, & vim venti nimis terram verrentis, & radix illius segetis firmetur contra nudationem. Cic. Dial. de Senect. despectit occatio ab occæcando, quodd terra gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, primū id obcæcatū, id est, pulvere obrutum cohibet. Sed Verrius ab occædendo: quodd occa cædat, id est, resolvat grandes terræ glebas, vel ut alii volunt, globos in pulverem, quod Gaza Graecè dicit βωλὸν οὐραεῖν ἢ βωλοκώπην.

Cadum temeti.] De priori dictum est Od. 14. l. 3. ut de posteriori Epist. 12. l. 1.

Trecentis.] Quidam hoc pretium reducunt ad aestimatio- nem sex millium coronatorum nostratum: alii septem millium & quingentorum: sed postea iorem ego calculum puto esse veriorum. Nam ex epitoma assis iudaici decem millia nummum, vel decem millia sestertium, quod idem est, valent ducentos & quinquaginta aureos coronato: qui decies additi efficiunt duo millia & quingentos coronatos: e quorum rursus triplici additione exsurgunt septem millia & quingenti coronati: de quo viderint boni ratiocinantes.

Aut supra.] Hic sup a absolute non est ita sumendum, ut in oratione pro Caccinna, ille quem supra deformavit, id est, ante & superius. Sed explendus est casus, supra dictam summam, vel dicto pretio plus minus.

Quid referat.] Hic prior syllaba verbi extenditur quod aestimatio est nomen. Grammatici enim tum illud duntaxat ab re sex a casu, non ab in separabili prepositione.

Vivus.] Similis syntaxis fuit Od. 6. l. 2. Vivitur parvo bene. Sed Ovid. l. 1. M. tam addit prepositionem vivitur ex raptu. Est autem, vivus numerat, & soluto pretio sive modo, sive jam diu, quod Cicero effert in Pisonis panis & vinum a propola & de cupa, non de penu & promtuaris, Ille acherontis son p. n. d. u. g. revenditur & d. ung. cabaretur & ne lepreno & pas de sa d. spence est prov. sion. Est igitur vivere numerato id est, quod de propola & caupona vivere: cui opponitur de penu & promtuaris.

Vejentis.] De regione Vejorum & vino Veientino vide Sat. 3. l. 2. ad versum: Quis Veientium festus. &c. Praeterea in hoc versu est anastrophe copula & prolecta conjunctione, emitor atvi Aricini & Vejentis conatous quondam emum.

Ahenum.] Ab aere metallo flectuntur, arius, aereus & interposita inter & e, ut ionus fiat viridior & vegetior ex opinione Agellii l. 2. cap. 3, ahenus & ahenus quorum prius sit substantivum in neutro genere, ut notat Servius Aeneid

Littore aheni locant alii.

Hec autem sunt vasa, quibus utebantur ad lavandum, non ad elixandum carnis. Hericis enim temporibus carne non vesciebantur homines elixa.

Ugn.] Ellipsis est adverbii, vel ad eam partem qua &c. Dicit igitur, agrum suum protendi usque ad populum arborem, ubi sunt limites illum a vicino distinguentes ne lite oriatur. Adsit despectus ab adsero, adservi, adsitum, quod est iusta pla to.

Populus refugit iurgia.] Hic versus citatur a Servio in vers. Aen. 6. imminet aequibus, &c. sic scriptus: Quod populus ad sita certis limitibus vicina r. fugit iurgia. Citavit autem ille interpret, puto equidem ut ostenderet in ad sit, similiter ad vacare, atque in ad sim lu, versus Virgilia, idque adhibere a majoribus ad ornatum: sed mendoso exemplari Horatii eum fuisse usum neminem videt. Notandum tamen est, quod refugit iurgia, hic sumendum pro, arborilla partitur ita limite agros vicinorum, ut nullae inter eos lites exoriantur: contra idem verbum est ἀμετάβατον Aeneid. tertio ad verbum:

Turris seip. refugit ab litore templum: pro, recessit.

Puncta.] Geta in Phorm. Act. 1. Sc. 4. pro mobilis hora, dicit, temporis punctam minus a hac rem est, ubi Donatus explicat, momentum & angustissimum spatium, quod etiam dicit, neque; Lari punctam est temporis commemoratus. Cicero & Graeci σπυλι χρόνος, ἀντι μὲ μωεις βραχυτάτος, punctum temporis pro brevissima alicujus particula: unde Plutarchus vocat vitam brevem & momentaneam, τὸν βίον σπυλιον, καὶ ἀπυλιον: unde D. Paulus dicit c. 15. Epist. 1. ad Corinth. ἡμεῖς πάντες ἀλλὰ γινώμεθα ἐν ἀτόμω ἐν ἰπὴ ὀφθαλμοῦ id est, nos omnes immensae brevissimi momenti, ut Poeta

ta dixit Sar. a. l. hora momento cita mors venit. Sic Terentius in And. Act. 1. Sc. 1. Dum in dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur. Mor hic expositionem quorundam, qui in puncto accipiant pro suffragio, adumbram hujus vocis notionem paullo ante notatam, De loco accipiant puncto, &c. & post in Epist. ad Pisones: Omne velie punctum, quod in puncto est, ut dicitur.

Quid vici.] Aliter hic sumitur vicus, atque in Epistola proxime antecedenti:

D. ferar in vicum vendentem tuis & odore. ubi accipitur, sicut in Orat. pro Milone: Nullum in Urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni esset conducta domus: sed pro villis rusticis & pagis: ubi sunt complures aedes: qualem vicum Terentia scripserat ad Ciceronem se vendituram l. 14. Epist. ad Famil. Epist. 1 ad verba: quod ad me, mea Terentia, scribis te vicum vendituram, quod ob ego te, me miserum quid futurum est, &c. si nos premet eadem fortuna, quid puerum sero fiet? 1. quibus facultatibus sustentabitur vendito vico. Sunt autem tria vicorum genera: vicus, qui late patet, exitumque habent: fundumque, quae quum fundum habeant, exitu carent: angiportus qui tunc dicitur angustus ut nihil per eum possit agi in portum: angiportus autem vel angiportum (utroque enim sine & genere dicitur) videtur accipiendum pro fundula. Nam quum dixisset Syrus: Est a hanc manum jacellum: ibi angiportum propter, id est, prope. Hic Syrus reprehenditur a Demea, quod dixisset angiportum pro loco pervio: quod idem, ait, angiportum non est pervium, Adel. Act. 4. Sc. 2. Non displicet tamen altera lectio, ubi est, vites, unde aliud genus fructuum perciperetur.

Lucani.] De his dictum est Sat. l. 2. sicut de Calabria Od. 16. l. 1.

Mettus Orcus.] I. summat more Plauti, rapit & tollit De hac voce Orcus vide Grammatica in Ode 18. l. 2.

Tyrhena.] I. Etrusca signa & statuas, quas Tuscani primi dicuntur in Italia e marmore posuisse.

Gerulo.] I. Africano De mutice dictum est Ode 16. l. 2. sicut de Gerulis, item Epist. 0.

Herodis.] Hic Herodes principatum tenuit Syriae & Palaestinae, quae regiones sunt ubertate palmarum percellentes, ut scribit Plinius & Strabo l. 16. De Hierichuntis plantis palmis abundante ferunt hunc Herodem moribus & ingenio longe a Pherora fratre diversum fuisse, ut legimus Gelonem ab Hierone & Amphionem a Zetho.

Importunus.] Qui praeter modum operis facit, nec ullam intermittit horam, quum labore. qualis describitur Menedemus a Chremete in Haut & importunus dicitur

Sci Genus.] De Genio dictum est Epist. 1. 1. unde intelligenda hic convenientia, sicut de astro Ode 17. l. 2. Mortalis autem in caput, sicut Deus naturae, idem valent, naturale quoque astrum idem valet, quod nascens astrum, ut docet Josephus Scaiger in Manilium in hunc l. 3. versum:

Nascens v. a ducere ad astrum, notavit pro Horoscopo Solet etiam dici Graece ἀστρονομία, quod jam dictum est in Dialecticis. Genium nasci cum lingulis, & cum iisdem commori: deinde mutabilem pro varietate morum & Fortunae: postremo benignum & malignum, quod significatur nomine colorum: hunc quidam conjiciunt esse Silenum, ex hoc veteri: Natura Deus sum, Bromi alior maximi.

Ut ar.] Supple, ut arcebus & bonis presentibus & tollam, id est, sumam ex his, quantum uti, postulabit. Sic Bias monebat, τὸν βίον ἕως μέτρου ὡς καὶ πολὺν καὶ ἐλίχρον χρόνον βιωσόμεθα, tanquam diu es paulisper videris, sic vivere victu, vel sic victui moderate. Hoc modo se vabitur illud Periantri: ὅτι σε ἰδόμενον κρείττον ἀποθευεῖν, ἢ ζῆντα ἐν δόξῃ, id est, quod praestet hominem parvum tibi, quam vivere indigniorem tuis suis.

Plura datis.] Quod non inveniebatur dona vel a parentibus relicta, vel aliunde accepta, fuisse aucta & amplificata. Sic malo explicare, quam intelligere, data prius a captatore hereditatis vel a Mæcenate herede Horatii, velut augurio prædestinato.

Simplex & hilaris.] Vir simplex Græcè dicitur ἀπλῆς εὐνῆ vir candidus, qui nihil habeat fuci, atque, ut τὸ ἀπλῆς καὶ τὸ ῥάδι sunt consentanea notione: sic simplex & facilis: undè Ode 8. l. 2. simplices Nymphae, & Eclog. 3. Virg. faciles Nymphae vocantur, ὡς αἱ περὶ εὐραὶ καλῶνται ἀνέροι Matth. 10. τῶν ἐστὶν ἀκακοὶ καὶ ἀνεπιβέλδοι, ut columbae dicuntur simplices, id est, sine mali & insidiarum admistione. Hilaris autem sive hilarius planè cecidit e Græco ἰλαρός, quod κοινῶς λέγεται. ἰλαρός δὲ Ἀπικῶς, & utrumque παρὰ τὸ ἰλαρὸν: quod Eustathio in Iliad. ζ sub finem conflatum ἐστὶν ἰλαρὸν καὶ ἐφελδῶν καὶ τὸ λαρὸν τὸ βλέπειν, ex eo, quod quis cupiat respicere. Itaq; ἰλαρός idem quod ἰλαός, vel ἰλαός, ὁρᾷ τε ὁ παρὰ θυμῷ ἐπιπέδων τῶν δευτέρων, definitur, ὅτι promptus & alacris est animo ad respiciendum supplicantes, Lat. propitius & benevolus, cui opponitur λυπῶν καὶ σκυθρωπὸς καὶ τλῆς tristis, vulnosus & inclemens, ut antè Epist. 18. ex hoc verfu apparuit:

Oderunt hilarem tristes, tristēq; jocosū. Eadem vis est hujus vocis l. 8. Athenæi c. 12. & ratio scholiis Servii in Elog. 5. Sed lubet suavissima Athenæi verba subijcere: Εἰς τὰς δωχίας σωμιόντες, οἱ τὸ θεῖον πμῶντες καὶ εἰς ἀφροσύλῃ καὶ ἀνεσθῆν αὐτῶς μεδιόντες, τὸ μὲν ποτόν μέθυ, τὸν δὲ τῆτο διαρρησάμενον Θεόν, Μεθυμναῖον, καὶ Λυαῖον, Εὐνῶν, καὶ ἰπῶν παρρησῶδων: ὡς παρὰ καὶ τὸν μὴ σκυθρωπὸν καὶ σωφρονῆ ἰλαρόν. Διὸ καὶ τὸ δαίμονιον ἰλαρὸν ἤθελε γίνεσθαι ἐπρωτῶντες ἡμῖν ὄθεν καὶ τὸν τὸ πῶν δὲ τῆτο ἐπρωτῶν, ἰερόν ὄνομαζον. Ὅτι δὲ τὸν αὐτὸν ἰλαρόν καὶ ἰλαρόν ἐλεγον, ἀπλοῖ Ἐπιπῶν, ἐν ᾧ ἐπιγραφόμενῳ δράματι Ἐμπαλίῃ περὶ ἑταίρους δὲ πῶν λέγει.

Ἐπιπῶν γ' εἰσὼν τ' εἰὼν λυπῶν
Τύχῃ πῶς ἡμῶν, ἐκολάκισεν ἡδέως,
Ἐφίλησεν ἔχῃ συμπίσσει το σῶμα,
Ὡσπερ πολέμιος, ἀλλὰ τοῖσι φιλῶν
Χαυνοῦσι δμοῖα, ἢ σὲ, παρὰ μὲν θῶτο.
Ἐποίησε δ' ἰλαρόν δβῶας, ἀρεῖλε πῶν
Αὐτῶ τὸ λυπῶν καὶ πῶν δειξῶν ἰλαρόν.

hæc Athenæus subscripsit notationi vocis εὐωχίας, q̄ quidē non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ab alimento nominarunt, sed παρὰ τὸ εὐ εἶχεν τοῖς συμβιωτοῖς, ex eo: quod convivis bene sit.

Ad epulas convenientes, Deos venerati, & ad hilaritatem & animi relaxationem se convertentes, potionem quidem μέθυ, & Deum, qui illud largitus esset, Methymneum, & Lyeum, & Euium, & leium appellabant: sicut etiam hominem minime tetricum & cogitandum ἰλαρόν. Idcirco & ipsum Deū καλῶν, id est, propitium fieri postulabant acclamantes ἡμῖν: que lætantium vox est: quin & ipsum locum, in quo hæc faciebant, ἰερόν sacellum nominabant. Quod autem eundē ἰλαρόν & ἰλαρόν dixerint, ostendit Ehippus in fabula Negotiatio inscripta. De amica autem quadam loquitur: Deinde quum quis nostrum mæstus fortè introuisset, ad blanditæ est suaviter, suaviata ore non compresso, velut hostis, sed instar pascerculorum biantri: cantillavit, consolata est, fecit q̄ ἰλαρόν confestim, abstulit omnem illum mærorem, & reddidit ἰλαρόν.

Nepoti.] Orator diceret a nepote, ut monuimus Sat. 6. l. 1. sicut de distare Ode 9. lib. 4. item de nepote Epo. 1. & Ode 2. l. 1.

Quinquatribus.] Quinquatrus meliùs fœm. gen. 4. declin q̄ neutrius generis 3. Quomodo Cicero l. 2. Epist. 12. ad Fam. usurpavit. Solicitus equidem eram de rebus urbanis: ut a tumultu se conciones, ita moleste quinquatrus afferebantur. Itè Epist. 23. l. 12. Quinquatribus frequententi Senatu causam tuam egi non inuità Minervâ, cui dicatus erat hic dies festus. Suet. tamen in Oct. cap. 71. dixit: Nos mi Tiberi, quinquatris satis jucundè egimus. De

his Festus & Varro l. 5. de ling. Latin. & Alexander ab Alex. Erat autè Romæ dies festus sic dictus, quod quintum post diem Iduum Martii Palladi celebraretur. Nam dies post Idus habebatur ater, undè quinque ab hoc atro die numerati sunt. Hæc festa Græcè dicuntur Παναθηναῖα, quorum primo die sacra fiebant, tribus deinceps consequentibus ludè edebantur: quinto populus lustrabatur. De his vide Ovidium lib. 3. Fast. quem nunc tibi profero propter rationem vocis:

Una dies media est & sunt sacra Minervæ:
Nomina quæ a junctis quinq; diebus habent.

Pauperies.] Potest hoc bifariam explicari, primum ut domus sit patii casus, sordida paupertas domus: deinde ut eadem vox sit recti casus per dissolutionem, paupertas & domus immunda.

Ferar.] Ellipsis est verbi, nihil refert, vel non curo atra ferar navi.

Tumidis.] I. plenis velis impellimur vento secundo. De Aquilone dictum est Od. 3. l. 1. & ibidè de Noto, id est, austro meridionali vento, sicut Sat. 6. l. 2. Addam tamen admonitionem de legenda ratione Agellii l. 2. c. 30. curalii sint motus undarum ex flatibus Austri & Africi: alii Boreæ & Aquilonis.

Abi.] Hoc verbum est interdū hortantis ad celeritatē: sed hîc videtur potiùs blandientis alteri cum laudatione: quæ tamen mox hîc extenuatur revocatione quadam perfectionis. De quo lege Donat. in Act. 5. Sc. 1. Adel.

Fugere. &c.] Pro hoc quædā exemplaria legunt fugeritè, caret, sine interrogatione usq; ad vivere si rectè.

Cetera.] I. cæterane vitia fugerunt jam cum avaritia, quâ te jactas carere?

Sagas.] Mulieres magicas, quæ a Festo definiuntur eperitia sacrorum. Sed de his satis dictum est Ode 11. & 27. l. 1. sicut de Thesalis.

Lemures.] Lemures definiuntur umbræ vagantes noctu, quomodo μορμύωνες ἢ μορμολοκεία ab Hesychio, πλάγται καὶ νυκτεῖνοι φοβεροὶ δαίμονες, larvæ & demones, qui hominibus incuriunt terrorē noctu discurrentes: atq; ita putantur nominati quasi remures vel remules a Remo, cujus manes quū Romulus monitis Faustuli pastoris vellet placare, instituit Lemuria festa, id est, justa parentalia mense Majo, de quibus Ovid. l. 5. Fast. ex quo rationem abigendi tales da monas tibi ante oculos propono.

Occurrat tacito melius umbra sibi,
Quinq; manus puras fontanâ perluit undâ
Vertitur, & nigras accipit ore fabas,
Aversusq; jacit, sed dum jacit, hæc ego mitto,
His, inquit, redimo meq; meosq; fabis.
Hæc novies dixit, nec respicit: umbra putatur
Colligere & nullo terga vidente sequi.
Rursus aquam tanget, Temesseâ concrepat ara,
Et rogat, ut ætis exeat umbra suis,
Quum dixit novies, manes exite paterni,
Respicit & pure sacra peracta putat.

Romulus ita a Faustulo pastore, qui utrumque fratrem pro suis aluerat, admonitus fecit, quod sequitur:

Romulus obsequitur lucemq; remuria dixit:
Illa qua positis justa feruntur avis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo.
Littera, que toto nomine prima fuit.
Mox etiam lemures animas dixere silentium,
Hic sensus verbi, vis ea vocis erat.

Hos lemures Perseus Sat. 5. vocat nigros ab incurrationibus nocturnis per domos.

Natales.] Hunc equidem locum puto sic explicandū: jucundè subducis rationem tuorum annorum, dum tu quotânis natalem tuam concelebras cum tuis popularibus, propinquis, affinis etiam paupertinis, amicis, vicinis, servis

servis ac reliquis. Præterea hæc omnibus libenter mittis naturalia dona sine ulla spe accipiendi cuiusquam hostimentis: Præterea quæ singulis ætatibus gesseris dixeris végrato animo recordaris: ætatem jam præcipitatem fers libenter, quæ se præbet multis aliis facilem? alioqui hæc relinquere debes juvenibus, lufum, jocos, facetias, convivia, voluptates, quibus illos magis, quam te senem morosum, apicum, fastidiosum, istorum ferè omnium futurum, frui decet: Sed de muneribus natalitiis lege c. 7. l. Sat. Macrob. Lege quoq; l. 10. Epigram. Martial.

Octobris age, sentiat Calendas, &c.

uterque profectò locus præsentem valdè illustrat. Hunc autem versum, *Lufisti satis*, Lambinus & Cruquius interpretantur *απει τὸν ἀφροδισίων*, quemadmodum etiam illum Odysf. 372. τῆς ο.

τῶν δ' ἐφαζόντ' ἐπὶν τ', καὶ αἰδοῖσιν ἐδωκας.

Ex his autem comedi bibiq; ac Venereis operam dedi. Ex interpretatione Livii Andronici contra Eustathii scholia: *παραιτητὸν τὸς ἀλλυς ἀναξίως*, Ὁμήρῳ νόοντας ἐν ταῦθα τὸ αἰδοῖσιν καὶ κινῶν δι' ὀριολογίμην τὸν Εὐμαχόν. *Vivendi sunt alii*, ait, qui hic intelligunt nomine τῶν αἰδοῖσιν rem Homero indignam, & profitentur *Eumæum* fuisse cinadum.

Exempta.] Quod hic dicit translate *eximere spinas*, Epist. 14. lib. 1. propriè sic enunciat & translate:

Certemus, spinas animo ne ego fortius an te

Evellas agro, & melior sit Horatius, an res.

Pulser.] Pulfare & pultare sunt verba tactus vehementioris. Hic tamen similiter pro conjuncto, si usus Latinorum sic ferret, *expulsare*, ut *propulsare*. Itaq; in Dialect. explicavimus per explodere tanquam de scena fabulam, quæ displiceat, exigerè.

Explicatio Rethorica.

Apparatus est ad profopopceiam Mangonis futuram de pretio venditioni pueri statuendo & indicando ipsi Floro, quæ totis 14. versibus perficitur.

b Translatum est ab insectoribus, sed ab his præcipuè, qui tincturam parant adulteratam, non *διβαρον*. Nam e Suetonio de illustr. Gram. maximeque de ipsorum apellatione, τὸ *imbutus* literis idem est, qui non planè est doctrinà perfusus, nec perfectus literis, sed qui solum literator & Grammatista, Græcè *διγυμναβίς*, & Gallicè, *qui a este legievemant & tellement*, *quellement instruit aux leters*. Ita certè τὸ *imbuere* significat propriè aliquid inficere primo succo aut levi colore, ut alibi notatum est Hanc autem significandi extenuationem locus hic in Miloniana videtur indicare, *adone Dialecticis ne tu quidem imbutus es?* Indicat quoq; illud in Grammaticis modò citatum ex hac Orat. *natura non instituti, sed imbuti sumus*: ubi prius, ut quid perfectù (explet enim institutio & doctrina, q; natura defuit) tollitur, & posterius, velut inchoatù reponitur, q; valet, leviter tincti. Illud quoq; est generisejusdem primo de officiis, *plerumq; parentum præceptis imbuti*, id est initiati, *ad eorum consuetudinem moresq; deducimur*. Itaque quum volumus vim hujus verbi intendere, solemus particulis epitaticis uti, verbi gratià, *animus nõ leviviter philosophiã tingendus, sed penitus imbuendus est*, ut alibi notatum est. Propriè autem sumitur Epist. 2. l. 1. *quo semel est imbuta testa*: quomodo etiam a Virg. *imbuta lana colorem*.

c Est hoc a figulis, qui ex hoc terræ genere quid vis effingunt ad significandum pueri venalis ingenium molle, tenerum, flexibile, ut quocunq; ducas, facillè sequatur, quasi materia sit tota flexibilis & commutabilis, ut nihil sit, ad quod ille quamvis subitò fingi, convertique possit. his verbis modificatis *διλοπρέπειν πς* videtur notari in hoc servos Gallicè *une certaine plaisanterie servile*, qualem Fab. Quintilianus lib. 1. cap. 11. dissuadet, nec vitiã

ebrietatis effingat, nec servili vernilitate imbuatur.

d Procatalepsis est ad minuendã emtori opinionem de venditorè nimis mercem æstimante, & id suã sponte, nullãque vi adhibitã faciente: *ὄπως μὲν ἔστιν ἡθ' ἔ μόνον τῶν ἐν τῷ πρῶτῳ ἀνδρῶπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ πρῶτῳ πωλητῶν* qui certe mos est non solum venalitorum, sed etiam rei cuiuslibet venalis venditorum.

e Meton. est materiæ pro nummis indè excusis & factis.

f Quædam est soni similitudo in clausulis membrorum κατὰ τῶν ἐπιροφῶν.

g Deponitur persona, & Poeta loquitur.

h Eadem vox initio sententiarum κατὰ τῶν ἀναροφῶν iteratur.

i Sumtum est ab iis, qui manibus sunt mutilati & privati, ac propterea inepti ad res contrectandas, ut imbecillæ ingenii Horatiani vires indicentur.

k Metaph. est ab animatis ad inanima, quibus datur motus & sensus pro mitteretur vel perferretur.

l Miles, sive pro militibus Valerianis, sive pro singulari aliquo illud sumatur, erit tamen semper synecdoche, sed modus planè diversus. Nam positio singularis pro plurali est velut speciei pro cernere, contra miles pro certo quodam militante homine est positio generis pro specie.

m Translatum est hoc a viatoribus ad subsidium vitæ & cultum declarandum.

n Alleg. est e continuatis metaphoris a bellua acri, infesta & rapaci, ut significet illum militè inopiã factum esse audacissimum & acerrimum in hostem.

o Meton. est subjecti pro præsidariis militibus & custodibus, qualis est illa, *expulit ex urbe scorta*. pro scortatores homines: sed aliter fuit immutata hæc vox Odis primis l. 1. & l. 2. ubi Mæcenas dictus est præsidium Horatii & Asinius Pollio, *in signe præsidium mæstis reis*: quod indè repetas.

p Synecd. generis pro arce vel castello, vel oppido Tigrano certa vel Nisibi non ita pridem constructa, quod Galli efferunt, *Isit quiiter a la garnison, qui i estort, la place bien munie*.

q Metaph. est a lumine solis, pro nobilitatus est tam memorabili facinore.

r Accessus est ad profopopceiam prætoris & militis de arce oppugnanda inter se colloquentium.

s Anaph. est in bone & i pede fausto.

t Videtur metonymia effecti pro efficiente, quam Græci propriè efferunt dicentes *ἰδι ἀγαθῆ τύχη*.

u Metaph. est similis Sat. 2. l. 2. notatæ sub initium.

x In *ibit, ibit* continua ejusdem vocis iteratio *διὰ τῆς ἐπιροφῆς*.

y Meton. est subjecti pro pecunia & nummis & viatico illic gestato.

z Synecdochica est periphraſis Iliadis & historiæ de discordia Græcorum, undè Epist. 2. dicit se melius didicisse, quid honestum, quid turpe, quàm e libris Philosophorum.

aa Periphraſis est synecdochica Academia, sicut in loco synecdoche generis pro eodem gymnasio.

bb Sive hanc syntaxin sequaris, sive alteram, rudem belli civilis erit semper metaphora a procellis & tempestatibus marinis, qualis notata est Epist. 1. & 2. l. 1. Attamen posteriori syntaxi ætus per se valet idè, quod, fervor juvenilis & motus juventutis inconsideratus trufit Poetam in arma.

cc Synecd. est membri pro omnibus copiis & integris viribus Augusti.

dd Meton. est subjecti pro, milites Augustani victores pugnæ Philippenſis.

ee Nota est metaph. a nudatis volucribus ornatu pluma-

plumarum, quæ de plumis ubi fiunt, ut abire sublimes nequeunt: sic miles armatus & fortunis everlus etiger se non potest: quod Gallicè dicitur, *ils me laisserent aller en blanc*, & *ma maison & mes biens surens confisquees*. Cic. simili tropo, sed per allegoriam multiplicato, usus fuit Epist. 2. ad Attic. l. 4. *Idem illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci: sed, ut spero, iam renascuntur.*

ff *Laris & fundi* dicuntur per synecdochicam patrimonii Horatiani periphrasin, quod videtur Bruto & Cassio proscriptum fuit, ut aliorum, qui fuerant harum partium. Sic hæc duo conjunxit Satyr. 2. l. 1.

Qui patrum mimæ donat fundumq; Laremq;

gg Utrobilibet modo legas *cicuta* vel *scylla*, erit synecdoche speciei pro qualibet medicina & remedio ad sanationem comparato.

hh Synecdochica est periphrasis senectutis, quæ hominibus adimit quicquid est in vita jucundum & gratum.

ii Metaph. est a re militari, quam qui exercent, omnium templorum, urbium, tectorum prædones sunt & direptores: sic senectus hominem spoliatur omnibus antecessarum atatum commoditatibus.

kk Meton. est efficientis pro amore inde accenso.

ll Metaph. est a tormentis, quorum vi confessio conscientie exprimitur: qualis est illa Philipp. 13. *Macedoniam fratri tuo, qui a vobis nihil degenerat, extorsimus.*

mm *Koinonia* & consilii communicatio est.

nn Synecdoche est generis *διὰ τῆς ἐξουσίας* pro heroi-co versu, ut in *Jambis* altera, sed membri pro integris versibus jambicis, qualis est etiam in *Bionis* pro Comicis versibus.

oo Metaph. est ab hoc genere falsis vehementioris & vi aciori præditi ad detergendum, quam est sal candidus, ut notet morsus veteris Comædiæ fuisse aciores & acutiores.

pp Aporia & addubitatio est.

qq Epanaph. est in hinc quater repetito.

rr *Ἐπέωια* est pro intervallis & spatiis distantie obeunti hujusmodi loca incommotis. E Grammaticis apparuit, quis tropus in *intervalla* statuentus sit.

ss Procatalepsis est, præoccupatio objecti, quod Florus faceret. & quod Poeta sic diluit, *Festinat, &c.*

tt *Nunc* habet anaphoram.

uu Meton. subjecti pro hominibus, qui funus deducunt & exsequias mortui cohonestant, contenduntque cum auribus viam includentibus.

xx In *hæc* alia est anaphora.

yy Ironia est: sentit enim non hæc esse eundem versus meditantem.

zz Sumtum est a ducentibus choreas, pro multitudine scriptorum, vel pro omnibus scriptoribus qui solitudinem & secessum quaerunt.

* Periphrasis est synecdochica Poetæ & cujuslibet scriptoris.

*a Ita est hic sumendum, ut monet Donatus accipiendum And. Act. 1. Sc. 1. *Nam qui cum ingenio conflictatur hujusmodi.* cum ingenio dicit Terentius pro hominibus certæ cujusdam naturæ & constitutionis. Sed tropi genus non indicatur. Hic equidem agnosco metonymiam adjuncti pro subjecto: quia visilla naturæ adjungitur primordii ipsius hominis, tanquam res ascititia.

*b Potest esse synecdoche finiti pro infinito, pro diu studuit: quam confirmat verbum *in senescendi libris*. Quidam tamen putant hic *septem annos* proprie sumi debere, quod septennium fuerit temporis spatium Romanæ juventuti destinatum olim ad liberales artes Athenis discendum e consuetudine præcorum Romanorum.

*c Metaph. nota est a mari, pro summis occupationibus & periculosis negotiis.

*d In *Urbi* est synecdoche generis, pro Romæ.

*e Synecd. membri pro integris versibus, quos nequeat Romæ aptare suæ lyrae.

*f Synecd. generis pro certo quodam homine inominato.

*g In *alter alterius* est polyptoton.

*h *Gracchus & Mutius* dicuntur *διὰ τῆς οὐρανοῦ* specialium pro eloquentissimo quoque Oratore & Jurisconsulto consultissimo.

*i Est synecd. generis pro insana ambitione.

*k Similis est tropus superiori pro lyricis versibus. Quidam putant hic communicationem esse, quod Poeta notet alios sub sua persona: sed quæ communicatio sit deliberatio cum altero, non potest hic locum habere.

*l Metaph. est a sculptoribus.

*m Anaph. est.

*n Synecd. est generis pro templo Apollinis, deinde meton. subjecti pro bibliotheca illic instructa.

*o Alleg. est e continuis metaphoris ab ignavis gladiatoribus, qui, ut se mutuis ictibus petere videntur, quum tamen nihil faciant minus: sic gloriosi Poetæ ludicris reprehensionibus sese alios simulatè laceant & afficiunt, mutuisq; assentationibus admirantur, & titulis ornant.

*p Meton. est adjuncti pro suffragio & judicio, quod fiebat de ingenio scriptoris vel conditione petitoris: erat enim præcis hominibus in more positum Romæ, ut suffragia populi & favor punctis notarentur, non autem scriberentur, de quo sic dicit in Arte:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Id est, tulit suffragia populi & judicium. Itaque Horatius dicit se judicio Poetæ Elegiaci declaratum fuisse præstantissimum Lyricum & Elegiacum illum suo suffragio peritissimum Elegiæ scribendæ judicatum. Ita synecdochicè interpretor singulares hos tres Poetas; Alcaicum, Callimachum, Mimnermum.

*q Hic versus similiter sonat in clausulis membrorum *διὰ τῆς ἀντιποῦσης*.

*r Metaph. a venatoribus & aucupibus, ut ex Epodis 2. perspectum fuit:

Pavidumq; leporem & advenam laqueo gruem

Jucunda caprat præmia.

& e Satyr. 2. l. 1.

Venator fugientia caprat.

utrobique; enim multâ vigilantia, diligentique observatione opus est, ut quid consequaris.

*s Meton. subjecti animi pro ipsius affectu.

*t Synecd. speciei pro æquissimo quoque; judice & correctore.

*u Metaphora est a sole, quemadmodum sæpè dicitur lumen orationis, & illuminatur oratio pro ejus elegantia & ornatu: de quo lege præcepta Rhetoricæ eloquutionis breviter ac dilucidè ab Audomaro Talæo tradita, legitime definita, illustribusque exemplis explicata, & ad usum valde accommodata.

*x Metaph. est ab animatis ad inanimatum, cui sensus & motus datur, pro, quamvis Poeta, qui talia verba usurpavit & collocavit, gravatè velit illa e loco movere & alia meliora substituere. Talem tropum arguit, quod sequitur, *bonus eruet.*

*y Video hic quidem recentiores interpretes diligenter explicare proprietatè hujus orationis, sed de illius modificatione planè mutos esse. Rectius fecerunt vetustiores, qui prudenter agnoverunt metaphorâ, quæ est contracta similitudo, a sanctitate adyti Vestalis ad indicandos ca-

pitis

piris humani recessus & facultates animi illic inclusas, in quibus & res recondita latent, quae, quum tempus & locus postulant, inde depromuntur & in usum transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur.

*z Metaph. est a corporibus, quae e terra effodi & extrahi possunt, ut aurum obrutum terrae, sylvas, herbas, quercus eruere, ad ea, quae tantum animo intelliguntur, ut Cic. dicit in Orat. ad Brutum, sententias ex abdito erutas & 2. ad Q. Fratrem: argumenta eruere: & hic verba, pro depromere & in usum proferre. Ita Lucretius geminavit lib. 5. protrahere & eruere aliquid in luminis oras.

a* Ex his singularibus intelligendi sunt & in vltimo transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur.

b* Metaph. ora est a vitio frugum, quod est seminis abundantia, quae ipsas segetes suffocat, inquit Plinius libro decimo octavo capite decimo septimo, de cuius remedio sic Cic. de Orat. praecipit: Quod si hic noxter Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quadam, quae stylo depascenda est, id est, scribendi frequentia, & assidua meditatione, illa naturalis ubertas, quae interdum redundat. Fortassis etiam posset & luxurari sumi a membris vitiatis, quae luxa dicuntur, quum sunt soluta & suo loco mota: sic dicitur scriptor solutus ac minimè sulus: sed prior translatio videtur praestari posteriori.

c* Hoc fortasse sumtum est a fabris, qui asperitatem scabritiemque rerum, poliendo, lavigando, complanando, tollunt.

d* Meton. est caussarum pro effectis, vnde vtriusque; salratio, gestus & motus significantur.

e* Sumtum est ab imperito aratore ad pravitatem & perversitatem poeticae compositionis notandam.

f* Translatio est satis nota e Grammaticis: ideò nihil est necesse ad eam addere plura.

g* Synecd. est partis pro lagena resignata & aperta vel potius exhausta.

h* Sumtum est a rebus vitiatis, quae solent instaurari & reparari, ut dixit Ode prima lib. primi, mox reficit arces quassas, ad animi recreationem & corporis instaurationem.

i* Idem valet, quod, ubi fuit apud se, quomodo docet Davus Pamphylum, proin tu face apud te sit, sicut satis in Grammaticis explicatum videtur: sed dubitatur tamen, uter tropus hic sit agnoscendus: quia redire ad se & apud se esse & in vltimo transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur.

k* Exclamatio conquerentis iure jurando confirmata, & vna est Argivi sanati pro popoeja,

l* Verba iam sunt Poetae, ubi nugae & ludum per metaphoram posita credo pro studio Poetico, quod Horatius pueris existimat relinquendum.

m* Synecd. ex membri pro integro poemate.

n* Metaph. a Poetica dimensione ad doctrinam vitae & moderationem morum indicandam.

o* Apparatus est ad pro popoejam sui ipsius, qui se in

deliberationem vocat. In quo quidem certè consilio capiendò Poeta se virum praestat mirà & occultà calliditate: quia quod in se ipso reprehendere videtur, in eo gravissimè alterum notat & vituperat.

p* Epanaph. est in particula si toties iterata.

q* Sumtum est a victoribus, qui victos in servitutem redigere solent, & sibi vindicare.

r* In refugit iurgia, pro removel, tollit, metaphora est a praeditis sensu & motu ad ipsdem carentia.

s* Epanaph. est in quadruplici repetitione & in vltimo transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur.

t* Tres haec voces & in vltimo transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur.

u* Translatio est nota ipsius agricolis, qui segetes demetunt, quas ex agris avehant in areas & inde in horreis recondant: qualis notata fuit Od. 14. l. 4. de Claudio. Primosq; & extremos metendo Stravit humum.

v* Eodem tropo Euripides dicit & in vltimo transferuntur. vnde a Philosophis & in vltimo transferuntur.

x* Est hic Symploce, & simul polyptoton.

y* Hic agnosco synecd. speciei pro ditissimo quoque homine.

z* Idem est tropus pro amplissimis divitijs quibus anteponit homo voluptarius suas voluptates & delicias.

† Sumtum est a nautis, qui portu carentes quò possint naves appellere, interea vehementer fluctibus agitantur, ad significandam hominis avari inquietam ac insatiabilem contentionem.

† a Periphrasis synecdochic a noctis.

† b Meton. subjecti pro plantis in frugiferis, spinis, ac herbis sterilibus, quae sunt ex agro demenda ferro & igne, si ex eo expectes ubertatem frugum. in ferro est alter modus metonymiae. ubi materia ponitur pro falce, vel sarculo, vel vomere, vel cultro inde factis.

† c Synecdochica est periphrasis horoscopi.

† d Synecd. est membri pro integro, id est, pro singulis hominibus, quorum est suus cuique; Genius una se miscens cum ipsis, & una moriens: illis benignus, his malignus: quae affectio contraria notatur adversis coloribus tropicis, ut iam in Gram. praemonitum fuit, quomodo & niger accipi docuimus Satyra quarta libri primi sub fin.

† e Alleg. est e metaphoris a nautis, quae significat se mediocritate contentum, non querere majora, quemadmodum nihil refert sitientis, testaceone, an vitreo bibat poculo, modò sitim levet ac sedet.

† f Altera est alleg. ex eodem genere tropi, pro, qui non amplissimis fortunis & opibus sunt cumulati, non idcirco ij sunt inopes: sed medium tenent inter summos & infimos, id est, neque in summa rerum prosperitate, neque in earundem summa calamitate versantur.

† g Anaph. per ipsius iterationem initio sententiarum.

† h Synecd. est speciei, pro quibuslibet vmbri, larvis, & terrificationibus nocturnis.

† i Metaphora est ab ijs, qui punguntur illarum aculeis ad indicandas animi perturbationes quae ipsum excruciat, nec sinunt conscientiam quiescere.

† k Symploce est in tribus membris, ac praeterea e continuatis metaphoris allegoria a consuetudine convivarum, qui cibo, potione & ludo expleti & satiati discedunt e convivio libenter, quali alacritate animi, debet optare exitum e vita, qui non didicit rectè vivere.

† l Duplex est tropus: primum synecd. generis pro specie, juventute, deinde Meton. est adjuncti pro juvenes lascivientes decentiis, quam senes.

DE TITULO EPISTOLÆ TERTIÆ AD PISONES,
VULGÒ DE ARTE POETICA INSCRIPTÆ.

Sunt non admodum pauci, candide Lector, hique singularis doctrinæ viri, qui hanc Epistolæ epigraphen *de arte Poetica*, nec nativam, nec ab Horatio profectam, sed adventitia, & aliunde adductam arbitrentur: atque inter cæteros præcipuè Franciscus Robortellus paraphrasi in hanc Epistolam, qui ad confutandam ipsius inscriptionem, *de arte Poetica*, dicit, *principia hujus artis & naturalem progressionis ordinem desiderari*: quod perturbatio Poetices magnæque confusio reliquarum artium consequi solet. Idem quoque sentit Julius Cæsar Scaliger præfatione in libros Aristot. de Poetica. *Nam, inquit, & Horatius artem quam inscripsit, adeo sine ulla docet arte, ut Satyra propius totum illud esse videatur: quod congruenter Satyrica nature quidvis dicit sine proœmio, sine epilogo, modo cum laude, modo cum vituperio.* Videretur quidē satis nonnullis esse argumenti in auctoritate doctissimorum virorum ad delendam hujusmodi epigraphē: quā quispiā nissus, ac præterea multo magis rectā, bonāq; ratione ductus, censeret hanc pro ea reponendam: *Q. Horatius Flaccus de vitiis ac virtutibus Poetices ad Pisones*: vel *περὶ τῆς ἐπερογενείας ἢ ὁμογενείας τῆς ποιητικῆς*. Verū illi præter auctoritatē superiorū multo facilius ac melius rē ita esse cōperient cōparatiōe hujus scripti cum arte, eadem de re ab Aristotele tradita, & longē aliā ratione atq; methodo instituta. Ille .n. in initio vim & naturā hujus artis investigat: deinde Poeticā definit: postea distribuit in suas formas & species, & singularū differentias diligenter observat & notat, exemplisq; illustrat: deniq; vinculis transitionum antecedentia cōsequentibus alligat sciēter. Atq; hæc tā virtutis definitio, partitio, illustratio, q̄ vincula partiū, in omni arte tradēda necessaria sūt & homogenea: contrarij aut vitij definitio & partitio neq; necessaria est, neq; homogenea: imò verò prorsus aliena & heterogenea. Præterea hæc artis definitio ex etymologia, quam plenius explicavimus in Od. 12. l. 1. apud Diomedem, *quod ars arte præcepto singula definiat, & vias quasdam condant*, id est, cōstruat, ut loquitur Lucanus, pro, transitum paret & viam muniat recta ad scopum, mirè facit nobiscum: quod quum hīc non efficiatur, nomen artis nequit Epistolæ legitimè & absolute convenire. Itaque quum nihil in præsentia mihi opus esse videretur ad hujus rei demonstrationem longiori oratione: ad has tamen auctoritates operæ pretium fuerit aliquot rationum fieri accessi-

onem, τῶν δυσπείσιως ἐχόντων ἕνεκα, propter eos quibus non facile fides solet fieri argumentis ab arte remotis: unde quisque intelligat principium hujus Epistolæ, si artis institutio, ediametro pugnare cum natura ipsius artis, cuius est Aristoteli nihil, nisi verum, nisi proprium, nisi catholicum, continere, ἢ τὰ πάντα τοῖς ἀλλήλοις συνακολουθεῖν omnia sibi inter se correspondere. falsum autem, alienum, confusum repudiare: quibus de causis Plato lib. 11. de Leg. honorificè appellat τέχνη σαφὴ καὶ ἀψευδὴ φύσει, artem apertam, suique ex natura & per se a mendacio maximè vacuam. Sed quia vox est τῶν μέσων, ut Servius annotat in vers. Aeneid. 2.

Ignari scelerum tantorum artisq; Pelasgæ.

talis amphibolia tollitur epitheto vitium designante, ut ex primo versu apparet. Quare quum ea definiatur a priori Philosopho ἢ τέχνη ἐστὶν ἐξ ἑστῆς ποιητικῆς μετὰ λόγῳ ἀληθῆς habitus quidam cum veraratione conjunctus & ad efficiendū idoneus: in quolibet institutionis loco, primo, medio, & postremo, illius est, docere virtutes, non vitia: veritatem, non falsitatem, propria non aliena. Denique ars est rerum homogenearum & verarum tantum, id est, cognatarum, per generalissima, subalterna, specialissima comprehensio & ordinatio. Quatenus enim quodlibet præceptum sub comprehensionem cadit, eatenus verum esse opus est. Nam falsi comprehensio nulla est. De quo lege Galenum lib. de Opt. secta ad Thrasybulum. Itaque nullum tradi potest, nec debet, præceptū de vitiis in virtutis explicatione, imò rectum ipsum est index sui & obliqui, nec definitio virtutis, ait Arist. probanda est, nisi indè manifesta sit cognitio vitij. Neque hanc artis facultatem refutat illud Senecæ parabolicōs: *ut primum est expurganda bilis, unde nascitur insania: deinde monendus homo: alioquin qui furiosum admoneat, quomodo debeat procedere, quomodo se gerere in publico, furiosior sit ipso furioso: sic animus primum est liberandus falsis opinionibus postea præcepta Philosophia tradenda.* At verò, inquam, aliud est vitium coarguere & virtutem definire, ac ipsius partes methodicōs persequi. Valeant igitur illæ subtiles Sophistarum argutiae, qui ad ravim vsque clamant, falsa & ambigua & aliena tollenda prius esse, quàm tu rem ullam definias: qualia hic pleraq; spectes omnia. Nam multa contra legem secundam καὶ αὐτὸ miscentur ἀπροδιδόνσα, quæ sunt Dialecticæ, multa, quæ Grammaticæ, multa, quæ Rhetoricæ: quædam etiam iterantur odiosè per tautolo-

tologiam contra legem καθ' ὅλα πρῶτον: quæ
 quasi propria essent vnius artis, distributa sunt
 a Fabricio, Xylandro, & ab alijs in octodecim
 præcepta, partim, ipsorum iudicio, ad Poetam,
 partim ad ipsum poema pertinentia: cuiusmo-
 di equidem partes, quia video prorsus omnino
 ἀνομοιομέρεις καὶ ἑτερογενεῖς, minimè possum pro-
 bare in huius artis, id est, Poeticæ, descri-
 ptione, quam ex his velut partibus constitu-
 unt. Huiusmodi quidem præcepta rerum
 variarum tolerantur in narratione rerum ge-
 starum siue historica, siue fabulosa, imò verò,
 ut necessaria, requiruntur. ἐπεὶ γὰρ ἔ μόνον τὰ
 χρηστὰ ἦθη, ἀλλὰ καὶ τὰ φαῦλα μιμνῆσθαι χρῆν. ὡς ἄ-
 νευ τῶν παραδόξων πράξεις ἔ σιωπῶνται. ὡν ἀκρί-
 οντα ἐνεστὶν αἰρεῖσθαι τὰ βελτίω. Illic enim non solum
 mores bonos, sed pravos etiam representare (aucto-
 rem) oportet, quod sine his admirabiles actiones
 non possent constitui, quarum meliores auditori li-
 cet eligere, deteriores repudiare. At verò au-
 ctoritate & exemplo Aristotelis aliquis inter-
 cedat superiori definitioni & latæ facultati ar-
 tis, quæ in omni loco virtutes huius rectè con-
 stitutæ, non vitia, describat. Ille enim, quum
 in Poetica, quæ virtutes fabularū essent, quem-
 admodumque partes earum cōstituendæ, pla-
 nè docuisset, postea præcepit, qui reprehendi
 meritò in ipsius cultoribus aliquando posset:
 atque vitia maximè in ea parte, quæ superiores
 laudarat, demonstrat. Locus autem est ad hæc
 verba: τῶν δὲ ἀπλῶν μύθων καὶ πράξεων αἰετῶν ἐπισημα-
 δεῖς εἰσι χεῖρες αἰ. *simplicium autem fabularum &*
actionum episodica sunt deterrima. Ut autē huic
 intercessioni ostendam nullam acquiri fidem
 exemplo Aristotelis, dico: Si noster Poeta te-
 nuisset hanc Philosophi viam & rationem Po-
 eticæ docendæ, ut initio tradidisset præcepta
 de illius virtutibus & analogia: deinde brevi-
 admonuisset discentes de aliqua anomalia,
 quæ fortassè culpâ Poetarū in illam incidisset,
 merito ac jure potuisset a nomine artis Poeti-
 cæ inscribi hæc Epistola. Sed enim, quid ma-
 gis est a vera ratione disjunctum & dissentiens
 καὶ ἐξαγώνιον, quàm hæc Epistola e vitijs pri-
 mūm, deinde virtutibus descripta, eaque emē-
 dationis & reformandæ methodi tantum cau-
 sâ hîc instituta? Nam qui ex arte Grammati-
 calegitimè tradita cognovit rationem conveni-
 entia inter substantivum & adjectivum, cæ-
 teraque partes: eadem certè artis operâ didi-
 cit hunc solœcismum, id est, talis convenienti-
 a vitium, *doctamagister*: facillè quoque ex ea-
 dem arte alios sine ullis præceptis solœcismos
 in regulas tam convenientiæ, quàm rectionis
 incidentes animadvertet. Quemadmodum
 enim lucis adventu, tenebræ nullo labore fu-
 gantur: sic veritatis splendore, tanquam radiis
 solis, mendacia discutiantur. Quod si ne-
 cesse esset, ut ars perinde virtutum, atque vi-
 tiorum, in dicia discantibus afferret, id certè fieri
 extra artis præcepta oporteret, ut in Scholis

Logicis P. Ramus sapienter docuit, & suo ex-
 emplo nobis probavit. Itaque mihi ridicula
 videtur persuasio quorundam, & comparatio,
 qui nostrum Poetam existimant se perbellâ cō-
 mendatione efferre: quum prædicant illum
 more diligētissimi & peritissimi agricolæ hoc
 fecisse, qui prius solet suum agrum herbis no-
 centibus, carduis, tribulis, lappis, omnique ve-
 prium & spinararum genere purgare ac pingui
 fimo saturare, quàm illuc bonum semen man-
 dare, ne solum his foedè infelicitèrque horrēs
 gremio suo minimè mollito & subactō languidi-
 diùs excipiat sparsum semen, ideòq; nec latos
 referat fructus: nos quidem huius parabolæ
 protasin longè verissimam concedimus: sed
 apodosin ab arte prorsus alienam iudicamus.
 Quis enim Grammaticum hac viâ & ratione
 explicantem artem ferret: qui statim ab ipsius
 initio omnia solœcismorum & Barbarismorū
 genera præponeret: deinde præcepta de virtu-
 tibus artis fortassè vera, catholica & propria,
 quasi vias ad puritatem orationis ferentes, cō-
 fusè tamen traderet? Et certe homogenia ipsi-
 us artis, quæ constat multis animi perceptio-
 nibus inter se consentientibus, satis magnas
 habet vires ad propriæ virtutis functionem,
 ut ex antè modo dictis, & ex etymo
 artis perspicui potest. Itaque qui se intra li-
 mites illius artis continebit, heterogeniæ (ad
 quam pertinent illa τὰ ἀλογα καὶ ἀτοπα in
 Homero & Sophocle ab Aristotele in Poetica
 & animadversa & notata, continuo tamen
 alijs vtriusque multis virtutibus deleta, ut
 diceretur sub finem huius Epistolæ) hæc, in-
 quam, heterogeniæ vitia sine ullis ipsorum
 præceptis facillè vitabit. Liceat mihi per te,
 Lector, his vocibus Græcis uti inopiâ Latina-
 rum. Huiusmodi autem artificem existimo
 non dissimilem inexperto duci viæ, qui pro
 recto itinere rectâ ad propositum scopum fe-
 rente, diverticula, mæandros, devias flexiones
 præmonstrat. Fuit olim similis ferè via & ratio
 informandæ juventutis ad sobrietatem & tem-
 perantiam veteribus Spartiatis, ut Plutarchus
 refert in vita Demetrii, οἱ μὲν ἐν παλαιῶι Σπαρ-
 τιαταὶ τὴν Ἠλώπαις ἐν ταῖς ἐορταῖς πολὺν ἀναγκά-
 ζοντες πίνειν ἀκρατον, εἰσηγονεῖς τὰ συμπόσια τοῖς
 νέοις, οἷον ἐστὶ τὸ μεθύειν, ἐπιδεικνύντες. ἡμεῖς δὲ
 τὴν ἐκ διαστροφῆς ἐτέρων ἐπανόρθωσιν, ἔ πάνυ
 Φιλάνθρωπον, ἔδὲ πολιτικὴν ἡγάμεθα. id est,
 itaque veteres Spartiata diebus festis cogebant
 servos, quos ilotas vocabant, merum intempe-
 ranter bibere, & temulentos intromittebant in
 convivium, ut suis liberis ostenderent turpitudi-
 nem vino madentium: nos verò, inquit Plutar-
 chus, neque humanam existimamus correctionē,
 quæ perversè ac præposterè sumitur ex aliorū deprava-
 tione. Mala enim non sunt faciendā, ut inde eve-
 niant bona, sicut jam monuimus Od. 18. l. 1. Itaq;
 nostalem τῆς μεθυσματοποιίας artificem vtro-
 biq; non modò incommodū discantibus, sed
 planè

Planè intolerandum iudicamus. Unde cog-
noscant hi, qui affirmant in hac Epistola faci-
endi poematis autem rectè institui, qualem &
quantam notam huic illustri & ingenioso Poe-
tæ inurant, dum eum suâ comparatione con-
stituant ἕως ἀμέθοδον καὶ ἀπειρον τῆς τεχνολο-
γίας. quum id ipsum ipsemet hîc acerrimè
coarguere videatur. Nam quid aliud hîc Poe-
ta reprehendit in poemate, dum monstra pi-
cturæ, vestiariæ, figlinæ, ob oculos proponit in-
itidò, nisi more Aristotelis logicæ methodi
vitia? est enim, ait hic Philosophus, in Geo-
metria τὸ ἀριθμητικὸν vitiosum, ὡς τὸ γεωμετρι-
κὸν in Arithmetica: quæ quia negligenter for-
tassis curabant Pisones filij, male audierunt a
pud Criticum Horatium, utque rudes & igna-
ri rotius Dialecticæ, Ethicæ, & Rhetoricæ e-
loquutionis habiti sunt: vndè videntur tacitè
remissi ad studia harum artium recolenda: ut
hac videntur subindicare:

— Vos, o

*Pompilius sanguis, carmen reprehendite,
quod non*

Multa dies & multa litura coercuit.

Qua de re nonnulli e recentioribus, qui hanc
tractarunt materiam admoniti omnino absti-
nuerunt a tali perigrapha, sed pro ea inscri-
pserunt libellos de re poetica. Quid igitur,
roget me aliquis, putas hîc epistolari stylo ab
Horatio factitarum? quod a Platone, quod a
Cicerone, quod à Seneca, quanquam dissimi-
li orationis numero, qui hoc scribendi genere
per epistolas sæpè admonuerunt amicos de
doctrina vitæ & morum: de vi naturæ & rati-
one benedicendi: ac ille quidè Dionysium Ty-
rannum; hic verò Q. fratrem: postremus de-
nique Lucillum de partibus Philosophiæ, ac
varijs variarum disciplinarum capitibus: præ-
terea Varro, testibus Agellio & Charisio, mul-
tas quæstiones epistolis explicavit, quæ sunt in
scriptæ nomine quæstionum epistolicarum: 45
atque ipsemet etiam Poeta complures antè va-
rijs de rebus. Sic Epist. 17. Scævam de præstā-
tia vitæ politicæ & privatæ, ut hic Pisones de
vitijs poematis primum, ac deinde de ipsius
virtutibus: præterea de recta & methodica
constitutione fabulæ præsertim Comicæ, Tra-
gicæ, & Epicæ, & de inventitione, de dispo-
sitione, de materia: Item de servando Poetæ
decoro & officio, in personis: ac denique de
genere orationis & metrorum videtur dili-
genter admonuisse: vndè utilissima quidem
præcepta (e quibus materia suppeditatur co-
piosa ad quid vis in artis formam redigendum)
possunt accipi ad Poeticen generatim, aptè,
congruentè: que legibus artis, ut est Gramma-
tica informandam & constituendam: nisi quis
fortè putet se prohiberi tali technographiâ au-
ctioritate Platonis, qui in Ione dialogo docet
Poeticen non esse artem, sed ἐνθουσιασµὸν καὶ θεο-
ανμίμησιν, cujus ope, organicarumque artium

& Philosophiæ perceptiōe: qui vis facilè poterit
partes Poeticæ tractare. Præterea non equi-
dem quenquam arbitror latere, nostrum Poe-
tam tum temporis fuisse κριτικὸν τε τῶν ποιημά-
των καὶ ἄσµάτων καὶ μελῶν τῶν ἀρίστων διαγνωστικόν,
& τῶν κακῶς πεποιηµένων ἐλεγκτικόν, id est, censo-
rem poematum & carminum & optimorum mo-
dulorum de iudicandorum peritum, & male con-
ditorum emendatorem & castigatorem: Quod
facilè, si quis fortè dubitet, potest e 19. Epist.
lib. 1. cognosci.

*Non ego ventose plebis suffragia venor
Impensis canarum, & trita mungere vestis.*

*Non ego nobilium scriptorū auditor & ultor
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor*

Item Epist. 2. lib. 2. ad Julium Florum:

*Hic sponsum vocat, hic auditū scripta, relictis
Omnibus officijs.*

Quum igitur Horatius omnes pueros, patrès-
que severos videret vno scribendi versus stu-
dio calere, levique insaniâ nominis Poetici la-
borare, atque adeò, ut verisimile videtur, Pi-
sones, patrem iuxta atque binos ipsius liberos
ac præsertim natu majorem, qui ea de re sub fi-
nem Epist. appellatur:

— Si quid tamen olim

Scripteris, in Metj descendat iudicis aures,

*Et patris, & nostras. nō umq. prematur in annū
Membranis intus positis delere licebit,*

Quod non edideris: nescit vox missa reverti.

Verisimile, inquam, est, hos omnes ab eo aut
literis, aut verbis postulasse ipsius iudicium de
quodā Poemate: quos cœpit hic primum mo-
re fidelis castigatoris & amici, qualis describitur
postremis huius Epistolæ versibus, admonere
de vitijs, quibus bona pars Poetarū in scriben-
do teneretur: deinde certas leges illis pponere
boni carminis, vbi prius peccatū erat: quarū
observatione, ut vitiorum simul declinatione,
poterit quisque fieri optimus Poeta: e quibus
ego primum conficio τὸ ζήτηµενον ex ipsius in-
scriptionis vulgaris ratione facilè petitum, &
ut periocham quandam, hic adhibendum:

*(Theticū.) Pisones hîc admoneri, quid in Poemate be-
ne elegantèq. condendo vitandum & fugiendū sit:
quid contra servandum & faciendum, ut hi, sicut
ceteri, huius moniti observantes, sint boni Poetæ,
meritòq. ac iure tales nominentur.*

Conficio deinde ex eis dē, in hac Epistola Poeti-
cen non cōtineri legitimam, ut nomē artis vi-
detur præ se ferre, quòd pluribus heterogeneis
rebus cōstet: a quibus abhorret ars quælibet le-
gitimè tradita. Quare quæ hîc traduntur præce-
pta nō vnius cui usdā artis sunt propria, sed Po-
eticæ cum multis communia, cum facultate o-
ratoria, epistolari, historica, cū omnibus deniq;
alijs ἕδ' αὐτῆς μεθοδικῶς συγγεγραµµένοις μέχρι
πρὸς τῆτον χρόνον. Tam latè autē patēt quæ Luci-
anus tradit de ratiōe historiæ scribendæ, quàm
que noster Poeta hîc præcipit de Poetica. Sic e-
nim ille: Χρὴ δὲ μὴ ἕτως, ἀλλ' ὁμοία τὰ πάντα, καὶ
ὁμόχρον

ὁμοχρῶτα εἶναι καὶ σῶμα δὲ τῆ κεφαλῆ τὸ ἄλλο σῶμα,
ὡς μὴ χρῶσεν μὲν τὸ κράνθ' αἴη, θώραξ δὲ πᾶν
γελῶν ἐκ ῥακῶν ποθεν, ἢ ἐκ δερμάτων σαπρῶν
συγκεκαπμένθ', καὶ ἢ ἄσπις οἰσύνῃ καὶ χοιρί-
νῃ πορὶ ταῖς κνήμαῖς, &c. id est, non est faciendum,
sed omnia oportet e, usdem & generis & coloris es-

se, atq; capiti reliquum corpus concinnè aptari: ut
cranium non sit aureum, pectus autem prorsus o-
mnino ridiculum e pannis undiquaq; detritis, aut
ex coriis patribus consarcinarum, aut, ut clypeus
supernè constet ex vimine, & circa tibias ex corio
suillo.

EPISTOLA. III. AD PISONES. S. De Arte Poetica.

Humano a capiti cervicem pictor equinam
Jungeres si velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrū
Desinat in piscem mulier formasa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
2. Credite Pisones isti tabula fore c librum
Persimilem: cuius, velit agri somnia, vana
Fingentur species: ut nec a pes, nec caput vni
Reddatur forma. 3. Pictoribus atq; Poctis
Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas.
4. Scimus, & hac veniā petimúsq; damúsq; vicissim:
5. Sed non, ut placidis coeant immitia: non, ut
Serpentes a vibis geminentur, tigribus agni.
Inceptis gravibus plerúmque, & magna professis
i Purpureus, latè qui splendeat, unus & alter
Assuitur pannus: quum lucus & ara Diana
Et properantis aqua per amēnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenū, aut pluvius describitur arcus.
6. Sed nūc non erat his locus: 7. & fortasse m cupressū
Scis simul are: quid hoc? si fractis enat at ex spes
Navibus are dato qui pingitur, p amphora caput
Institui, currente rotā cur urceus exit?
8. Deniq; sit, quod vis, simplex duntaxat & unum
9. Maximā pars Vatū, pater & juvenes patre digni,
Decipimur specie recti: brevis esse laboro,
Obscurus fio: seēt antem lavia, nervi,
Deficiunt animiq; professus grandia turget:
x Serpit humi tutus nimium, timidúsque procella.
10. Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.
11. In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.
12. Aemiliū circa ludum faber imus & a ungues
Exprimet, & molles imitabitur are a capillos:
Infelix operis summa: quia ponere totum
Nesciet. 13. Hunc ego me si quid componere curem,
Non magis esse velim, quam pravo vivere naso
Spectandum nigris oculis nigroque capillo.
14. Sumite materiam vestris, qui scribitis, equam
Viribus, & da versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri: cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
15. Ordinis hæc viri erit & gg Venus (aut ego fallor)
Ut Jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & presens in tempus omittat.
16. Hoc amet: hoc spernat promissi carminis auctor.
17. In verbis etiam tenuis cautúsque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddidit junctura novum. Si forte necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctus non exaudita Cethegis
Contingunt: dabiturque licentia sumta pudenter.
Et nova sic ag, nuper habebunt verba fidem si

Græco fonte cadent parce detorta. 7. Quid autē
o0 Cacilio Plautoq; dabit Romanus, ademtum
Virgilio Variog; ego cur acquirere pauca,
Si possum, invideor? Quū p lingua Catonis & Ennī
1 5 Sermonem patrium ditaverit, & no va rer um
Nomina protulerit. 8. Licuit, semperq; licebit,
Signatum presente notā procudere nomen.
9. Ut sylva foliis pronos mutantur in annos,
20. Prima cadunt: ita verborum vetus interit etas,
20. Et juvenum ritu, florent modō nata, vigētiq;
Debemur morti, nos nostraq; sine receptus
Terrā Neptunus, classes Aquilonibus arcet
11 Regis opus: sterilisve diu palus aptaque remis,
2 5 Vicinas xx urbes alit, & grave sentit aratrum:
Seu cursum mutavit iniquum frugibus annis,
21. Doctus iter melius. Mortalia facta peribunt:
Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.
22. Multa renascentur, que iam cecidēre cadentq;
Que nunc sunt in honore vocabula si volēs usus:
Que penes arbitrium est & us & norma loquēdi.
23. Res gesta regūque ductūque & tristia bella
Quo scribi possent numero, monstravit Hom-
erus.
*g Versibus impariter iūctis querimonia primū,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos Elegos emisit auctor,
40 Grammatici certant: & adhuc sub iudice lis est.
*i Archilochum proprio rabies armavit iambo
24. Hunc socci cepere pedem grandēq; cothurni,
Alternis aptum sermonibus, & populares
*m Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.
4 5 *n Musa dedit fidibus Divos puerosq; Deorum,
Et pugilem victorem & equū certamine primū,
Et juvenum curas libera vina referre.
25. Descriptas servare vices operūq; colores.
50 *c Cur ego, si nequeo ignorog; Poeta salutor?
Cur nescire pudens pravè quā discere malo?
26. Versibus exponi Tragicis res Comica non vult:
Indignatur item privatis ac propè socco
Dignis carminibus narrari cena Thyesta.
5 5 27. Singula quaq; locum teneant sortita decenter
28. Interdum tamen & vocem Comadia tollit,
Iratúsque Chremes tumido delitigat ore:
Et Tragicus plerūq; dolet sermone pedestri.
60 *z Telephus & Peleus, quū pauper & exsul uterq;
Projicit ampullas, & sesquipedalia verba:
Si curat cor spectantis tetigisse querelā.
29. Nō satis est pulcra esse poemata: dulcia sunt,
Et quocunq; volent, animum auditoris agūto.
6 5 30. Ut a ridentibus arident, ita flentibus adsunt
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi: post tua me infortunia cadent.
1. g*

31. g* *Telephe vel Peleu, malè mandata loqueris,*
 h* *Aut dormitabo aut ridebo i* tristia mestum*
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem lasciva: severum, seria dictu.
32. *Format enim natura prius nos intus ad omnem*
Fortunarum habitum: Juvat, aut impellit ad irā:
Aut ad humum merore gravi deducit, & angit:
Post effert animi motus interprete lingua.
33. *Si dicentis erunt fortunis k* absona dicta;*
Romani tollent equites peditésque l cachinnum.*
 m* *Intererit multū, Davusne loquatur Herusve:*
Maturusne senex: an adhuc florente n juventā*
Fervidus: an matrona potens: an sedula nutritrix:
 15 *Mercatorne vagus, o* cultorve virentis agelli:*
 p* *Colchus an Assyrius: Thebis nutritus, an Argis.*
 p* *Aut famam sequere, aut sibi convenientia singe*
Scriptor. Honoratum si forte reponis achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:
Jura neget sibi nata: nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, invictaque: flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.
35. *Si quid inexpertum scene committis, & audes*
Personam formare novam, servetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit, sibi constet.
36. *Difficile est propriè communia dicere: tuque*
Rectius x Iliacum carmen deducis in actus,*
Quàm si proferres ignota indictaq, primus.
37. *Publica materies privati juris erit si*
Nec circa o vilè patulūmq, moraberis o* orbem:*
Nec u verbum verbo curabis reddere, fidus*
Interpres: nec desilies imitator in x arcum,*
Unde pedem proferre pudor veter, aut operis lex.
38. *Nec sic incipies, ut y* scriptor Cyclicus olim:*
 z* *Fortunā Priami cantabo & nobile bellum.*
Quid dignum tanto feret hic promissor t hiatu?
39. *Parturient montes, nascetur ridiculus mus.*
40. *Quanto rectius t a hic, qui nil molitur ineptè:*
Dic mihi Musa virum, capta post tempora Troja
Qui more hominum multorum novit & urbes.
41. *Non t b sumū ex fulgore, sed ex fumo dare lucem*
Cogitat 42. ut t c speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten, Scyllamque & cū Cyclope Charybdin.
34. *Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,*
Nec gemino bellū Troianum t d orditur ab t e ovo.
44. *Semper ad eventum festinat, & in medias res,*
Non secus ac notas, auditorem rapit, & que
Desperat tractata t f nitescere posse, relinquit.
Aut ita mentitur: sic veris falsa remiscet,
Primone t g medium, medio ne discrepet imum,
 45. *Tu quid ego & populus mecum desideret, audi.*
Si plausoris eges t h aulaa manetis & usque
Sessuri, donec cantor, vos plaudire, dicat:
 t i *Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores:*
Mobilibusque decor naturis dandus & annis.
Reddere qui voces jam scit puer & pede certo
Signat humum, gaudet paribus colludere, & iram
Colligit ac ponit temere & mutat in horas.
Imberbis juvenis tandem t k custode remoto
Gaudet equis canibusque & aprici gramine campi:
 t l *Cereus in vitium flecti, monitoribus asper:*
- Utilium tardus provisor, prodigus aris:*
Sublimis, cupidusque & amata relinquere pernix.
Conversis studiis t m etas animusque virilis
 5 *Quarit opes & amicitias, inservit honori:*
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.
Multa senem circumveniunt incōmoda, t n vel quodā
Quarit & inventis miser abstinet, ac timet uti:
 10 *Vel quod res omnes timide gelidèque ministrat,*
Dilator spe longus, iners, avitūque futuri:
Difficilis, querulus laudator temporis acti
 15 *Se puero t p censor, castigatōque minorum.*
 t q *Multa ferunt anni venientes commoda secum:*
 46. *Multa recedentes adimunt: ne forte seniles*
Mandentur juveni partes, puerōq, viriles,
Semper in adjunctis, avōq, morabimur aptis.
 47. t r *Aut agitur res in scenis aut acta refertur:*
 20 *Segnius t r irritant animos demissa per aurum,*
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipsè sibi tradit spectator: 48. t c non tamen intus
Digna geri, promes in scenam: multaq, tollos
 25 *Ex t u oculis, quæ mox narret t v facundia presens.*
 t y *Nec pueros coram populo t y Medea trucidet:*
Aut humana palam coquat exsta nefarius Atreus:
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem.
 30 *Quodcūq, ostendis mihi sic, incredulus odi.*
 49. t z *Nève minor, neu sit quinto productior actū*
Fabula, quæ posci vult & spectata reponi.
 Nec t b *Deus inter sit, nisi dignus vindice t c nodus*
Inciderit: nec quarta loqui persona laboret.
50. t d *Actoris partes chorus officiumq, virile*
 35 *Defendat: neu quid medios intercinat actus,*
Quod non proposito conducat & hereat aptè.
Ille bonis faveatq, & consilietur amicè:
Et regat iratos & amet peccare timentes:
 40 *Ille t d dapes laudet mense brevis: t e ille g t salubrem*
Justitiam legesq, & h t apertis otia portis.
Ille tegat commissa, Deosq, precetur & oret,
Ut redeat miseris, t f abeat Fortuna superbis.
51. *Tibia non, ut nunc, orichalco vincita tubeq,*
 k t *Aemula: 52. sed tenuis, simplèxque foramine*
paucō,
14. t g *Adspirare & adesse choris erat utilis, atq,*
 50 *Nondum spissa nimis complere m t sedilia flatu.*
Quò sanè populus numerabilis, ut pote parvus,
Et frugi, castusq, verecundusq, coibat.
53. *Postquam caput agros extendere n t victor, & v-*
bem
- 55 *Latier amplecti murus, vinog, diurno*
Placari t o Genius festis impune diebus:
Accessit numerisq, modisq, licentia major.
Indoctus quidem sapiet, liberg, laborum
 60 *Rusticus, urbano confusus, turpis honesto?*
 54. *Sic prisca motūq, & luxuriam addidit arti*
Tibicen: traxitq, vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces crevere se veris,
 Et tulit t r *eloquium insolitum facundia preceps:*
 65 *Utiliumq, sagax rerum & divina futuri*
Sortilegis non discrepuit t q sententia t r Delphis.
 55 *Carmine t r qui Tragico vilè certavit ob hircum,*
Mox etiam agrestes t r Satyros nudavit, & asper
 Incolu-

Incolumi gravitate jocum u^t tentavit: eò quòd
 Illecebris erat & gratà novitate morandus
 Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex,
 56. Verùm ita risores, x^t ita commendare dicaces
 Conveniet Satyros ita vertere seria ludo;
 Ne, y^t quicung, Deus, quicung, adhibebitur heros,
 Regali conspectus in auro nuper & ostro,
 2^t Migret in obscuras humili sermone tabernas:
 † Aut dum vitat humum nubes, & inania captet.
 57. †^a Effutire leves indigna †^b Tragœdia versus:
 Ut festis matrona †^c moveri iussa diebus,
 Intererit Satyris paulum pudibunda protervis,
 58. Non ego inornata & †^d dominantia nomina so-
 lum,
 Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo:
 Nec si enitar Tragico differre †^e colori,
 Ut nihil intersit. Da v^sue loquatur & audax
 Pythias, †^f emancto lucrata Simone talentum;
 An †^g custos, famulusque Dei Silenus alumni.
 59. Ex noto fictum carmen sequar: ut sibi quivis
 †^g Speret idem sudet multum, frustra que labore
 Ausus idem. tantum series juncturae pollet!
 Tantum de medio sumtis accedit honoris.
 60. Sylvius deducti caveant (me iudice) Fauni.
 Ne velut innati †ⁱ trivis, ac penè forenses,
 Aut nimium teneris †^k juvenentur versibus un-
 quam,
 †^l Aut immunda †^m crepent ignominiosaque dicta: 30
 61. Offenduntur enim, quibus est †ⁿ equus & pater
 & res:
 Nec si quid fricti ciceris probat & nucis †^o emtor
 Aequis accipiunt animis, donant ve coronâ.
 62. Syllaba longa brevis subiecta vocatur Jambus,
 Pes citus: unde trimetris accrescere †^p iussit
 Nomen iambeis, quum senos redderet †^q ictus,
 Primus ad extremum similis sibi, Non ita pridem,
 Tardior ut paullo graviorque †^r veniret ad au-
 res,
 Spondeos stabiles in iura †^s paternâ recepit
 Commodus, & patiens: non ut de sede secunda
 Cederet, aut quarta socialiter, hic & in Acci
 Nobilibus trimetris apparet rarus & Enni.
 63. In scenam misso, magno cum pondere versus,
 Aut opere celeris nimium, curaque carentis,
 Aut ignorata premit †^t artis crimine turpi.
 64. †^u Non quivis videt immodulata poemata in-
 dex:
 Et data Romanis venia est iniusta Poetis.
 Itcircone vager scribam, licenter & an omnes
 Visuros peccata putem mea tutus, & extra
 Spem venia cautus? vitavi denique culpam,
 Non laudem merui 65. †^x Vos exemplaria Græca
 †^y Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.
 †^z At vestri proavi Plautinos & numeros &
 Laudavere sales, nimium patienter utrumque,
 2^t Ne dicam stultè mirati si modò ego & vos
 Scimus in urbanum lepido seponere dicto,
 Legitimumque sonum digitis †^b callemus & au-
 re.
 66. Ignotum Tragice genus invenisse †^c Camæna
 Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis;

Quæ canerent, agerent que peruncti facibus †^d ora
 Post hunc persona palleq, repertor honeste
 Aeschylus, & modicis instravit †^e pulpita tignis,
 Et docuit magnūq, loqui, nitique cothurno.
 67. Succesit vetus his †^f Comœdia non sine magna
 Laude: se ad invitium libertas excidit, & vim
 Dignam †^g lege regi, lex est accepta, chorūque
 Turpiter obtulit, sublato jure nocendi.
 68. Nil intentatum nostri liquere Poeta:
 10. Nuc minimum meruere decus, †^h vestigia Græca
 Ausi deserere & celebrare domestica facta:
 Vel qui †ⁱ prætexas, vel qui docuere rogatas.
 Nec †^k virtute foret claris, & potentius armis,
 15. Quam lingua †^l Latium, si, non offenderet unum,
 quemq, Poetarum †^m lima labor & mora. 69. n^t
 Vos o
 Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
 †^o Multa dies & multa litura coercuit, atque
 20. Perfectum †^p decies non †^q castigavit †^r ad un-
 guem.
 70. Ingenium †^s miserâ quia fortunatius arte,
 Credit, & excludit fanos †^t Helicone Poetas
 25. Democritus 71. Bonapars †^u non unguis ponere cu-
 rat,
 Non barbam: secreta petit loca: balnea vitat.
 Nanciscetur enim pretium nomēque Poeta,
 Si †^x tribus Anticyris caput insanabile nunquam
 †^y Tonfori Licino commiserit 72. †^z O ego laevus,
 Qui purgor bilem sub verni temporis horam!
 Non alius faceret meliora poemata 73. Verùm
 Nil tanti est. Ergo fungar vice cotis, acutum
 35. Reddere que ferrum valet, exors ipsa secandi:
 Munus & officium nil scribens ipse docebo:
 Unde parentur opes, †^a quidâ alat, formetque Poe-
 tam:
 40. Quid deceat, quid non, quò virtus, quò ferat er-
 ror:
 74. †^b Scribendi rectè sapere est & principium &
 fons:
 Rem tibi Socratica poterunt ostendere a charta:
 45. Verbaque prævisam rem non invita sequentur.
 †^c Qui didicit, n^t patria quid debeat, & quid ami-
 cis.
 Quo sit amore parens, quo frater amandus & ho-
 spes:
 50. †^d Quod sit conscripti, quod iudicis officium: qua
 Partes in bellum misit ducis: ille profecto
 Reddere persona scit convenientia cuique,
 Respicere exemplar vita morūque jubebo
 55. Doctum, imitatore & veras hinc ducere vo-
 ces.
 75. Interdum speciosa locis, mnrat aque rectè,
 Fabula nullius n^t Veneris sine n^t pondere & arte,
 60. †^e Valdius oblectat populum, meliusque moratur,
 Quam versus inopes rerum nugæq, canora.
 70. †^f Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
 Musa loqui præter laudem nullius avaris.
 Romani pueri longis rationibus affem
 65. Discunt in partes n^t centum diducere. †^g Dicat
 Filius Albini, si de quincunce remota est
 Uncia, quid superest? poterat dixisse, triens: †^h eu?
 77. Rem

Rem poteris servare tuam. Redit unica: quid fit?
Semis. At hac animos varugo & cura peculī
Quum semel imbuerit: speramus carmina fingi
Posselinenda cedro, & laevi servanda cupresso?
77. x Aut prodesse volunt, aut delectare Poeta,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vita.
78. ↓ Quicquid praecepies, esto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne supervacuum a pleno de pectore manat.
79. Ficta voluptatis causa sint proxima veris.
Nec quodcumque volet, poscat sibi fabula credi:
Nec pransae Lamiae vivum puerum extrahat alvo.
80. β Centuria seniorum agit ant expertia γ frugis:
Celsi pratereunt aussera poemata δ Rhamnes:
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem & delectando pariter q̄ monendo.
Hic m̄ meret exa liber Sosis, hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat ævum.
81. θ Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus.
Nam u neg, chorda sonum reddit, quem vult u ma-
nus & mens:
Poscentique gravem per sepe remittit acutum:
Nec semper feriet quodcumq̄, minabitur, λ arcus.
Verum ubi plura μ nitēt in carmine, non ego paucis
Offendar maculis: quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit ν natura ξξ Quid ergo?
82. Ut scriptor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, veniā caret: & citharædus
Ridetur, chorda qui semper ο oberrat eadem:
Sic mihi qui multum cessat, sit π Chærilus ille,
Quem bis terque bonum cum risu miror: & idem
Indignor quandoque bonus ε dormitat Homerus:
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.
83. Ut pictura pœsis erit: quæ, si propius spes,
Te capiet magis & quedam, si longius abstes.
τ Hac amat obscurum: volet hac sub luce videri,
υ Judicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc ϑ placuit semel: hæc decies repetita placebit.
84. xx major juvenum, ↓ quamvis & voce pa-
ternâ.
ω Fingeris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi dictū
Tolle memor: certis medium & tolerabile rebus
Recte concedi consultus juris & actor
Causarum mediocris, abest virtute disertī
*α Messalla, nec scit quantum Cassellius Aulus:
Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse Poetis
*β Non homines, non Di, non concessere *γ columna.
85. Ut *δ gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentū, & Sardo cum melle papaver
*ε Offendunt: poterat duci quia cana sine istis:
Sic animis natum inventumque poema juvenandis,
Si paullum *ζ summo discessit, vergit ad imum.
86. *η Ludere qui nescit, campestribus abstinet *θ ar-
mis:
Indoctusque pila, discique trochique quiescit:
Ne spisserrisum tollant impune coronæ
Qui nescit, versus tamen audet *ι fingere. 87. *κ
quidni?
Liber & ingenius, praesertim census equestrem
Summam nummorum, vitiōque remotus ab omni.
Tu nihil invitâ dices faciesve *λ Minervâ:

*μ Id tibi iudicium est ea mēs. 88. Si quid tamen olim
Scripseris; in Metui descendat iudicis aures,
Et patris prematur & nostras, †ν nonumq̄, in annū.
Membranis intus positis delere licebit,
5 Quod non edideris: nescit †ξ vox missa reverti.
89. †ο Sylvestres homines †π sacer interpretq̄, Deorū
Cadibus, & victu fædo deterruit Orpheus.
Dictus ab hoc †ρ lenire tigres, rabidōsque leones:
10 Dictus & Amphion Thebana conditor arcis
Saxa movere sono testudinis & prece blandâ
Ducere quò vellet. Fuit hac sapientia quondam
Publica privatis secernere, sacra profanis:
15 †σ Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno:
90. †τ Sic honor & nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit. 91. Post hos insignis Homerus,
20 Tyrtaeusque †υ mares animos in Martia bella
Versibus exacuit: dicta per carmina sortes
Et †φ Vita monstrata via est, & gratia regum
†χ Pieris cantata modis: ludisq̄ repertus,
25 Et longorum operum finis: 92. ne forte pudori
Sit tibi †↓ Musa lyra solers, & cantor Apollo.
93. †ω Naturâ fieret laudabile carmen, an arte,
Questum est: ego nec studium sine divite *α vena,
Nec β * rude quid prosit, video, ingenium: alterius
30 sic
Alter a postulat opem res & γ * coniurat amicē.
94. Qui studet optat am cursu contingere δ * me-
tam,
33 Multa tulit fecitq̄, puer: sudavit & alfit:
Abstulit *ε Venere & Baccho, qui ζ * Pythia can-
tat
Tibicen: didicit prius eximuitque *η magistrum.
40 θ * Nunc satis est dixisse. 95. ego *ι mira poemata
*† pango.
*κ occupet extremū scabies: mihi turperelinqui
Et, quod non didici, sanè nescire fateri. (est
96 *μ Ut praco, ad merces turbam qui cogit emēdas
45 Assentatores jubet ad lucram ire Poeta,
*ν Dives agris, dives positus in sœnore nummis.
97. Si verò est, ξ * unctum qui recte ponere possit,
Et spondere levi pro paupere, & eripere atris
50 Litibus *ο implicitum: mirabor si sciet inter-
noscere mendacem, verumque beatus amicum.
98. π * Tu, seu donaris, seu quid donare voles cui,
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Latitia. ϑ * Clamabit enim pulchrè bene recte.
Pallefcet super his: etiam *σ stillabit amicis
Ex oculis rorem: saliet: tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
60 Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: sic
*τ Derisor verò plus laudatore movetur
99. Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et *υ torquere mero, quem perspexisse laborent,
65 An sit amicitia dignus. Si carmina condēs;
Nunquam te fallant animi sub *φ vulpe latentes.
100. x * Quintilio si quid recitares, †↓ corrige, sodes,
Hoc aiebat, & hoc: melius te posse *η negares,
B s terque expertum frustra: delere jubebat,
Et male tornatos †α incudi reddere versus.
Si defendere delictum, quam vertere malles,
Nullum

Nullum *verbum*, aut *operam* sumebat *ina-*
nem.

Quin sine *privalitéque* & *tua* solus amares.

101. Vir bonus, & prudens versus reprehendet * y
inertes:

Culpabit * s duros: in comitis allinet atrum

Transverso calamo signum * s: ambitiosa recidet

Ornamenta: parum claris lucem dare coget:

Arguet ambigüe dictum: mutanda notabit:

Fiet * s Aristarchus 102. * n nec dicet, cur ego amicu

Offendam in nugis: 103. Ha nugæ seria ducent

In * s mala, derisum semel exceptumque sinistra.

Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget,

Aut fanaticus error & iracunda * s Diana,

Vesanum tetigisse timent, fugiuntque Poetam,

Quis sapiunt: agitant pueri incautique sequuntur.

104. Hic, dum sublimes * s versus ructatur, & errat,

Si, veluti merulis intentus decidit auceps

In puteum, foveamque, licet, * s succurrere longum

Clamet: id civis non sit qui tollere * s curet,

Si quis curet opem ferre & demittere funem,

5 Qui scis, an prudens huc se * s dejecerit? atque

Servari nolit? * s Dicam, * s Siculique Poetæ

Narrabo interitum: Deus immortalis haberi

Dum cupit Empedocles ardentem & frigidus Aetnæ

10 Insiluit 105. * s Sit ius liceatque perire Poetis.

In vitum qui servat idem facit occidenti:

Nec semel hoc * s fecit nec si * s retractas erit, jam

Fiet homo & ponet * s famosa mortis amorem:

106. Nec satis apparet, cur versus factitet: vtrum

15 * s Minxerit in patrios cineres, an triste bident al

Moverit incestus certè furit, ac velut urfus,

Obiectos cavee valuit si frangere clathros:

* s Indoctu doctumq, fugat recitator * s acerbus,

20 Quem verò arripuit tenet occiditque legendo,

* s Non missuracutem, nisi plena cruoris hirudo.

Analysis Dialectica.

EX themate præfixo facilè percipias, orationem par-
tim versari in reprehensione, partim in præceptione,
quorum prius est Græcis τὸ ἐλεγεῖον, posterius τὸ
ἰδιόκαλον, & ad illud τὸ ἐπεσοῦν, res diversi generi, sicut
τὰ ἑμοῦ, res ejusdem generis ad hoc posterius, referenda
sunt. Itaq; utriusq; explanatio est è loco ad verborum sic e-
nuncianda: poema e rebus dissentaneis summa materia & per-
sonis constat, nemini planè probatur, atq; adè doctissi-
mo cuiq; ludibrio habetur ex hominum actionibus & attri-
butis personarum inter se consentaneis legitime constitu-
tum, & legibus Dialecticæ methodi fundatum, simplex &
sunt omnia suppositis principiis correspondentia, illud in-
quam, omnib; placet & magno stat pretio Dissensionis hu-
jus pars prior de discrepantia rerum atq; partiū quæ poe-
mati turpiter inferuntur, duobus ac viginti versibus com-
prehensa primum similitudine refellitur & coargitur: in
cujus protasi argumentum ponitur, id est, simile: in apo-
dosi verò res, de qua hic agitur, & ita brevius & clariùs e-
nunciatur: ut pictura tabula, quæ pro vera, expressa, & inte-
gra hominis imagine, exhibet monstrum ex humano capite,
cervice equina, variis variorum animalium membris ac
plumis, supernè venusto mulieris vultu, infernè turpi pisce
conflatum, spectat orbibus est ridicula omnibus: Sic poema ex
alienis rebus ac contrariis conditum, partibusq; minimè in-
ter se congruentibus, sed multum differentibus, coagmenta-
tione ab omnibus contemnitur & pro nihilo putatur, quod
tamen litera Poetæ videtur pronunciare per majorum
contentionem, ut magis amici, pictoris, quàm inimici, pro
nihilo talem putarent picturam.

2. Adhuc sunt protasi quinque versibus explicata: nunc
apodosis reponitur brevius: sed quæ tamen brevi altera
similitudine approbatur, quod hujusmodi poema indecora
& inepta rerum coagmentatione respondeat somnio ægroti,
id est, hominis alienatæ mentis cujus somnus est inæqua-
lis & varietate somniorum interruptus: variis quoq; rerū
variarum, minimèq; inter se consentientibus spectris inter
ægrotaionem agitatus & illusus. Hic observandum est, in
apodosi hujus posterioris collationis iterari, quod fuerat
in protasi prioris.

3. Excusatio est heterogeniæ superiùs reprehensæ & pa-
ribus, quod æque liceat Poetis commisceri & confingere, quic-
quid illis libuerit, atq; ipsis pictoribus. De pictoris quidem
libertate sic Lucianus, τὸ πικτῶν φῶλον ἐλθεῖν.

4. Illa confingendi æqualis potestas & licentia paribus al-
teris approbatur, quod Horatius, aliq; ipsius similes Poetæ:

25 non minorem comminiscendi, quod cuiq; libitum fuerit, ab
aliis veniam petant, nec alius etiam minorem libenter do-
nent, quàm quæ pictoribus datur.

5. Aequalitas talis licentiæ certo fine reprimitur, ut uter
que, tam pictor, quàm Poeta, in primis caveat, ne quid ad-
versante & repugante naturâ effingat: secus, id plane, ut
30 ἀλλόκοτον καὶ τερατώδες, ut monstruoso partu editum & abhor-
rens à natura, repudiabitur, cujusmodi est mixtura rerum
præsentium, quæ in litera non èd præcipuè memorantur,
ut vitia picturæ reprehendantur: in quam minimè Hora-
tius instituit inquirere hoc præcepto, sicut malè nonnul-
li judicârunt, in hæc verba, inceptis gravibus annotantes,
35 pictorum vitia jam esse confutata: hic verò Poetarum vitia
comparate argui quum noster scriptor solùm hîc sibi pro-
posuerit censoriâ notâ hæc castigare, pictorum, sutorum,
40 & figulorum comparationibus pro argumentis suæ casti-
gatricis demonstrationis: quæ singula simplicitè conside-
rata, sunt è causa, quæ imprudentiâ, & errore, non consi-
lio, talia efficit sed hic collatio dominatur quali argumē-
to nunc utitur è similitudine ducto ad reiiciendam è tra-
45 ctatione materiæ gravioris apographen longiorem for-
talsè notatam in aliquo poemate Pitonum, aut aliorum
ipsius æqualium: quod sic apertè enuncies: quæ ma-
modum panniculus purpura unus aut alter assutus vestri alte-
rius coloris, velut emblemata quoddam, satis quidem per se e-
50 legans, sed non admodum necessarium, non affert vestri orna-
mentum, nec honorato viro decus ipsa induto: sic descriptio
luci vel fluminis, vel arcus celestis, quæ sunt res parvæ mini-
meq; necessaria, levibus, variis, & longioribus circumstan-
tiis, dilata minime potest gravè materia ornamento esse, &
55 auditoribus placere. Hujus insanix Poetas, qui sua volumi-
na implent insanis descriptionibus, Seneca notat in ludo
de morte Claudii Cæsaris.

60 Jam Phœbus breviorè viâ contraxerat ortum
Lucis, & obscuri crescebant tempora somni:
Jamq; suum vitrix augebat Cynthia regnum:
Et deformis hyems gratos carpebat honores
Divitiis autumnus, visq; senescere Baccho
Carpebat raras serus vindemitor uvas.

65 Quod, inquit ipse Seneca, puto magis intelligi
si dixerò, mensis erat Octobris, dies quintus ejusdem Octo-
bris & c. Poeta hujus inconditæ & inordinatæ descriptio
nistanquam diceret importunitatem, videtur è diversis
elevare: quanquam, inquit, purpureus ille pannus per se
quidem tanquam sterculus, vel potius stellula quædam sple-
deat,

neque cantum demiserit ad fistulam pastoralem, neque ad tubam militarem extulerit, nisi quum res videbatur id postulare, ut in describenda C. Julii Cæsaris cæde, ubi finibus mediocritatis superatis, graves stomachiq; plenas effundit querelas. Quum denique res heroicas pertractavit, se grandiloquum præstitit, nec tamen in turgidum & inflatum incurrit. licet alicuibi videatur non nihil classicum inflare & magno spiritu tonare.

10. Qui præterea studet rem sibi propositam fusius & ambitiosius variare, multis figmentis, descriptionibus varii generis, frequentibusq; figuris admirationis delectationisq; causâ vitur: Probatur quidem hæc varietas, si intra limites naturæ contineatur: sed si illius metas transiliat valdè improbat. Hoc autem similitudine demonstratur, ut pictor, qui in sylva depingendo pisces adhibet, & in mari depingendo apros inserit, vituperatur: sic Poeta, qui variando figmenta contra naturam & supra hominum fidem admiscet, vituperari solet: quam apodofin confirmat Serv. l. 1. Aeneid. initid: vituperabile, inquit, est Poetam aliquid fingere, quod penitus discedat a veritate, cujusmodi sunt radices arboris, item surculi cruenti e tumulo Polydori evulsi similes sagittis, quibus confixus fuerat Polydorus a Polymnestore. Objicitur præterea Virgilio quòd in Nymphas mutasset naves: quòd per aureum ramum induxisset Aeneam ad inferos descendisse: quòd denique finxisset ab Irade comam Didoni sectam fuisse.

11. Hæc prodigialis ratio poematis variandi ex efficiente ignoratione artis declaratur: quod nisi prudenter provideatur, Poetam inducet in peccata & vitia, de quo fuit vniversalis admonitio & longa disputatio. Sat. 2. lib. 1.

Dum vitant stulti vitia, in contraria current.

Utrobique profectò summa animi propensio exprimitur verbis currendi ad vitium, & incautè oscitantèrque illud fugiendi.

12. Hic locus videtur etiam comparatè explicandus: ut faber, qui novit tantum extrinsecas & minutas corporis particulas scire ac venuste in arte ducere: principes verò ejusdem partes, vultum, collum, pectus, brachia, non, nisi turpiter, exprimere scitis, certe imperitus chalcidites habetur: sic Poeta qui solum excellit in quibusdam initiis ac progymnasticis Poeticis, quales sunt fucatae descriptiones fluviorum & nemorum intempèstiva & alieno loco adhibita: totum vero opus, ejusque confectioem, & sinem congruenter arti, & naturæ expolitam nequit dare, apud omnes manet illaudatus.

13. Proxima quidem similia paribus illa strantur: quod æque ipsi displicet poema unâ duntaxat particula elegans: atque corpus solâ capillorum & oculorum nigredine decorum, sed a si depravatione deredidulum.

14. Ex eodem argumento ac præterea ex effectis & adjunctis monentur scripturi poema, ut priusquam aliquid scribere aggrediantur, diligenter & accurate rem, qua suscipitur tractanda, præponderent, atque viros etiam ingenii explorent, vim mentis examinent: pondus denique sive doctrina expendant, ut causâ poematis, tam efficiens & forma quâ materia, id est, quæstio proposita, sibi facilitate respondant. Ita nullo negotio deligent materiam scribendi viribus suis parem & idoneam: quam prudenter inchoent, atque institutam facili tractent argumentis, feliciter perficiant, ad eam sponte accedentibus, delectu argumentorum & legitimâ partium expositione. Nam e cognitione rei ad scribendum prudenter delecte, magna rationum & argumentorum ubertas emanabit, & mira facunde disserendi facultas in eisdem prædabit. tum verè illi poterunt de se illud jactare Atistophanis in Vespis:

Ἐπεί τις ἔργα, ἃ ἡ εἰδὴν τέχνη.

Exerceat quisq; quam novit artem.

15. Quia è superiori delectu argumenti ingenio cujusque scriptoris maximè idonei dixit vim disponendi & eloquendi faciliè prodire: idèd nunc breviter è loco diversorum instituit de collocacione materiae præcipere, ut nonnulla tam enenta, quam facta personarum in presentia memorentur: sed alia in aliud tempus & locum differantur quorum alterum modò improbare debet ad tempus magni poematis promissor, ut Homerus multa de Achille scribere omittit, quæ poterat, multa etiam Virg. de Aeneas quia uterque videbat illan non esse ad sua instituta necessaria. Hunc locum Serv. citat ad vers. 2. Georg.

Me verò primum dulces ante omnia Muses, ubi dicitur Virgilius observasse, quod sic Horatius præcipit: quod docet longè aliter atque Rhetor, qui proratione auditorum & propositæ quæstionis moderatur doctrinam dispositionis: de qua vide Ciceronem in partitionibus oratoris. Multò etiam id secus facit, atque Dialecticus, qui positæ quæstioni invenit argumenta: inventa disponit certâ lege cum partibus problematis. Hanc sic dispositam judicium rei prius dubiæ consequi solet. Ea est prior axiomatum & syllogismorum collocatio. Complurium autem enunciatorum & argumentationum dispositionum, Methodus, altera disponendi species, ita docet, ut ab vniversalibus ad singularia, id est, ab antecedentibus omnino & absolutè notioribus ad cõsequentia ignota explicandû, proponèdo, definièdo, partièdo, singulas partes exemplis insignibus demonstrando, vinculis deniq; transpositionum colligando, perpetuò progrediatur. Hoc certè modò facilis via, brevique doctrinæ compendia ad scientiam discuntibus muniantur. Verum quum delectatione & perturbatione afficiendus est auditor, aut aliqua ratione fallendus, detrahenda sunt hinc illa superiora intelligentiæ lumina, aut certè pars illorum aliqua silentio prætereunda, mala & vitia causâ dissimulanda non aperte tamen defugienda. Hujusmodi sunt *νευθιμια* occulta Rhetorum documenta, Ciceronis, inquam, in lib. de Orat. 2. & Quintilianilib. 4. cap. 5. de quibus vide plura in prælectionibus Audomari Talai in Dialectica P. Rami. Omnium verò maximè hæc crypsis & hæc ordinis perversio est propria Poetarum: qui hanc rerum hystorologiam ita sequuntur, ut à medio initium ducant: indè ad id, quod prius gestum fuerat, redeant: tum præterita velut casu quodam narrent, & tandem concludant, ut in Poetica Aristoteles docuit. Hac quidem inversioe ordinis Poetæ primum distinguuntur ab Historicis, & hi veritatis asseveratione ab illis. Nam historici res eo ordine: de quo gestæ fuerunt, verè narrare solent. Addit tamen Aristoteles ibidem ad hoc discrimen & ad illud orationis metricæ & vacuæ à metris, *τὴν διαφέρει, τὴν τὸν μὲν τὴν γινόμενα λέγειν. τὸν δὲ οἷα ἀγγέλλοιτο.* Hoc discrepant, quia hic historicus dicit, quæ facta sunt: Poeta vero, quæ fieri debuerunt. Quare Pisones hic monentur de hac præstantia & lepore Poetici ordinis, quò res quæq; suo tempore & loco more præstantissimorum Poetarum explicentur, nec perpetua series rerum gestarum servetur, ut ille contigerit, quod earum naturalis ordo videretur postulare: quem quum Statius Cæcilius in Achilleide sequutus fuisset, in culpam incidit eorum, quos Aristoteles insimulat. Eam enim fabulam exorsus est ab eo indè tempore, quo Thetis in Scyrum insulam Achillem asportavit, & puellam finxit esse. Nostri autem homines habent hujus admonitionis exempla illustrissima à principibus Epicorum Poetarum. Homero & Virgilio: quorum alter principium Iliadis à raptu Helenes, ac multò minùs ab ipsius natalibus, ut dicitur postea, sed ab ira principum repetivit. quæ nono post anno obsidionis concitata est: nec quicquam antè hoc memoratu dignum gestum est, ut scribit Plutarchus

in vita Homeri: quæ certè cæussa fuit Homero, cur à discordia principum Græcorum exorsus fuerit bellum Trojanum: vnde perspicis initium poematis non tantum à medio rerum: sed etiam penè ab extremo ductum fuisse, & inde reductum ad apparatus Iliaci belli in Aulide, quem consequuta est li. 3. Iliad. narratio primorum inter Græcos & Troianos congressuum & præliorum; quæ tamdiu producta est, dum cæde Hectoris & luctu fuit terminata. Non dissimili quidem ordine narrationis exorsus est errores Ulyssis: quem non facit è portu Trojano primum solventem, vt sic proposuerit:

Ἄνδ' ἐγ' μοι εὐνεπέ Μοῦσα πολύτροπον, οἷς καλὰ πηλὰ Πλάχῃν ἐπέει Τροίης ἱερὸν πόλιόν περ ἔπερσε Πόλλων δ' ἀνθρώπων ἰδὲν ἄστρα, καὶ νόον ἐγών.

Dic mihi Musa virum multas consiliorum vias tenentem, qui multis erroribus jactatus est post excidium Troje magna, & multorum mores hominum inspicere, & vrbes cognovit.

sed eum inducit ex insula Calypsonis navigantem, & tandem in regionem Phæacum jactatum, quibus imperabat Alcinous, vbi ille narravit in convivio. quemadmodum è littore Trojano advectus esset ad Calypsonem, vt est lib. 1. Odyss. & inde ad initium narrationem errorum & casuum retulit, quàm vsque ad conciliationem Ithacensium cum Ulyssè operâ Minervæ continuavit, ibique terminavit. Hujus certè ordinis commendatione Homerus Aristoteli visus est cælestis ac divinus. sicut hæc in arte ostendunt:

ἄριστον δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ποιητῶν τὸ το δρῶσι. διὸ ὡσπερ εἶπομεν ἠδ' ἡ, καὶ τὰ μὴ θεασάμεθα ἂν φανεῖν Ὀμήρῳ πρὸς τοὺς ἀλλοῦς, τῶν μὲν δὲ τὸν πόλεμον καὶ περ ἔχοντα ἀρχῆν, καὶ τέλος ἐπιχειρήσει ποιῆσαι ὅλον. λιαν γὰρ ἂν μερῶς, καὶ οὐκ ἀδύνατον ἐμελεῖν ἐσέδαι. ἢ πῶς μελέθει μετακίοντα, κατὰ πεπλεγμένον τὴν ποιητικίαν. οὐδ' ἐν μέρῳ ἀπολαβὸν ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν πολλοὺς, οἷον, νεῶν καταλόγῳ καὶ ἀλλοῖς ἐπεισοδίοις οἷς διαλαμψάνει τὴν ποιητικὴν. id est, Plerique verò Poetae fere hoc faciunt (id est, historicos imitantur) & quacumque uno tempore contigerunt, persequuntur: nec intelligunt, quid discriminis versetur inter suum & inter illorum studium. (vt doctè interpretatus est Victorius) Quare quemadmodum diximus jam & hac re divinus videri potest Homerus præter ceteros: quia neque bellum (quamvis habens principium & finem) aggressus est canere totum. Vnde enim vt. q. magnum, & quod non facile undique perspicere potest, futurum fuit, vel magnitudine se modicè habens intertextum varietate: Nunc autem quum unam partem intercepisset, episodis usus est ipsorum multis, vt navium catalogo, & aliis episodis, quibus distinxit Poeta. R est jam, vt in Virgilio, qui Homerus Latinus dici potest, non dissimilem ordinis in versionem paucis ostendamus. Ille ergo, quum ex hac propositione, *Arma virumq. cano, &c.* vel potius, *Ille ego, qui quondam,* ne videatur turgidius & elatius exordium, quale postea reprehenditur, quod tamè sustulerunt Iuucca & Varus Poetae) inde, inquam narratio belli Trojani expectaretur, quæ propositioni responderet, incipit à variis pelagi erroribus, quibus Aeneas multum jactatus est. De hoc ordine lege notas Augustini Dathi Senensis in versum proximè sequentem *vix conspectus, &c.* quod si ab excidio Ilii initium narrationis sumisset, non potuisset aptè confingere, quæ de Didone scripsit: deinde hujus viri bella narrat: quam narrationis hystorologiam Servius notavit, & ille hoc proponendi genere ab Homero longè dissentit. Sed in ducendo narrationis principio à medio cum hoc consentit. Nam quum ordo rerum gestarum, & ipsamet propositio postulet, vt Aeneam ab excidio Trojæ & ab ejusdem portu exciperet, illius classem post naufragium è Sicilia producit:

Ἄνδ' ἐγ' μοι εὐνεπέ Μοῦσα πολύτροπον, οἷς καλὰ πηλὰ Πλάχῃν ἐπέει Τροίης ἱερὸν πόλιόν περ ἔπερσε Πόλλων δ' ἀνθρώπων ἰδὲν ἄστρα, καὶ νόον ἐγών.

Vix è conspectu Sicilia telluris in altum, &c. & navigationem ejusdem vsque, Vela dabant lati & spumas satis crevuebant,

ad Libyam descripsit, vbi in convivio Didonis sine vlla commemoratione caussa, cur se mari tradidisset, quasi ea esset omnibus nota, suos errores & casus Aeneas narravit interroganti reginæ, actandem l. 3. Aeneid.

Postquam res Asia Priamiq. evertit gentem Immeritam visum Superis, ceciditq. superbum Ilium. & omnis humo fumat Neptunia Troja. Diversa exsilia & desertas querere terras Auguriis agimur Divum, classemq. sub ipsa Antandro & Phrygia molimur montibus Ida, Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur.

Fugam autem Aeneæ ejusque errores hoc recto ordine describit Servius, qui linguens Ilium Idam tendit: inde Antandrum urbem: juxta quam conditis navigis Thraciam tenuit, vbi Aeneam condidit: hinc in Delum prodigiis territus venit. A Delo autem errore patris circa auguria venit in Cratam: atque inde pestè fatigatus expresso Penatum venit ad Scrophadas: Inde prætervectus est maritima Græcia, & in Ephesum profectus Heleni hospicio suscipitur: Ab Epeiro venit in Calabriam, illicque ad adventu Diomedis territus navigavit ad Scyllam & Charibdam: quæ Aetna sunt vicina: atque circuitâ magnâ Sicilia parte Drepanum venit, vbi secundum Poetam perdidit patrem. Inde venit ad Didonem. Hinc ferè rerum seriè rectè persequitur. dico autem ferè, quia Virg. l. 9. sub initium narrat fabricam classis Trojanæ:

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

ad Libyam descripsit, vbi in convivio Didonis sine vlla commemoratione caussa, cur se mari tradidisset, quasi ea esset omnibus nota, suos errores & casus Aeneas narravit interroganti reginæ, actandem l. 3. Aeneid.

Postquam res Asia Priamiq. evertit gentem Immeritam visum Superis, ceciditq. superbum Ilium. & omnis humo fumat Neptunia Troja. Diversa exsilia & desertas querere terras Auguriis agimur Divum, classemq. sub ipsa Antandro & Phrygia molimur montibus Ida, Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur.

Fugam autem Aeneæ ejusque errores hoc recto ordine describit Servius, qui linguens Ilium Idam tendit: inde Antandrum urbem: juxta quam conditis navigis Thraciam tenuit, vbi Aeneam condidit: hinc in Delum prodigiis territus venit. A Delo autem errore patris circa auguria venit in Cratam: atque inde pestè fatigatus expresso Penatum venit ad Scrophadas: Inde prætervectus est maritima Græcia, & in Ephesum profectus Heleni hospicio suscipitur: Ab Epeiro venit in Calabriam, illicque ad adventu Diomedis territus navigavit ad Scyllam & Charibdam: quæ Aetna sunt vicina: atque circuitâ magnâ Sicilia parte Drepanum venit, vbi secundum Poetam perdidit patrem. Inde venit ad Didonem. Hinc ferè rerum seriè rectè persequitur. dico autem ferè, quia Virg. l. 9. sub initium narrat fabricam classis Trojanæ:

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem, &c. qualia possunt alia obvari à diligenti & studioso lectori Maronis, & tandem multis variisque inter Trojanos & Latinos præliis commissis & cædibus vtrique factis, Turnus ab Aenea occiditur in vltionem Pallantis, vt Hector ab Achille in vindictam Patrocli: atque hic Aeneis item terminatur. In hac autem ordinis per versione non nihil est certè Logicum: quia quum medium sit ita exploratè cognitum & perspectum, vt antecedentium luce nihil ad id opus esse videatur. prætermisio certè principii & originis intelligentiæ lectoris nihil officere potest: nisi sit admodum ignarus historiciæ: cujus tamen ignorationis illud loco secundo positum mox facilè poterit mederi. Neque tamen hi duo Poetarum principes adeò solent à vera methodo abesse: quin aliquid generale proponant, à quo non procul postea recedant, sicut ex antecedentis sermonis ratione facilè perspicere potest. Ex quo fit, vt planè dubitem vtrò hoc collocationis genus referendum sit, ad heterogeniamne, an ad homogeniam: ad hanc quidem Potæ judicio videtur pertinere: quum in hoc ordine tantum virtutis Poeticæ & venustatis affirmet inesse. Nihil equidem de hoc narrationis genere nisi perplexè loqui possum, ὅτι μὲν οἱ ποιηταὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τὰς φρονήμας ἤγαγον τὴν διήγησιν τοιαύτην. Poetas adduxisse talem narrationem prudenter ex mordinata in ordinatam, & ita mirum quiddam fecisse. Hoc autem profero è sententia Scholiastarum Homeri, qui docent, ὅτι αὐτῶν τῆ ποιησεως ἀρετῆς τὸ ἀπο τῶν μέσων ἀρχάδαι, προϊοῦσα δὲ καὶ πρὸς ἀρχὴν διηγείδαι κατὰ χῆρος id est, hanc esse virtutem Poeticæ facultatis, à medio initium sumere, & progredientem sigillatim narrare principium. Huc pertinere videtur, quod Quintilianus præcipit lib. 9. cap. 4. de ratione compositionis illud est nimis superstitionis, vt quæque sunt tempore prima, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter sit hoc melius sed quia interdum plus valent ante gesta: idcirco levioribus superponenda sunt. Ex hac autem hystorologia tam trita tamque vsitata principi Poetarum factum est, vt, si quid prius dicitur quod posterius contigit ἀπορῦσεν οὐ μεμῶς vocetur: ἐπεὶ τὸ πρότερον ὑστέρων ἴσθαι, καὶ τὸ ὑστέρων πρότερον, quia (inquit Eustatius in hoc Ἰλιάδ. α. hemistichium,

um ipse est, ponit de ibidem solim verborum dem in re He amon reur non nit sic cit tali ibi di 16. Qu bula & methodo quatur ca: atque tena i rui & uo puritate & tum com mania en tatem, na sibi jure verborum Aristoteles lib. quoque f. & lib. & hæc Horati re. & pæ ne illa nec nobis di pu cum verbor omnia R non ostinet consilio co tum rati on tur. Itaque simplici, qu multatum tum vbi ch paulò antè que veram proprium quidam ju primum me bus laus est lectis atque vni videret quæ nam v Grammatica le bandum adit quæque qu m, dicit vt. litarum Quænam moti ve concurre sperantur nis soni calid strumenta falliternis plem temperabunt quemadmodum

... οὐκ ἴσμεν ἂν ἀμαρτῶν ἢ δ' ἐγένοντο id est, qui
eum ipso antea simul nutriti sunt, et nati) quod primum
est, ponitur posterius, quod autem est posterius, ponitur
primum, quum quis prius nascatur, quam nutriatur. Vi-
de ibidem similia huic exempla ex Homero. Neque ego
solum puto hoc tributum Homero propter inversionem
verborum vel etiam ob inversum totius operis ordi-
nem in rerum gestarum narratione.

Hoc amet etc.] Serv. in vers. 4. Aeneid. improbe
amor etc. citat hunc locum: annotans: exclamatio est con-
tra amorem, & hoc ait Horatius hoc amet etc. & ne vide-
retur non ad rem accommodatè locum citasse prae-
nit sic citatum, quanquam de ordine artificiali, & natu-
rali ibi dictum sit. Sed de Poetica dispositione satis.

16. Quae sunt haec tenus dicta, etc. id est, de fa-
bula & argumento, è partibus dialecticæ sumta sunt,
methodo, inventione, & dispositione: quae proximè se-
quuntur etc. id est, de genere dicendi sunt Rhetorici-
ca: atque primum praecipit de genere orationis, quo ma-
teria illa exprimensa sit, ex adjunctis perspicuitate verborum
& nota modificatione: quae tamen hic traduntur de
puritate & elegantia Poeticae orationis, sunt duarum ar-
tium communia. nedum vnius tantum propria. Gram-
matica enim proprietatem verborum & orationis puri-
tatem, nativamque eorundem notionem & juncturam
sibi jure potest vindicare, sicut eloquutio Rhetorica
verborum modificationem & exornationem de quibus
Aristoteles lib. 3. Rhetoricorum ad Theodect. & Cicer.
lib. quoque 3. ad Quint. frat. & Quint. lib. 1. cap.
5. & lib. 8. & 9. à quibus facilè potuisset futurus Poeta
haec Horatii praecipit de rhetorica eloquutione accipe-
re, & praesentibus carere: quae sunt huc inculcata si-
ne ulla necessitate. Nec verò putes haec alieno loco à

3 nobis disputari, quum hanc legis de proprietate simpli-
cium verborum & conjunctione tractationem, item de
ornatu Rhetorum in ti opis disputationem, ut illa in clas-
sem Grammaticarum, haec in Rhetoricarum annotatio-
num ordinem transferri videatur. Hujusmodi enim
conflictio contrariarum, dissimilium & inter se pugnan-
tium rationum est Dialecticæ maximè, ut verè disceptet-
tur. Itaque Cicero ibidem praecipit tria esse in verbo
simplici, quae illustrant atque exornant orationem: aut
inulitatum & priscum verbum aut novatum, aut transla-
tum. ubi observanda tibi est mutatio partitionis, quam
paulò ante Crassus fecerat, utemur verbis, inquit. aut us,
quae novamus et facimus ipsi: sed in hoc verborum genere
proprium delectus est quidam habendus, atque is aurium
quodam judicio ponderandus. Vides hujus orationis
primum membrum esse propriorum verborum: in qui-
bus laus est Oratoris maxima, abjecta & obsoleta fugiat:
lectis atque illustribus utatur: in quibus quiddam inesse so-
nans videatur, quod non arte aliqua perpenditur, sed quodam

5 quasi naturali sensu judicatur. Dico ego contra plurimum
à Grammatica legitimè descripta adjumenti ad hoc judiciũ
faciendum afferri. Nam primum inde percipitur, quo
quaque litera quo syllaba quaque sono, plend ne, an te-
nuis, asperò ne, an leni, accini debeat. Deinde quibus
litteris dictio quaque ad soni suavitatem temperanda sit.
Quae enim voces constant ex omnibus litteris soni ple-
nioris vel asperioris, si hujusmodi in sententia plures
concurrant, talem sonum edunt, quem respuunt & as-
pernantur aures: quae contra ex omnibus exigui ac leni-
soni coalescunt, eas pariter æqualiterque eadem in-
strumenta fastidiunt ac repudiant. Itaque voces, quae
alternis plenis ac tenuibus, asperis suavibusque sonis
temperabuntur, judicio aurium maximè probabuntur:
quemadmodum Rhetores praecipunt clausulas senten-

tiarum temperatione longarum & brevium alternà, &
soni similitudine jucundè audiri & auribus in primis pla-
cere. Indè profectò existit illa euphonia orationis, cu-
jus causã omnis scriptio putatur numerosa, & quã ma-
ximè aures afficiuntur & recreantur: de qua jam dixi-
mus obiter Epist. 2. lib. 2. in Grammaticis, ad verba
quaecunque parum splendoris quod tibi proderit memo-
riã repetere, & delectus bonorum verborum habetur.

10 Neque verò verba, quae Cicero profert lib. supra cita-
to, tempestate, proles, effari, suboles, nuncupari, non ve-
bar, non opinabar, vllam ideo merentur eloquutionis
Rhetoricæ laudem. quòd sunt prisca ferè ac vetusta &
ab vsu quotidiani sermonis jamdiu intermissa: nec i-
tem novata dicuntur illustrare & exornare orationem
propter novitatem: sed vtrumque genus & priscum &
novum propter euphoniã & numerum, quae perpen-
duntur aurium judicio & maximè probantur. Est hoc
quoque de verbis novandis praecipendum, quòd qui-
dem gignantur vel conjunctione vel declinatione, ut
loquitur Varro de derivatione, ut indigenitalis ab in-
digena, & incurviscere pro incurvo: sed huic rationi con-
jungendum verborum Latinae Quintilian. lib. 1. cap.
5. terminum constituit. Ex tribus, inquit, nostrae vi-
que lingua non concesserim, quamvis Capis Cicero di-
cat compositum esse ex capre, si, vis, & inveniantur, quae
Lupercalia equè tres partes orationis esse contendunt, qua-
si luere per caprum. Nam si vetera aurilia jam persuasum
est ex sue. ove & tauro. Ceterum ex praepositione & duo-
bus vocabulis dure videtur struxisse Pacuvius, Repandi-
rostrum, incurviscere cum pecus idè, ait, quum κερταυχὴν
mirati sumus, incurviscere cum vix à risu defendimus.

15 Liberrima autem est haec conjunctio Graecis, nullisque
ferè finibus circumscripta, ut docet Aristoteles in Poe-
tica, qui ubi species nominis duas statuit. ἀπλὴν καὶ
διπλὴν, subjecit per correctionem quandam, nomen posse
τεμπλὴν καὶ τετραπλὴν, καὶ πολλὰ πλῆθῃ εἶναι, id est è mul-
tis constare, qualis junctura reperies multa in Aristoteli
phane exempla, quorum duo apponam, quae nunc mi-
hi succurrant nubibus ejusdem, παραγμῆτον γλιχραπλο-
γῆς πτεροπτον, quod Scholiastes scribit, ἐν τῷ γλιχρῷ καὶ
ἀππλογίας πεποημένας καὶ δυναμένας ἐπτεροπται, id est episto-
lium minutum, quod refelli & conteri potest. Atta-
men videtur quidem mihi haec vox coaluisse è duobus
simplicibus γλιχρῶς καὶ ἔχω & totidem conjunctis ἐπι-
λογία καὶ ἐπτεροπται, de quo consule Suidam. Alte-
rum est σφραγιδουχαροκομηται, qui ornant digitos albis
annulis usque ad ungues, quae quidem vox è quattuor
simplicibus conjuncta σφραγίς, οὐχὲ, ἀργῶς, κομητής. Quod
autem Poeta docet parè gignenda esse è Graecis, id pro-
fectò certum non potest habere modum vlla in lin-
gua, quaecunque sit, quippe quod nulla sit hodie, quae
non videatur, tanquam diceret, πολύγλωσσος, & saepe
cogatur verba vsurpare peregrina, vel inopiã domelti-
corum. vel eorum tenuitate, si adsunt, ὑπὸ μικρὸν ἐπίση-
μα, parum rem illustrantia & significantia. Sed in pe-
regrinorum vsu maximèque Graecorum vna haec erit
cautio, ut illa Latino sine & flexione donata, periphrasi
aliqua interpreteris etiam Latine. Quod ad ficta at-
tinet verba, nonnulli putant eandem esse translata:
quibus non equidem possum planè assentiri: propterea
quòd haec jamdiu sunt inventa & facta: fictum verò
sic ab Aristotele in arte Poetica definitur: πεποημέ-
νον δὲ ἐστὶν ὁ οἶος μὴ καλέμενον ἴσο πινόν. αὐτὸς πῆτεται ποιήτης.
δοκεῖ γὰρ καὶ ἐνία εἶναι τοιαῦτα, οἷον τὰ κέρατα, ἐρύτας καὶ τὸν
ἰερεῖα, ἀρητιῶνα, id est, nomen fictum vel factum est, quod à

20 30 40 50 60
nullis omnino est vsurpatum. Illud autem ponit Poeta.

Panas enim esse aliqua huiusmodi, ut cornua, ramos, sacerdotē, precatorem, Postremo usus est Homerus Iliad. a. & a se primo fictum tribuit Chryse sacerdoti Apollinis: pro quo Græcorum consuetudo τὸν ἱερέα usurpat, & deducitur ἀπὸ τοῦ ἀρούραι precor. Primi autem conditor ignoratur & desectitur πρὸς τὸ ἱερεῖον, & a ramo, cui sunt cornua & cervinis maximè similia: vnde Virgilius elegantibus epithetis ramosa & arborea cornua dicit. Postsum etiam ad maiorem nostræ sententiæ fidem præter hanc definitionem, adungere superiorem Ciceronis definitionem, e verbis simplicibus alia esse propria, alia nova, alia translata, quæ duo postrema in vnum & idem valuisse, vnicam speciem constituisse. Eodem quoque spectat illa Aristotelis ibidem simplicium vocabulorum subdivisio in octo genera, ἀπὸ δὲ ὀνομάτων ἐστὶν ἡ κώμιον, ἡ γλῶσση, ἡ μεταφορὰ, ἡ κόσμησις, ἡ πεποιημένον, ἡ ἐπεκτεταμένον, ἡ ὑψημένον, ἡ ἐξελλαγμένον, id est, Omne autem nomen est vel proprium, vel lingua, vel translatio, vel ornamentum: id est, epithetum, vel factum, vel porrectum, vel subtractum, vel immutatum. Postremò conferantur inter se novorum & translatorum definitiones. Illa manent in ea notione, in qua posita à suo fictore: hæc à nativa & propria & iam usitata in alienam, nec vsu tritam transferuntur. Nec me verò latet, quod Cicero in part. scribit, simplicia verba similitudine novari, & quasi novitatem cum metaphora conjungi, quem quidem locum quum nonnulli animadvertent pugnare cum illa partitione superiori, de Orat. eam repugnantiam sic voluerunt conciliare: quod verba modificata videantur quasi novata. Qui verò dicenda sunt nova, quæ proprio vsu jam diu sunt trita? si is faciat hoc aliis: quibus placebit, mihi certè omnino satisfacere non potest, neque probari. Neque verò tibi hoc tantà asseveratione affirmo, ut velim hunc transferendi locum elevare, quum propè sciam eum esse ex his, quæ maximè illustrem & perspicuam efficiant orationem sive Poeticam sive solutam. De quo sic Aristot. in initio lib. 3. Rhet. Τὸ μὲν οὖν τῶν τῶν ἰκασθῶν ἐστὶ καὶ πόσα εἶδη μεταφορῶν, καὶ ὅτι τὸ πλεῖστον διώματα, καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λόγοις αἱ μεταφοραὶ εἰρηται, καθάπερ ἐλέγομεν. quare quid unum, quòdque horum sit, & quot sint genera transferendi verba, & quæ translationes plurimum possint cum in poetis, tum in libera oratione, dictum fuit, ut proposuimus in arte Poetica. Sed ego potius queror tantum orationis splendorem alieno vocabulo, aut certè ambiguo, tam inconsideratè obscuratum fuisse. De vi autem & natura huius tropi, si vis aliquid tibi enodatè, distinctè & diligenter explicatum, lege Rhetoricam Audomari Talæi, ac inde post te refer ad artem Poeticam Aristotelis, tum certè intelliges metaphoram esse eidem genus, non speciem tropi, quum docet: μεταφορὰ δὲ ἐστὶν ὀνομαστικὴ ἀλλοτρίῃ ἐπιφορᾷ, ἢ ἀπὸ γένους ἐπὶ εἶδός, ἢ ἀπὸ εἶδους ἐπὶ γένος, ἢ ἀπὸ εἶδους ἐπὶ εἶδος, ἢ κατὰ τὸ ἀνέλογον, id est, metaphora est nominis alieni illatio vel à genere ad speciem, vel à specie ad genus, vel à specie ad speciem, vel ex analogia. Vides hic tres modos synecdoches. & quod est multò alienius, ex analogiæ exemplo intelligi perfectam & quattuor terminis absolutam similitum comparationem: quod est argumentum à categoriis comparatorum. Nec minus est perturbata troporum doctrina apud Cicer. lib. 3. de Orat. ad Quint. Fratrem: vbi Crassus Aristotelem imitatus sic metaphoram commendat: motus autem nullus est florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi. Huius profectò gratiæ, splendoris & venustatis, quibus verè tropis aliis antecellere putatur, ratio petenda est è natura similitudinis, quod est argumentum valdè illustre, & quod res sub ipsos sensus subijcere solet vnde hic tropus definitur, quum è simili significatur simile: reliqui verò

tropi ex aliis argumentorum generibus definitione declarantur, ut metonymia ex primis argumentis, causis, effectis, subjectis & adjunctis: ironia è categoria distentaneorum, & synecdoche è categoria distributionis. Atque, ut tandem hunc locum concludam, hic certè tropus, ut est luminosus, sic enucleatis & illustribus verbis enunciandus erat.

17. Collatione parium docet, omnibus semper factam ex a quo potestatem parce & verecundè verba novandi, cuius protasis illustratur distributione priscorum latinorum ex adjunctis. Licuit olim, inquit, primum Comiciis duobus Plauto & Cecilio id facere, cur non eadem fuit postea Epicis; Virgilio & Vario potestas idem faciendi permessa? Ennius præterea & Cato minime sunt impediti, quum verbis locupletarint linguam Latinam: non igitur impediatur Horatius, nec ipsius æquales, quo minus hoc studium gignendi verba teneant & persequantur ad linguam locupletandam. Quidam impulsu verbis acquirere pauca & ditaverunt, existimant hoc enunciandum per contentionem minorum: si licuit Catoni & Ennio linguam suam locupletare magnà verborum novatorum copiâ: licebit Horatio & suis, credo, æqualibus augere eandem paucitate similitum: vtram enunciandi rationem: Lector, velis, delige.

18. Confirmatur hæc licentiæ æqualitas & communis as ex adjuncto presentis vsus consensu: quo vis benedicendi & scribendi petenda est.

19. Eodem spectant hæc similia: quemadmodum plantis earum solis sui sunt gradus et aetatem, progressionem, institutiones & declinationem, ut nascantur, adolescant, vigeant, & tandem senio intercidant: sic verba rerum indicia gignuntur: vsu teruntur: videntur & tandem obsolescunt, quibus nova aliorum suboles succedit.

20. Idem est argumenti genus eodem pertinet: ut juvenes post florem aetatis senescunt & intereunt: & quæcumq; gesferunt maximè memorabilia, tandem corruptione intereunt, & ut Plautus loquitur, omnia recipit Orcus, sic verba modo nata videntur aliquandiu & postea cadunt. Videtur quibusdam Poeta aberrasse hic à proposito ad locum communem, quàm rectè, tu ex his bene spectatis cognoscas.

21. Aliud est argumentum à majoribus ad indicandam hanc esse communem omnium omnino rerum, quæ ex quattuor elementis consistunt sunt, sortem, ut oriuntur & intereant: quod ita clarius enuncies: non solum vocabula, quælibet lecta & splendida decidunt semper obsoleta: verum etiam reges & regum opera non semper durant, nosque ipsi homines, resque nostræ omnes, qualescunque fuerimus aliquantisper stamus, tandemque evanescimus vel uisitate, omnesque talis inconstantia & mutabilitas manet. Nemini autem debet esse dubium, quin comparatio majorum sit: quia hoc queritur, utrum verba novata semper in gratia mansura sint: ad quod docendum affertur ratio majoris rei, quæ, quavis maximè duratura & quasi futura immortalis, videatur, tamen obsolescit: quæ enunciandi ratio idem planè valet, quod hæc, quæ fit per tantum abest, ut honos sermonum fiet, ut præclara hominum facta peritura etiam sint: vel, si vis enthymematicis ratiocinari, præclara hominum facta pereunt: ergo multò minus gratia verborum potest stare. Sed ad huius argumenti illustrationem expendantur aliquot huius generis exempla. Terent. in Heaut. Act. 3. Scen. 1. vers. 43. Sarrapes si fiet amator, nunquam susserre ejus sumtus queat, nedum tu possis. Hic Chremes dissuadet Menedemo nimiam indulgentiam in amoribus Clinie filii: qui cernitur in his: Quam enunc instructa pulchrè ad perniciem fiet primum, jam anellulas secum adduxit plus decem oneratas veste atq; auro. Quæstio hic est: virum Clinias possit sumtus suo generis idoneos ad alendam & fovendam splendidi amica sua comitatum: ad quam

ad quam demonstrandam ducitur argumentum è re majori, à summo provincie gubernatore: qui quum id in tanta rerum facultate nequeat præstare, neque poterit in earum tenuitate Clinias. Hæc certè Propositionis veritas apparet ex ditioris facultate negata, ut ea minus-divitiis negetur: sed crypsis enthymematis sic detegatur conexo syllog. Si Sattapes nequeat ferre sumtus tanti comitatus; nec tu, ò Clinia; atqui non ille potest: nec tu igitur poteris. Hujus quoque loci crypsis nudetur: Si reges ipsorumque opera diuturnitate carent; nec verba notata: at illa carent: hæc igitur eadem carebunt. Item Cicero, *Si reviviscat; nunquam id persuaserit, nedum ego* Item lib. 7. Epist. ad Famil. *Exat enim domicilium hujus urbis multo aptius humanitatis & suavitati tue: quam tota Peloponnesus, nedum Patra.* Idem Epist. 8. lib. 16. ad Fam. *vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirmâ valetudine vitatur, nedum in mari & via sit facile abesse ab injuria temporis, id est tantum abest, ut facile Tiro possit ferre injuriam hyemis in mari & via, ut in ipsis tectis & oppidis vix frigus infirmâ valetudine vitetur.* In quibus certè exemplis & similibus *nedum* notat protasin, & minus continet, quæ quum per *non solum* explicatur, addenda est tum altera negatio: quia *nedum* semper negatè, nunquam affirmatè sumitur. *Qua de re lege scholia P. Rami in Orat. 2. de lege Agraria.* Apodosis autem præcedit illustrata distributione quadam rerum mutabilium generatim comprehensa.

22. Protasis est ex adjuncta honoris & gratie mutatione & alterius successione, id est ex adversis, statu & casu per vices cedentibus.

23. Hæc rei propositæ ad scribendum convenientia cum certo genere versus est è distributione subjectorum, & ad homogeniâ, quæ tamen potuiff. t, & debet percipi è Poetico numero, qui, ut oratorius à Rhetoribus solet rectâ methodo doceri: hæc inquam, convenientia è referendum est, ut res imperatorum regum, Principum, sive domi, sive belli gesta versibus hexametris explicentur, quæ vimonia, desideria, voluptates, & res beata Elegiacis decantentur. Convicia & contumeliae, res Comice & Tragica jambicis aptè exprimantur. Laudes heroum, ludæ Olympici, juvenum amores, commestiones, convivia Lyricis versibus rectè celebrentur: ut facile optimeq; percipias ex Ode. Olym. quæ citata est est Od. 12. li. 1. in *Quem virum &c.* quorû sigillatim auctores è loco efficientiû procreantiû proponuntur: *Homerus* primj: incertus autor secundj: quamquam opinione quorundam dicitur fuisse Theocles Naxius ex intermissione infania, ut testimonio Josephi lib. 2. Antiq. Judaic. Moses Hexametri, quo gratias egit Deo incolumi trajectu maris rubri: aliorum judicio ejusdem fuit inventrix Phemonoe Mosis filia, quam ferunt Delphis vaticinata: aliorum sententiâ ejusdem inventio tribuitur Sibilis: aliorum denique, ut Plinii lib. 7. Apollini eadem adscribitur: *Archilochus* tertij. *Musa* quartj.

24. Versus jambicus declaratur subjectis & effectis, quod aptissimum locum habeat in colloquiis fabularum: quod suavitate numeri faciat sibi in magno strepitu theatri audientiam, & tumultum turbae facile comprimat auditus, & ad actionem excitet.

25. Ex antecedente convenientia materia cum metro efficit, indignos esse nomine Poetæ, qui nesciant suum rebus accommodare metrum & formam. Idque confirmat majoribus, quum illi malint, non tamen sine pudore, inscitie scientiam posthabere.

26. Adeandem indignitatis Poeticæ demonstrationem pertinent hæc adversa Comædiæ & Tragædiæ: illa enim placida & tranquilla est, stylumque humilem, popularem, personisque congruentem requirit: hæc vero est turbulenta & tristis, stylumq; gravem, sublimem, majestatis personarum

convenientem, vehementer desiderat.

27. Eadem indignitas declaratur proprio adjuncto, quasi decreto, ut suo quoque stylo & metro materia explicetur, id est, *πῶς τὰ διχρημύτως καὶ κατὰ τὴν αἰσθητικὴν ἀνὰ τὸν ὄψον*, id est, *decenter & ordinatim omnia fiant*,

28. Ad superiorem legem additur exceptio è diversis: *quavis*, inquit, Comædia humilem & communem stylum & orationis genus requirat: in ea tamen videmus aliquando elatiorem stylum & gravius orationis genus adhiberi, ut persona Comica speciem Tragicarum referant: qualis est Chremes in Heaut. Act. 5. Scen. 1. *Præ iracundia, Menedeme, non sum apud me: ab nescis, quam doleam: perii, occidi*: qualis etiam est De mea Adel. Act. 5. Sc. 3. *Hæc mihi quid faciam, quid agam: quid clamem, o cælum, o terra, o maria Neptuni.* Sed hæc ita moderatè aguntur, ut æstus nunquam in cædes erumpant. *Vide hic*, ait Donatus, *gradus doloris & iracundie, in tantum autem, ut jam crescere non possint.* In hæc enim tria rerum natura dividitur, & hoc est, quod ait Horatius in arte Poetica, *Interdum tamen & vocem Comædia tollit.* Contra Tragica persona graves & grandiloquæ induunt nonnunquam mores Comicarum, ut relicta verborum majestate & amplâ sententiarum gravitate, depositâque regiarum personarum dignitate, ad communem adjectumque sermonem se summittent humiles obscurasque personas sustineant: idque tum faciant maximè, quum animos spectantium ad misericordiam voce demissa & flebili student flectere, varieque commovere: quales sæpè inducuntur personæ à Tragicis Poetis: ad cuius rei exemplum Telephus & Pelæus proferruntur, qui fortunis suis everfi & exsulantes ad vulgi linguam accommodatè verba magnifica, & sublimem & turgidum orationis stylum abjecerunt, & sic loquentes Tragici postea induxerunt. Quidam tamen tradunt Euripidem reprehensum ab Aristophane, quod utriusque bonis & regnis expulso stylum orationis tumidum & inflatum dederit. Hujusmodi artem styli & Orationis mutationem pro conditione circumstantiarum oratori tribuendam censet Cicero in Bruto è comparatione: *An ego Homero, Ennio, reliquis Poetis, & maximè Tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione viderentur, crebroq; mutarent: nunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent ipse nunquam ab illa contentione acerrima discederem?*

29. Ad perfectionem poematis ostendendam vititur majorum comparatione: *Non solum*, inquit, *illud oportet artificiali ordine constituere, ac verbis varie modificatis expolire, & multis sententiarum figuris, quasi coloribus & succis exornare, apto metri & styli genere modulari: verum etiam suavitate & flexanimâ jucunditate, huicque contrariâ affectione condire, ad mentes hominum, quo velimus, vel allucendas & impellendas, vel ad eorundem voluntates, unde velimus, deducendas.* Huc certè pertinent, quæ Cicero 2. de Oratore scribit de affectibus, quorum doctrina potest bipartito genere comprehendendi, ut alterum sit *ιδιων*, morale alterum *παθητικόν*, aptum ad affectus movendos. Illo quidem utimur ad benevolentiam conciliandam, quæ paratur primum ex inventione Dialecticæ, vnde depromuntur blandæ & amabiles sententiæ: deinde ex eloquutione Rhetoricæ, vnde fit oratio illustris, & numerosa & placida: postremò ex actione, vnde gratia pronunciationis & actionis dignitas in gestu decenti comparatur *παθητικόν* vero est aut vehemens, incensum, incitatum in ira, aut flexibile, plenum in maiore & misericordia, aut demissum, hæsitans & abjectum in metu &c. l. 3. de Oratore, sed quod exemplis tantum illustretur, non præceptis, ut prius: Antonius tamen ex exemplo Crassi elicit generale præceptum de affectibus concitandis, ut Orator ipse in primis moveatur, quod cû hoc Poetæ loco cõvenit maximè

maximè: *si vis me dolere, &c.* Usum autem affectuum illic Cicero tantum docet: sed Aristoteles l. 2. ad Theod. vim naturam & proprietatem singulorum definitionibus declarat. Sed enim facultas affectus movendi non est unius artis, sed complurium, ut Rhetoricæ, Dialecticæ, ac præsertim Ethicæ: possum etiam dicere Physicæ, quia bona Physica ex vulgari & Philosophico sermone facit bonam Ethicam, ut se quisque per noscere intus & in cute possit; sicut ex utroque auctore citato constare cuique potest, rem accuratius examinanti.

30 Prosapodosis majorum illustratur similitudine: *ut homines ridentibus solent arridere: sic cum stentibus collacrymare debent actores:* hæc rursus apodosis confirmatur paribus: *ostende mihi tuum dolorem, tum certe equidem dolebo.*

31 Ex adjunctis docet eum qui verba & gestum effinget & conformabit τὸ πρῶτον πρὸς τὸ δὲ δεύτερον præter decorum & officium, & indocenter ad condusionem personarum, ad presentis fortune habitum, contemptum iri. Itaque è paribus præscribit, *necesse esse, ut si Poeta velit personam inducere hilarem vel tristem, sedatam vel iratam, induat prior ipse tales affectus, hilaritatem, tristitiam, tranquillitatem animi & iram: quod postea verbis aptis facile exprimet, quæ sunt Aristoteli τὸ ἐν τῇ ἰσοπέδιον παθημάτων σύμβολον, notæ affectuum animi, & actor gestu optimo representabit.*

32. Prosapodosis declaratur efficiente: quod ita sumus a natura comparati, ut quamlibet Fortuna varietatem facile vultus & oratione prodamus: *in adversis tristitiam animi vultus induet: in secundis idem præ se feret ejusdem hilaritatem: quales motus etiam lingua facile postea proferet in apertum.* Tali animo, qualem Horatius in poeta hic requirit, Catullus videtur scripsisse epitaphium de inferiis fratris sui sub finem:

*Multas per gentes & multa per aequora vultus
 Advemo has miseras frater ad inferias:
 Ut te postremo donarem munere mortis,
 Et mutuum nequicquam alloquerer cinerem.
 Quandoquidem Fortuna mihi rote abstulit ipsa:
 Heu miser indigne frater adempte mihi:
 Nunc tamen interea, prisco quæ more parentum
 Tradita sunt, tristis munera ad inferias,
 Accipe fraterno multum manantia fletu,
 Atque in perpetuum frater, ave atque vale.*

33 Iteratur locus ex adjuncta contemtionem, quæ manet orationem actoris à personæ casu discrepantem.

34 Observatio decori est ethica, nec modò versatur in tribuendo cuique personæ convenienti sermone & affectu apto ipsius Fortune: verum etiam in utroque accommodando ad mores & cuiusque conditionem ordinem, sexum, ætatem, statum & regionem, ut Cicero lib. 1. de Officiis inter præcepta temperantiæ ostendit, & idem contractius sic definit: decorum est quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eò moderatio & temperantia cum specie quadam liberali appareat, deinde definitionem decori & naturam similitudine decori poetici declarat, quum subijcit, *hæc ita esse, intelligere possimus ex eo decoro, quod Poeta sequuntur, & tum illud servare dicuntur, quod deceat, quum id, quod quæque personæ dignum est, et sit & dicitur: ad quod probandum duo apponuntur exempla inter se contraria, unum indecori, alterum decori: quæ lector ibidem videbit.* Poeticum autem decorum personarum comicarum hic enunciatur quintuplici distributione personarum ex adjunctis variis, quæ sibi adversantur inter se bina: *ut personæ sint una serviles: altera heriles: alia seniles, alia juveniles, & ita deinceps hæc autem adhibita sunt ad cautionem proximæ contemtionis.* Et certè hæc de decoro admonitio magis videtur prudentiæ & iudicio naturali cuiusque niti, quam vllis documentis, ut

ipsum etiam decorum, quod nulla omnino ars legitime sibi vindicare potest, sicut jam antea præceptum fuit. Nilominus tamen admonitioni superiori sex apponit exempla, utriusque sexus terna, & suâ quodque horum affectio ne adjuncta instruit: quali jam alii Poetæ multò ante affecterunt, in quo latet simile quoddam, *ut illa veteres personæ sic agentes à te inducantur: quem admodum prius ab aliis inducete se gesserunt.*

35. E similitudine docet etiam *quid in nova fabula, & novis personis inducendis observandum sit, ut quales mores, qualem naturam, quales denique affectus tu statim ab initio scriptura illis affinxeris: tales ad extremum usque fabulæ actus in isdem retineas.* Exempli gratiâ: *si quem induxit Poeta initio iracundum, si quem etiam excelsi animi virum, quales Aristoteles πρῶτον vocat, qualitibus insignitos, oportet eosdem in medio ac sine fabula tales apparere, ut omnia dicant & faciant iracundè & fortiter.* Quod si postea induceres iracundum lente injurias ferentem, aut magnanimum primo quoque periculo & proximo malo consternari terrore ac metu, minimè, quod decet, servates, oportet enim principis exitus consentire.

36 Alia est admonitio & propria Poetices de duplici genere argumenti deligendi, *quod imiteris decenter, primum ex adjuncto, deinde è majoribus: arduum, inquit, est prius ac difficile utate posse commune argumentum & in medio positum, & quod semper à quovis possit, proprie tractare, ut illud tibi iure possis vindicare.* Itaque melius transferres posterius argumentum & personas ex Iliade in tuam fabulam, quam illud prius.

37 Hoc quidem consilium est imitationis communis ex effectis & brevi similitudine: *ut qui publice iam expositum argumentum vult idem prædicare, proprium facere, absque religione ἐπιχρηστικῶς, id est, nimis vulgaria, nimis trita, omnibus facilia & exposita præmittat: sed omnia ingeniosa & arguta persequatur, nec prolixo ordine, rectèque, & nimis tritoram pertractet: nec verbum ex verbo interpretis more exprimat, nec se ita imitabili Poetæ addicat, ut nihil ipse, nisi quod ille prius dixerit, conscribere ausit: sed curet materiam variare, ut appareat diversa à priori, nec quisquam postea eandem ausit scribere, nec meliorem efficere possit: nec etiam ita quodammodo anguste intra limites imitationis contrahat aut contrafundat & quasi dilatat propositum argumentum, ut postea nequeat se inde cum honore expedire: opusque legitime perficere fuisse inchoatum.*

38. Et si docuit suprâ generatim rationem heroicum poema ordinandi, quæ ad omnes illius partes exordio rectè poemati inducendo monet è dissimilitudine: *Non, inquit, ut quidam Rhapsodus Poeta sic heroicum poema exordieris: cuius protasis illustratur factis illius omni consequenti tenore elationibus. Quia proponenti bus initio plena, sussa, tumida, id ferè solet evenire, ut postea consecrari exilis, concisa, & minuta cogantur, & sic a primis postrema discrepare videantur: itaque, proposita & promissa nequeunt præstari, quod est valde ridiculum: quia quum Poeta sit imitator naturæ, & hæc semper a tenuibus per incrementa progrediatur ad opus suum perficiendum, vitanda sunt grandia & insitata præmatè ptincipiâ.* Cuiusmodi Tucca & Varus existimârunt illud Aeneidos: *at nunc horrentia Maris: ideoque principium operis sumserunt ab hoc versu: Arma virumque cano.*

39. Ab huiusmodi turgida propositione, qualem hic versus præ se ferre videtur tum literarum somno pleniore, tum operosâ rei mole, revocat Pisones similitudine patremicâ: *ut mons, ait: factu ingentis cuiusdam Gigantis velist gravidus, & ita monstrum accolis vinitas, edito tandem mure rusticis armatis dedit materiam vsus: sic Rapsodus ille Cyclicus suum poema verbis gravibus & insitatis exorsus, illudque paullatim exilibus, levibusque persequutus, multo risu exceptus est.*

aut horrore aut obscenitatis, aut crudelitatis, quas satis erit narrare, non sub aspectum multitudinis subijcere: quod adjunctis confirmatur: quia tam acerbum materno inhumanitatis & foeda metarphoseus spectaculum, ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἀπὸ τοῦ θεοῦ τε ἀμα, ingratum, incredibile & invisum, quod tolerabilius est audire, quam videre. Oculi enim augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intuari coguntur, nec avertere a miseris cogitationem sinunt, ait, Cic. Epist. 1.1.6. ad Fam.

49. Videtur hic constituere sectiones fabulae, i. Tragediae & Comediae, quod pertinet ad apparatus idque enunciare parium collatione: ut ea non pluribus nec paucioribus constet partibus, quam quing, excepto choro, si velis illam placere, jamque spectatam posci, ut iterum vel sapius agatur: quod simpliciter poterat enunciari: fabula quing, tantum actus habeat. Praeterea persona divina non est inducenda, nisi res aliqua gravis ac difficilis inciderit, quae ab homine nequeat expediri, ubi tum Deus aliquis ex machina erit adhibendus: neque in scenam plures eodem tempore personae, quam tres, debent prodire inter se colloquuntur: quod si forte eo accesserit, quarta erit τὸ πρῶτον κῶρον καὶ ἀφῶρον persona muta, vel certe secum, vel cum una tantum loquitur. Haec quidem recta methodo debuerant semel dici & legitimo loco.

50. Munus chori in fabulis ex variis effectis praescribitur: in prestando quod deceat, sive in vitando, quod dedecet. Ac primum chorus sciat se unius actoris & personae partem sustinere, qui in medio actibus silebit: sed inter finium actuum & alterum incipiendum, quae argumento fabulae consentanea erunt, maxime loquitur: bonos viros studio & favore juvabit, conciliabit amicos Poetae, improbis adversabitur: iratorum animos sedabit: qualem se praestitit chorus inter Oedipum & Creonta iurgantes, quum illius convicia tribuebat irae & animi commotioni non consilio, nec voluntati: Soph: Oid. τυρᾶν. amore completetur eos, qui me tuum peccare: frugalitatem & parsimoniam victus laudabit: justitiam, ejusque cultores celebrabit: leges & ipsi parentes commendabit: pacem & concordiam & pacificos homines, ut summa bona praedicabit: res sua fidei creatas celebrabit: si mavis hoc, vel delicta principum tacebit: Deos demum precabitur pro afflictis & miseris contra elatos & insolenter fortunatos.

51. Ad fabulae actionem instrumenta Musica pertinent: quorum tibia diversis explicatur, & horum pars prior dissimilibus illustratur: quod vetus tibia esset hodierna longe dissimilis & materia & soni ratione.

52. Posterior est pars diversorum, constans e forma quadam ac triplici fine veteris tibiae: quod haec tenuis ac simplex esset, quatuorque foraminibus satis idonea ad sonitum tenuis vocis edendum, ad cantum chori juvandum, ad cavendam demum, sono quatiendam: quae tum castis, verecundiis, hisque paucis spectatoribus celebratur.

53. Ex efficientibus primum docet artem Scenicam & histrionicam amplificatam fuisse post fines imperii propagatos, quos major versusum, cantuum & morum licentia luxuriosae impune sequuta sunt: deinde paribus, quod indocti ac rustici juxta atque docti & urbani se luxuria tradiderunt.

54. Haec sunt effecta propagati imperii: unde existit amplificatio sonitus tibialis, luxuriosus tibicinis ornatus incrementum fidium & chordarum in cithara, major exornatio & artificium orationis, quae praecipue chorus utebatur, graves & ejusdem chori & aliarum personarum sententiae: quod postremum paribus declaratur: quod tantum ponderis fuerit in sententiis posterarum fabularum, ut illae non cedere viderentur Delphicis oraculis.

55. Ostendit ex efficientibus, cur stibilis concentus chori, sonusque tibiarum & cithararum non potuerint spectatores

retinere in consessu theatri: quia, inquit, illi sacris peractis largioribusque poculis impure ductis, spectatum veniebant bene poti, non quidem certe auditum, ut ad id pessime comparati: qui nec Tragediae severitatem, nec commiserationem, nec terrorem ferre possent. Itaque inducuntur Satyrica

persona nuda: quae nugis jocosis & faceris in hominum motibus, motibusque corporis obscenis risum illis moverent: ac inestitiam Tragediarum discernerent: illa tamen jocosum suavitatis, illi etiam faceris sales mediocritate sic temperabatur, ut gravitas Tragediae minimè offenderetur: imò verò acerba illius severitas condimento jocosa humanitatis mitigaretur. Ex his facile cognoscas, quid sibi velint illae virtutes, quae specie dispares, prudentia tamen jungantur, ait, Cicero in Oratore: unde sumas egregias sententias ad optimi cuiusque viri commendationem accommodatissimas. Nos certe veriùs censuerimus, si tales sententiae eruidixerimus loco ad verforum, quo M. Brutus laudatur in lib. de perfecto Oratore: Quid tam distans, quam à

severitate comitas, quis tamen unquam te aut sanctior est habitus aut dulcior? lib. 3. de Leg. Quid est elegantia tua dignius? cuius & vita & oratio consequuta mihi videtur difficilissimam illam societatem gravitatis cum humanitate. Eodem pertinet, quod est Epist. 1. lib. 3. ad Q. Frat. quibus

56. Quamvis Poeta jam ab initio introducta in Tragediam Satyrica personae dixerit retentam illius gravitatem; hujus tamen gravitati praescribit modum e fine, ne scriptor Satyra nimis affectat à disacitate humiliter demittat Tragicas personas, Deos & honores in viles & abjectas, quae

57. Moderatio superior personarum Satyricarum illustratur similibus comparatione: ut inquit, honesta mulier in saltationibus coactis ante aras solet versari, sequi, modesto, gravi & verecundo gestu movere (Haec protasis est loco secundo in litera, & dissimilitudine quadam euunciantur: quam repeto perspicuitatis causa) ut matrona, inquam, iussa saltat honeste ac dissimiliter Satyris (quod autem matronae saltatio etiam non inhonesta putaretur olim, lege cap. 14. lib. 3. Satur. apud Macrobius) sic Tragedia memor suae dignitatis & gravitatis modestè & prudenter versus Satyricos & sales debet usurpare decore.

58. Forma Satyrici sermonis declarat ut majorum collatione: non solum, inquit, studebo in Satyricis fabulis uti sermone proprio, simplici, nativo, non translato rei significata non obscenitatem tegente: verum etiam servandum curabo personarum Comicarum decorum, ut Davi & Pythia, item Satyricarum, ut Sileni & Fauni, singulis convenientem affingens orationem. In hoc simili argumento Epist. 6. lib. 1. ad Fam. Pollio omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit. Grammatici annotant particulam sed, in qua explenda est altera, etiam augere. quod priùs dictum fuit, id est protasin collationis, ignorantibus genus argumenti. Haec autem apodosis enunciatur obscure in litera Poetae, specie quadam dissimilium.

59. Monet, argumentum Satyra sumendum esse e communi & perspecta hominum vita & moribus, cuius intentio &

60. Quamvis Poeta jam ab initio introducta in Tragediam Satyrica personae dixerit retentam illius gravitatem; hujus tamen gravitati praescribit modum e fine, ne scriptor Satyra nimis affectat à disacitate humiliter demittat Tragicas personas, Deos & honores in viles & abjectas, quae suam oblitae dignitatem humili & abjecto sermone utantur: quales in comediis tabernariis adhibebantur, vel contra, ne declinatione humilitatis, & tabernariae obscuritatis altius se extollat Satyra sententiarum gravitate amplà, verborumque majestate, quae im par sit.

61. Moderatio superior personarum Satyricarum illustratur similibus comparatione: ut inquit, honesta mulier in saltationibus coactis ante aras solet versari, sequi, modesto, gravi & verecundo gestu movere (Haec protasis est loco secundo in litera, & dissimilitudine quadam euunciantur: quam repeto perspicuitatis causa) ut matrona, inquam, iussa saltat honeste ac dissimiliter Satyris (quod autem matronae saltatio etiam non inhonesta putaretur olim, lege cap. 14. lib. 3. Satur. apud Macrobius) sic Tragedia memor suae dignitatis & gravitatis modestè & prudenter versus Satyricos & sales debet usurpare decore.

62. Forma Satyrici sermonis declarat ut majorum collatione: non solum, inquit, studebo in Satyricis fabulis uti sermone proprio, simplici, nativo, non translato rei significata non obscenitatem tegente: verum etiam servandum curabo personarum Comicarum decorum, ut Davi & Pythia, item Satyricarum, ut Sileni & Fauni, singulis convenientem affingens orationem. In hoc simili argumento Epist. 6. lib. 1. ad Fam. Pollio omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit. Grammatici annotant particulam sed, in qua explenda est altera, etiam augere. quod priùs dictum fuit, id est protasin collationis, ignorantibus genus argumenti. Haec autem apodosis enunciatur obscure in litera Poetae, specie quadam dissimilium.

63. Monet, argumentum Satyra sumendum esse e communi & perspecta hominum vita & moribus, cuius intentio &

64. Quamvis Poeta jam ab initio introducta in Tragediam Satyrica personae dixerit retentam illius gravitatem; hujus tamen gravitati praescribit modum e fine, ne scriptor Satyra nimis affectat à disacitate humiliter demittat Tragicas personas, Deos & honores in viles & abjectas, quae suam oblitae dignitatem humili & abjecto sermone utantur: quales in comediis tabernariis adhibebantur, vel contra, ne declinatione humilitatis, & tabernariae obscuritatis altius se extollat Satyra sententiarum gravitate amplà, verborumque majestate, quae im par sit.

65. Moderatio superior personarum Satyricarum illustratur similibus comparatione: ut inquit, honesta mulier in saltationibus coactis ante aras solet versari, sequi, modesto, gravi & verecundo gestu movere (Haec protasis est loco secundo in litera, & dissimilitudine quadam euunciantur: quam repeto perspicuitatis causa) ut matrona, inquam, iussa saltat honeste ac dissimiliter Satyris (quod autem matronae saltatio etiam non inhonesta putaretur olim, lege cap. 14. lib. 3. Satur. apud Macrobius) sic Tragedia memor suae dignitatis & gravitatis modestè & prudenter versus Satyricos & sales debet usurpare decore.

66. Forma Satyrici sermonis declarat ut majorum collatione: non solum, inquit, studebo in Satyricis fabulis uti sermone proprio, simplici, nativo, non translato rei significata non obscenitatem tegente: verum etiam servandum curabo personarum Comicarum decorum, ut Davi & Pythia, item Satyricarum, ut Sileni & Fauni, singulis convenientem affingens orationem. In hoc simili argumento Epist. 6. lib. 1. ad Fam. Pollio omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit. Grammatici annotant particulam sed, in qua explenda est altera, etiam augere. quod priùs dictum fuit, id est protasin collationis, ignorantibus genus argumenti. Haec autem apodosis enunciatur obscure in litera Poetae, specie quadam dissimilium.

67. Monet, argumentum Satyra sumendum esse e communi & perspecta hominum vita & moribus, cuius intentio &

60. Videtur Poeta hic τωτολογεῖν de oratione Satyros de-
cente: quum paucis antè versibus eadem dixerit. Præsen-
tem autem admonitionem dissimilitudine pronunciat,
Dij, inquit, sylvestres, quum in Tragediam inducentur,
non ut persona urbana & forensibus verbis instructa, poli-
tos versus & molles jactantia quadam juveni recitabunt:
nec verbis nimis obscenis & ignominiosis, qualia in suis la-
tibulis audire, unquam utentur.

61. Approbatio est admonitionis ex adjuncta offensa-
ne & fastidio principum spectatorum, qui solent impro-
re, quod vulgus imperitum valde probavit, quæ ratio est
ex adversis. Tria igitur traduntur hic vitanda poetæ Saty-
ros inducturo, primum, ne ipsis affingat prudentiam Sen-
atoriam, & urbanam orationem: deinde mollitiem ef-
feminatam, molle enim poema existimatur, confectans
sententias nimis amatorias: Postremò vitet immodicam
lasciviam, rusticamq; Impudentiam: Erit ergo persona
satyrica semirustica ex cive & rustico efficta, quod ad
sermonem attinet.

62. Et si hic locus de pedibus versuum theatralium aptius
suprà tractari debuisset, n. stamen hunc locum sic expo-
nimus, ut ambun dicamus: primum definiri e caussis, ma-
teria & forma. Illa quidem communiter ad alios pedes
attinente, hac verò concessione syllabe brevis & longa
consequuntur: a linguæ illius ab reliquis brevibus, maxi-
mèq; a choro: deinde adjunctis, quò accedit celeritas hinc
pedi attributa, qui sexies additis consistit hexametrum
jambicum: & a triplici dimensione per binos jambos tri-
metrum nominatum, quò propter ipsius celeritatè duo
pedes numerentur pro vno, id est, metio. Hæc tamen pri-
ma constitutio ex perpetuis sex jambis sine postea correctæ
est, ut illa sextuplex celeritas gravi tarditate spondei tem-
peraretur, & impet⁹ celeris cantus inhiberetur: quò spectato-
rum aures sedatius afficerentur. Itaq; in versibus jambicis
cum spondeo hanc inist societatem jambus, ut sibi pares lo-
cos reservaret, impares, illi relinqueret. Locus autem est e
diversis: quanguam posteritas hoc excogitavit: apud Ennium
tamè & Accium vetustissimos Poetarum spondeus reperitur.
Cõtra, Terenti⁹ initio statim Scenæ .i. in And. positus õni-
bus Spondeis violavit legè, vos isthac intro auferte &c.

63. Docet ex adjunctis modum spondei in versibus jam-
bicis adhibendū: secus, præcipit uti operis vel negligentia, vel
deniq; inscitia arguetur Poeta, si versus jambæos spondeis
graves in scenam transmisit.

64. Refutatur excusatio, cur Poeta nimis celeriter & ne-
gligenter omiserint in Versibus trimetris jambicis jambos
spondeos verò adhibuerint frequentiores: refutatur, inquã,
& diversis: quãvis critic⁹ & cõsor Latinus nõ animadvertat
incõditis poematis errata, vel in ipsis observatis cõsueat,
vel etiã ipse auctor ab eo facile speret veniam animadvers⁹
vitij: ad leges tamè artis me totũ cõformabo, atq; ita tũdõ
prudenter mihi spẽ rectè faciendũ cõformabo: neq; tamè propte-
reã ego mihi laudẽ e vitij fuga assumã: quia non est satis ad
præmiũ merendũ vitio carere, sed necesse est rectè facere, ut
quis illo sit dignus.

65. Docet ex efficientibus, rectam poematis condendæ
rationem ab exactioribus Græcis petendam: assiduoque stu-
dio comparandam, qui nunquam sibi tantum permiserunt
licentia: nec solum Poetices artificia, verum etiam omni-
um liberalium artium gloriã floruerunt: ad quos Plautũ ni-
hil esse dicit, repudiato majorum de ipsis pueniẽtẽ iudiciõ.
Idque ex adjunctis cum modesta in utrisque scientiã õ-
pinione, quòd hi parũ, valuerint ingenij acutitine ad de-
lectum boni poematis: quòd etiam Plautus assererit suum
poema partim salibus obscenis, nimis scurrilibus & frigidis,
partim versibus dissolutis, nec legitimo numero abstric-
tis dum hi sepe extra trimetros excurrunt. Non dissimile est
Donati iudiciũ in Eun. Act. 4. Sc. 4. de Plauto ad hæc
verba Phæd. agedum hoc mihi expedi primum. Hæc, ait
ille, Plautina sunt, quum in hisdem longa sit disputatio:
sed mirè a Terentio proferuntur ad ejus exemplum, &
quod est plus, carent Plautinis nugis. Hoc tamè nostri
Poetæ iudiciũ Lipius Epistolã decimã octavã libri se-
cundi ad Andreã Schottum maluit omittere, quã
rescindere: quod prius fecerat liberè in comparatione
Plauti cum Terentio quo videtur pertinere delectus per-
sonarũ, quas Plautus habet malas, ut servos, meretrices,
omnia mala. Terentius verò contrã, qui iudicio multo-
rum vincit Plautum & gravitate & arte, dum servos in-
ducit bonos, Getas fideles, Davos callidos, qua in parte
laudatur maximè. vide locum Lipsij atq; ejusdem argu-
merita: sed ad unum aperuit manifestius cap. 1. lib. 2. an-
tiq. lectionum. negare nolo: amo Plauti elegantes & urba-
nos sales: nec V. nisi illius aliter censentis versus unquam
met Hercule sine indigna iunctura lego.

66. Absolutã poematum præceptione, ad eorum au-
ctores delibatur: atque simul confirmã superiorẽm Gre-
corum scriptorum commendationem: primum quidem e
procreantibus, quòd Tragedia inventa sit ab Actio Thes-
pide, & in plaustis, non in theatris a Poetis ipsis face obli-
tus initio acta: deinde ad adiuvantibus & cõservantib;
quòd sit ab Aeschilo amplificata, qui perforas, id est, larvas
fasciẽsq; fictitias & pulpua, profecia, ornatum stylumq;
grandiloquum ei apparavit.

67. Ex subjectis Comædia describitur, primum tempo-
re, quòd illa Tragedia successerit: deinde Athenis valde
initio probata fuerit, dum moderatã dicendi in mores ho-
minum libertate usa est, unde cives fiebant temperatores:
sed postquam eadẽ abusa est immoderatè ad bonos nomina-
tim etiam notandos, qualis exstitit illa Aristophanis indig-
na civitate bene moratã, ejus licentia repressa est lege,
quòd ita expressit Donatus in vita Terentij, Sed quum
poetæ abuti licentius stylo, & passim laderet ex libidine ce-
pissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infã-
me proponeret, lege lata siluere: de quo lege Grammatica
in Satyram .i. lib. 2. ad versum.
Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est,
Iudiciumq; esto.

68. Poeta veritus aliquam a suis invidiam e laudatio-
ne Græcorum sibi conflari, & le μισοπατεῖσα existimari,
instituit animum ad cives suos concelebrandos e præcla-
ris eorum factis, quæ paribus illustrantur, quòd Poetæ
Romani non minus excellissent in omni genere disciplina-
rum & artium, quã in bellica laude, si editionem suorum
scriptorum tantisper distulissent, dum in illis limandis &
arte expolendis non gravitate, sed patienter elaborassent. vn-
dè apparet, quantus sit labor in emendandis poematis,
qualem sic Ovid. arguit.
Corrigere at res est tantò magis ardua, quantò
Magnus Aristarcho maior Homerus erat,

69. Honorifica est Personum appellatio e categoria ef-
ficientiũ, quo de genere est ἀτιον γεννητικόν: sic celebratur
a Pindaro genus Acacidarum Nem. Od. γ. σπορῆ δὲ πάλ. 17.
f f Τηλυκιδῆς

Ἰνδραυεὶς ἀγαγε φέρων
Λίανδραϊν, αὐτὸν δὲ
Ζεὺς τὸν γὰρ αἶμα.

Latè fulgens lumen & decus Aeacidarum ex placarè gestis
coagmentatum est constat est: inde, o Iupiter, tuus est
sanguis genius. Itaque legem quandam sancit criticam, quæ
ad bonitatem carminis etiam requirat diuturnitatem tē-
poris & exactam castigationem, e consilio, credo equi-
dem aut Herodoti. ἡ τεχνολογία πᾶν πρὸς τὴν ἀρίστην οὐδὲν ἄλλο
1. res omnis properando erroris parit. aut Aristotelis lib.
2. Ethic. ἔδειν' εἰσδραστὴν πρὸς τὴν εὐχρηστικὴν ἐργασίαν, ὅτι ἐκ
ἐκείνου ἐστὶν πρὸς τὴν προδοτικὴν. unde consueverunt operibus be-
nefactis addere, velut coronidem, quod nec adimere, nec
adungere quicquam liceat.

70. Docet ex efficiente neglectum artificij Poetici: quia
inquit, nostri homines delicati & μισόπονοι opinione Demo-
criti persuasi sunt, Poetas nasci, & inflammatione quadam
et quasi afflatu furoris existere, non autem arte fieri, ideo
negligentius hoc genus scriptoris tractarunt, καὶ τὴν ἰσχυρὰν
πομπικὴν τῆς τέχνης ἐβόουσαν, atq; insaniam, ut quis esset
Poeta, habere vim arte majorem existimaverunt.

71. Confirmatur opinio Democriti factis æmulorum
ipsum & sine: qui, ut boni Poeta haberentur, omnem cor-
poris incuriam, squalorem, immunditiam, illuviem conse-
crauerunt: a consuetudine hominum sese abstraherant.

72. E cōtrario sine se valde stultum dicit, qui quotannis so-
leat in unte vere bilem purgare, quod nisi faceret, sic insaniret.
Itaq; affirmat paribus, se eleganti compositione carmi-
nis concedere nemini. Ad eod magna vis est melancholice &
infantie.

73. Videtur assumere & hoc, si non curarem ineunte ve-
re meas valetudinom, ego ponerer in bonis Poetis: sed mihi
est cura valetudo: sic deposita tandem simulatione profi-
tetur & concludit, se pretio tanti mali, id est, insanie nolle
Poeta nomen sibi adoptare. In hoc certè pronunciatò latet
vis quadam minorum e parium negatione, quod honorifi-
ca Poeta appellatio non tanti faciendū sit, ut illius cupidi-
tate cuiquam sit a spendio sua valetudinis insanendū: que
confirmatur modesta ratione simili loco complexionis:
ut, inquit, eos nepta est ad secandum, valet tamen pluri-
mum ad ferrum exacuendum: sic ego nihil scribes alijs bene
pangendi poematis rationem & viam premonstrabo. Hæc
apodosis illustratur duplici fine talis muneris in docendo
vnde percipietur & utilitas & voluptas.

74. Quod Poeta modò pollicitus est, nunc præstat, facul-
tatēq; rectè poema cōdēdi e caussis artis & doctrinæ ma-
teria, & forma, & adjunctis repetit. Philosophia, inquit,
omnis, ac præcipuè moralis & civilis, & Physica, est largissi-
mus fons Poeticus, e quarum quidem præceptis ac institutis
quisq; facile haurire poterit uberrimā de re qualibet & de
personis rectè iudicandi, & scribendi materiam: cuius in ve-
te non minus, quā ipsa rei inventio, postea expedita & comes
erit spontanea eloquutio. Copia enim rerū gignit verborum
copiam, ait Cicero de Oratore, ut forma vnicè a materia
expetitur, & observatio decori cuiq; Poeta tribuēdi prospi-
cus vita & moribus probe suppeditatur. Ad hanc Poeticas
excellētias ferunt Virgiliū studio Philosophiæ pervenisse,
cujus nulla non modò pars, sed ne lecta quidē ab eo vide-
tur ignorata. Epicureā a Silone didicit, & Ed. 6. celebravit.
Præterea Stoicas, sed in primis Academicas sentētias variè
pro rerū natura adhibuit: sed & medicinæ præcipuā operā
navavit. Hæc tā multa tot artium & doctrinarū studia cōfor-
mādi Poeta præcipua fuerūt adjumeta, ut scripsit P. Ram^{us}
in ipsius vita. Idem præcipit Petronius in Satyricò:

Artis vera si quis amat effectus
Mentēq; magnis applicat:
Det primos versibus annos
Maoniūq; bibat felici pectore fontem:

Mox & Socratico plenus grege mittat habenas
Liber & ingentis quatit Demosthenis arma, &c.

Neuter hinc, neq; Horatius neq; Petronius remittūt Poetā
tironē ad Aristotelē, sed ad Platonem & ad alios, ut plenā
informetur rerū Philosophicarum scientiā.

75. Tales caussæ illustantur collatione minorū, quod
fabula sentētis Philosophicis exornata, morēq; personarū
verè exprimens magis auditores delectabit sine ullo splendore
orationis, quā illa, quæ ex versibus excultis & expolitis, nul-
lā sentētiarū gravitate, nullo servato decoro videtur cōstare.

76. Ad commendationem Græcorum redit, quā diffimi-
lib. instituit: quod hi semper ad conjuncta sapientiæ & elo-
quentiæ studia unius gloriæ amore incensifuerunt: Romani
verò unicum rei nummaria studiū jā inde a pueris perse-
quuti sunt. Dissimilitudinis protasis ex efficiente, constat,
antapodosis e factis Romanorum: illa quidem laudabilis
est, hæc verò summe vitæ perabilis exemplo unius pueri cō-
firmatur, qui arte numerādī instructus maturè excolit stu-
dium Chrematistices. Ex quo factum est, Romani ad laudē
Poeticas serò pervenerint.

77. Quia Horatius monuerat antè ad bene scribendum e-
thicen optimam esse magistrā, id nunc videtur enu-
cleatius distributiōe Poetarū e vario sine explicare: quod
e Poetis alij totos se dederunt ad vitam hominum juvādā,
quales existitunt, qui de rebus Physicis scripserunt, Em-
pedocles & Lucretius: quales etiam qui de reb. caelestib.
Aratus & Mamilius: quales præterea, qui de re rustica,
Hesiodus & Virgil. quales deniq; qui de vita & morib.
Theognis Megarensis, Phocylides Milesius, Pythagoras
Samius Alij quīq; delectare voluerunt, ut qui de rebus lu-
dicris, amatorijs, inanibus fabellis operam navarunt, hi-
que satis noti & parum utiles. Reperti sunt postremò, qui
unā & juvare & delectare studuerunt, i. utilitatem cum
voluptate junxerunt, cujusmodi se præstiterunt Tra-
gœdi, Comœdi & Epopœi, Melopœi. Nam in poematis
Homeri & Virgilij tanquam in hortis omni genere
plantarum pulcrè confitis, voluptates vnaque fructus
percipi possunt, quod Servius subindicare in Aen. 6.
vers.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi,
videtur, citans hunc locum, aut simul & jucunda & ido-
nea, nullam, ait, majores nostri artem esse voluerunt, quæ
non aliquid reip. commodaret: vnde virg. dicens puniti
patriæ venditores & contrā præmia defensoribus solvi
nihil vti que aliud significat, nisi fugienda vitia, & lectan-
das esse virtutes.

78. Primum genus Poetarum describitur præterea ex ad-
iuncta præceptorum brevitate, quæ duplici sine illustratur
ut illa facili & citò intelligantur, intellecta diutius memo-
riā retineantur. Hic duplex finis disparatis confirmatur:
præcepta, inquit, brevia cito percipiuntur & fideli memo-
riā tenentur: longā autem ambage & supervacansā circū-
scripta vix comprehenduntur, & si forte percipiuntur, fa-
cile tamen ex animo effluunt. Hic brevitatis velut medio-
critas quædā disparatur ab his extremis defectu & redū-
dantia. Quum igitur monet Poeta legislatoris more bre-
vitati studendum in præcipiendo, docet in primis cavendū
dum. nequid in præcepto desit, neve quid redundet. Itā
certè nullus obscuritati locus relinquatur, quam pru-
denter lex tertia constituendarum artium, καθόλου πρὸς τὸν
docet cavendam: quum id, quod est generale, singulis
speciebus separatim videmus attributum, & pluribus
dici, quod paucioribus in genere fieri poterat sine tauto-
logia. Monuit tamen initio & studio brevitatis summam
rei sapiens existere obscuritatem.

79. Alterum genus, quod voluptatē magis, quam utili-
tatem cōfectatur, verisimili subjecto ac probabili defini-
tur. Nā quæ cōsurgunt, si incredibilia fuerint, & ab omni
fide

fide abhorruerint, qualia sunt, quae finguntur de regina Lamia infantes devorante, vbi illa vivos ex utero gravidatum extraxisset, & iterum e ventre vivos educere, pro vanis insomniis, impudentibusque mendacis habebuntur. Itaque Poetae ad unam voluptatem in scribendo spectantes debent verisimilia figmenta commisceri si velint fidem sibi haberi.

80. Tertium genus Poetarum e morato & voluptuario constitutum est, & excogitatum ad fastidium auditoribus levandum: quorum alij delectantur tantum gravibus sententiis, moratijque praecipis, ut natu grandiores, qui poemata utilitate carentia fastidiunt: alij jocos & voluptates, ut juniores expetunt: quibus utriusque satisfacit hoc genus e feriis jocosisque rebustemperatum. Itaque qui in eo excellit, omnium suffragis & approbatione praestantissimus judicatur. opusque illius afferet bibliopolis questum ingentem, ac magnum: exteris gentibus ipsius desiderium: & auctoris nomen immortalitati commendabit. Haec est tertij generis descriptio ex effectis. Hujusmodi poematis auctor quidem morietur, sed ut Menalcas ait Virgilius Eclog. 5. in Daphnide:

Semper honos nomenque, tum laudesque manebunt.

81. Horatius antevertit e loco diversorum querelas quorundam de multiplicis hujus Poeticae praecipionis difficultate: *quoniam, inquit, multa jam tradidi praecipia de boni poematis virtutibus, ut quibusdam difficilees operosum videtur ad earum praecipitum dirigere Stylum; ego tamen non tam exactus sum & asper exactor esse velim descriptionis, quin facile ignoscam paucis & levibus vitis inter multas virtutes, in qua vel incuria vel alia ingenij infirmitate quis incidit: haec pars diversorum posterior explicatur duplici similitudine: sic, inquit, facile condonatur citharædo sonus acutus pro gravi: sic sagittario exigua a scopo aberratio sagittæ, stravo id commiserit uterque: secus, non culpa vacabit post admonitionem: Poeta quoque similiter lapsus post admonitionem veniam carebit.*

82. Idem duplici similitudine augetur: ut errata librarii, qui libros describit, non facile condonantur post multas lituras, & castigaciones: ut etiam citharædus videtur, qui in eadem chorda semper oberrat (Nam *ἄλλοτερον τὰυτὸν ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἄλλοτερον* non est viri sapientis in eadem rebus peccare: de quo pverbialis senarius Zenodoti nos admonet, *ἄλλοτερον τὸν αὐτὸν αἰχμηδὸν ἢ τὸν αὐτὸν ἄλλοτερον* qui bis ad eundem offendit lapidem: quem Cicero usurpat Epi. 20. lib. 10 bis ad eundem, &c. vide ibidem Eiusdem est vis illud Mimi Publani ex Agellio & Macrobio, improbe Neptunum accnsat, qui iterum naufragium facit: sic Poeta contemnitur legibus artis sepius ab eo violatis. Haec apodosis enunciatur comparatè, pro, talis est Poeta qualis habitus fuit Chærilus. Haec rursus posterior apodosis augetur adversis ad pravitatem humani iudicii damnandam: Chærilus, ubi bis aut ter rectè & emendatè aliquid scripsit post infinita errata, facili & equo animo toleratur: Homerus contra, ubi post infinitas virtutes lapsus est in aliquo, iniquissimo animo ferri solet, quum hinc versus dicat: *ἀμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἀλλοτρίων σοφότερον* & virum etiam sapientiore interdum peccare, pro quo Cicero dicit Epi. modo citatà, *errare quis effugerit?*

83. Ad correctionem superioris indulgentiæ videtur haec alia similitudo pertinere: quo Poetae monentur de poemate accuratius & artificiosius elaborando: ut enim, inquit, de pictura, sic de poesi affolet iudicari. Hujus autem protasis illustratur distributione picturæ e subjectis, quod altera e propinquo spectata spectatorem magis capiat: altera e longinquo prospecta contra magis afficiat. Deinde quod illa in clarissima hominum luce versari amet: nec ab acerrimo quoque censoris *ὄσον ἀκριβοῦς τε, καὶ ἀνευδότης καὶ ἀποτόμως ἐξορτάσσοιτο* & *ἐνέκασον* quantumlibet unumquodque ad vivum refectis iudicio abhorreat, & quo sepius spectetur, eo magis delectet. Haec contra in obscuro loco spectari velit, ac semel tantum

placeat. Apodosis de poesi, quae fatis erat perspicua ex hac distributione picturæ, nullam videbatur requirere approbationem, quum facile intelligas, idem, quod de pictura exquisitis coloribus expressa, & accurato artificio illustrata jam dictam est, de poeseos quoque praestantia esse sentiendum: atque idem, quod de rudi & imposita scriptura scriptum est, de incondito poemate iudicandum. Boni autem poematis propria est nota, nullum reformidare Criticum, nullius limam pertimescere, nec solum decies, sed semper delectare lectorem aut auditorè: quale poema est illud Homeri, est illud Virgii, est illud Pindari, illud Horatii, illud Aristophanis, illud Terentii: quos qui attentè ac intelligenter lectitat, semper animadvertit & observat aliquid novi & gratioris, quod multis antè lectionibus minimè animadvertit: unde novam capiet voluptatem. Contrarium malo accidit poemati, non nulli referunt propinquam perfectæ poeseos inspectionem, tanquam hæc esset ἀλλοτρίως enuntiata; ad analyses Dialecticæ, Grammaticæ, Rhetoricæ, ut facile patitur Iudicium fieri de ipsius argumentis & methodo, de proprietate orationis, de ornatu verborum & sententiarum. Idem autem longinquam inspectionem Imperfectæ poeseos referunt ad repudiationem talium analyses: quod nolit sic resolvi, id est examinari, contenta celeri lectione, ut aspectu longinquo.

84. Ad superiorè indulgentiæ emendationem hæc quoque de mediocritate vitanda in poemate videntur spectare, vbi invidiosè majorè natu Pisonè e diversis affatur. *Quævis, inquit tu nihil consilio & monitis indigeas in poemate condendo, bonitate naturæ adjunctus & doctrinæ accessione optimè informatus: hoc tamen præceptum memoria diligenter mandes, quod quidè enunciatum similiter, atque proximè: Licet, ait, in alijs artibus & rebus mediocritas non careat suâ laude: in hac tamen disciplina nullus relinquitur laudis locus mediocri Poetae. Prior pars hujus diffensionis confirmatur duobus exemplis jurisconsultorum & patronorum, qui mediocriter jurisprudentia actionisque forensis periti in pretio habentur. Posterior diffensionis pars testimonijs divinis & humanis approbatur, nullam inde Poetae mediocritatem fuisse concessam.*

85. Ratio proximi interdicti e similibus redditur, cujus protasis est triplex: ut, inquit, symphonia deum lædè animis in convivio excogitata si dysphonia fiat, aurem offendit: ut quoque unguentum graviter olens naras: ut denique papaver cum pessimo melle palatum, quibus cena poterat carere, & sine his produci: ita poema, quod de supremo excellentiæ gradu deciderit ad imum, vel etiam ad ipsum mediū ab omnibus malè iudicatur & injucundū. Durissimam certè Horatius videtur sancire legem, quum vnicū, eumque solum præstantiæ locū scripturis poema relinquit, & medio interdicat, ac postremū damnat.

86. Quia hic Nomothetes præfètiebat multorum querelas de severitate hujus legis fore, his facit medicinam e dissimilibus, non, ut gymnasticæ imperitus abstinet exercitationibus publicis & ludis libèter, quæ protasis confirmatur fine, ne sit propter imperitiâ spectatoribus ludibrio, non sic, inquam, Poeticæ ignarus a fingendis versibus temporat, quem certè est ejus majestati imparem esse. Hæc antapodosis mihi videtur explèda ex his verbis, qui nescit Poeticè ludere, abstinere versibus faciendis. Quidam tamen fortasè mallèt hinc agnoscere minorū, quæ dissimiliū, cōparatione & illa sic enunciare: si unūquodque artificè pudet humanam exercere artem, cujus sit expertus, multo magis pudeat ignarū Poeticæ versus jactare inertes. Difficilis est admodum distinctio utriusque nullis expressè notis in litera, vbi latet locus e diversis: quævis ille nesciat artem, vtriusque tamè audacter facit. Huc spectare videtur, quod Plato scribit in Gorgia ex Eurip.

Ἄμα πρὸς τὴν ἐνέκασον οὐδέποτε, καὶ πῶς ἐπιγίγνεται

oportet. Hæc apodosis in litera desideratur, sic explenda, & protasis est duplex. Non dubito, quin reperiantur dicturi, hic esse collationem minorum: quod certamina cursus & cantus, ut minora, cum Poetica maiore comparentur: sed mihi spectanda potius videtur qualitas illorum omnium, quam quantitas.

95. Locus è contradicentibus: ars Poetica discenda est, & acerrimum in ea studium ponendum. Ignavus & iners Poeta responderet insolenti jactatione: ego sine arte et studio mira condo carmina, & in medijs Poetis consistere honorifice possum, qui verò in postremis sunt, repudientur. Deinde ex adjuncta ignoratione, & pudore dicit, se ab artis studio revocari.

96. Iners & dives Poeta depingitur eleganti similitudine: ut, inquit, præco invitat mercatores comendatio præconio ad venales merces & res proscripserit emendas: sic iners & dives Poeta sua opulentiâ & mensâ exquisitis epulis instructâ Criticos assentatores allicit & attrahit, qui ad ipsius sensum & voluntatem de versibus ipsius iudicium faciant.

97. Idem describitur ex adjuncta mentis & iudicii imbecillitate, si benignè parasitis facere, si pro oberatis fide jubere, si litigantibus favere poterit, nimia inde laudis collecta cupiditate non falsum a vero distinguet Criticis & amicis.

98. Docet Pisonem rationem deligendi Criticos descriptione assentatoris ex ipsius adjunctis & factis, ne illi assumat sibi ad emendationem cuiusquam poematis, qui se facile in quolibet affectum & habitum transformare potest, & ad nuntium & voluntatem largientis convertere, idque similitudine confirmat: quemadmodum inquit, præfisa mulieres gravissimum luctu in funere affici videtur, quâ quæ verè & ex animo mortuum luget sic assentator, qui idè, atq; compositus, derisor, simulat se audiendo poemate moveri ipsius suavitate, gravissimum verò laudatore. Hic, utraq; similitudinis pars illustratur minorum collatione, que, separata sibi adversaretur, ut verè lugere, falso lugere: hoc est derisor poematis, ille laudator ejusdè.

99. Ad eundem Criticorum delectum pertinet hoc exemplum, quod videtur enunciandum cõparatè: ut summi principes solent explorare largioris vini potione animos eorum, quos in amicitiam suâ recipere cupiunt: ita Pisonem debent Criticos suorum carminum certo periculo spectare & probare: quâ quidè apodosin sine confirmat, ne per ignoratorem, vel fallaciam, vel blanditiâ insidietur illorum famæ & existimationi.

100. Adhuc rejecit censura nostrorum carminum assentatores, & quibus notis mores ipsorum perspicendi, & dignoscendi essent, planissimum fecit: nunc ex effectis exemplum veri Censoris proponit, qui de poemate corrigendo & poliendo nunquam auctorem cessat admonere, donec fuerit rectè conditum. Quod si forte illum animadvertat emendationis impatientem, desinit tandem operam emendationis perdere, ac eum tradit caco sui amoris, ut eo solus sine amulo fruatur, atq; magni solus faciat opus suum, quod alij nihili pendunt. Est autem hic quidam contractus syllog. & Aristotelicæ ecchethis, quæ sic colligas e versu sequenti: bonus censor & prudens reprehendat versus inertes: ut Quintilius Varus qui modo descriptus est ex obelismo accurato.

101. Est propositio superioris ecchethis: ubi munus fidelis emendatoris præscribitur ex ipsius factis ac similitudine, ac primum versus sine arte factos reprehendit: illorum duritiem emollendam suadebit: incommodis delebit lineâ transversâ, vel, ut Jureconfulti loquuntur, cancellabit, vel, doctiores, interlinet: Luxuriâ eorum, ut vinitor sylvescens vitæ falce, amputabit: obscura illustranda curabit: ambigua jubebit explicari: mutanda notabit: simile deniq; præstabit nobili censori Aristarcho, qui nemini uâ atate pepercit.

102. Proximè simile illustratur dissimili: bonus, inquit, & prudens corrector non enim instabitur, suâ castigatione meruit esse offensionis amico levi de causa.

103. Indulgentia blandi correctoris arguitur ex efficiente: quod illa futura sit causa, cur in discrimen fama post amicus venturus sit: quod similitudine cõfirmatur: cujus protasis est multiplex, ut arguatur, ut fanaticum, ut lymphatum deviant omnes, ne contagio ledantur: sic malum Poetam sapientes fugiunt, & pueri ludibrio persequuntur.

104. Approbatio est apodosis ex ipsius factis, qui versus effundit ineptos sine ratione: qualem poeseos persuasionem illustrat similitudine. Sic, inquit, philautiâ & insaniâ ille affectus odio est omnibus: ut auceps, qui excipiendis avibus diligenter intentus decidit in puteum, cui lapsus, & diu multum clamanti nemo fert opem, dubitans, an servari velit. Id approbatur exemplo Empedoclis Physici Poeta, ne proxima similitudo parum fidei habere videatur, qui falsâ immortalitatis opinione & furore præcipitem se dedit in flammâs Aetne, ut de cadavere ipsius nihil sit factum reliquum. Itaq; se in calum persuasit ad volasse, & immortalitatem consequutum esse.

105. Ostendit paribus, non esse opem insanis Poetis ferendam: propterea quod qui in vitium servat, perinde facit, atq; si illum occiderit, ut qui servasset Empedocle: unde potest colligere, illum non fuisse servandum in obstinatione tam inflexibili. Ratio autè apodoseos est ex adjunctis, quia qui sepius sibi manus cruentas offerre voluit, servatus postea mentis non cõpos fiet. Hoc non cõveniet moribus Christianorum, qui monentur de officio pietatis & caritatis nunquam præmittendo, & illius eventa divinæ providentiæ precibus commendando.

106. Causa quaritur ineptorum versuum, quâ suspiciõne tamè aliquâ ponit in quadam impietate, vel in sacrilegio, incestu, unde tantus exstitit furor, qui cõmiseratiõne indignus exaggeratur similibus: quod sic devotus Poeta malus & sceleratus a Criticis, ut versus, quum effractis clathris furiosè vagatur. Protasis confirmatur paribus: adeo est cupidus recitandi suum poema, ut conducat, qui ausculet: iam arcè quoq; talis Poeta nullis laudibus satis explendus amplectitur & molestâ lectione nec at auditorè doctum atq; indoctum, quæ semel arripuit, quàm hirudo adheret corpori, de quo vix, nec nisi sanguine satiata se demovere solet. Insigne habes Martialis l. 3. in Ligurinum Epigrâ. simili huic insaniâ recitandi carmina sua captum: cujus initium est:

Occurrit tibi nemo quod libenter &c. ut autem auctor noster initium epistolæ duxit a vitiis poetarum & poematum: sic finem ejusdem fecit ex ipsidem: ut pravâ aetatis suæ consuetudinem acriter reprehensâ, unde ad mutationem morum poeticorum, id est, ad emendationem revocaret.

Enarratio Grammatica.

Epistola ad Pisonem.] A multis hæc Epistola liber de arte Poetica nominatur, ut a Quintil. l. 8. cap. 3. a Diome. l. 3. cap. 11. a Donato in Terentio Act. 5. Sc. 4. Adel. a Servio. in Aen. a Probo, ab Aldo Manutio in Iugurtham Salustii. Præterea a Sidonio Appollinari, volumè artis Poeticae, vocatur neq; puto hos omnes alia re esse adductos ad hæc descriptionis persuasionem, nisi quod opinati sint naturâ & veram Poeticæ vim artisque descriptionem hic contineri, quum sit animadversio tantum censoria Poetis illius temporis per Epistolam significata. Non equidem epigraphen jam receptam planè & omnino rejecerim: quum in hanc Epistolam inclusa sint multa, quæ non parum juvant legitimæ artis informationem, si ad hanc aliquis artifex methodi peritus se compararet, ut jam dictum est in præfatione at tamen suadeo inscriptionem jam in præfatione Dialecticorum explicatam intelligentiâ causâ mente retinendam, & hanc Epistolam duabus primis accensendam

dam tertiam lib. 2. Notandum prætereà hunc tractatum Horatij iudicio Porphyrii transcriptum esse ex arte Neoptoleni & vestigijs Aristotelis & Demetrii Phalerei, non tamen sine deflexione magna ab utroque insistere.

Humano capiti.] Verissimum quidem est de omni re illud Terent. Nil iam dici, quod non dictum sit prius, cui ad amissim hæc monstri descriptio videtur quadrare, quam Porphyrius & Lucianus acceptam Aegyptijs referunt, & alias huiusmodi effingunt, ac præcipue Porphyrius hoc nomine celebratur ab Eustathio Iliad. 3. in hos versus:

Πρῶτον μὲν ῥὰ Χιμαίραν ἠμαμακέτω ἐκέλευσε.
Περφύριον ἢ δ' ἄρ' εἴην θεῖον γένος, ἐδ' ἀνθρώπων.

Primum quidem (Præter) iussit (Bellerophanti) ut Chimæra animal inexpugnabile & indomitum, non humano, sed

divino genere brutum expugnaret & occideret. λαμβανόντων, inquit Scholiastes ille de Chimæra, πάντες τὰς ἀπορμας ἔξ' Ὀμήρου, διὰ τὸ μὴ πάνυ σαφὲς αὐτὸν τὰ ἀπὸ τούτης εἶπαι. καὶ κινῶσιν οἱ τὸν γένος κίβρον κρατύνοντες, εἰ καὶ οἱ ζωοποιῦντες, τὸ τετραπῶδες ἔρρον προσέχουσιν, καὶ ζήτητέον τὸν Πορφύριον καλῶς τοῖς ἀπὸ τῶν διωδίων ταῖς id est, omnes Poetae bre-

vi nec admodum dilucida descriptioe Homeri, quæ monstrum Chimæra explicavit, occasione capiunt illius amplificanda, hoc videtur aut aliquid simile desiderari in litera Scholia-

stæ ad perfectionem sententiæ, & accessione tertij commentij iam superant illam Homeri, etiamsi pictores in opus prodigialiter augendum incumbunt: atque querendus est Por-

phyrius, qui probè dijudicet discrimina. Inter has prodigiosas imitationes, quas tamen haud magna in laude ponendas censeo: quia sunt præter naturam aut certè

excessivè, illius modum excedentes, quæ nihil inquam tam dissimile sui possit effingere, quàm animal e multiplicis formæ partibus, hominis, equi, avis & piscis & aliorum membris coagmentatum: de quo dictum fuit

Ode. 27. lib. 1. & veritas fabulæ enucleata e Solino & Servio. Accedit huc, quod scribit Cicero sub finem lib. 1. de Nat. Deor. ut imagines earum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque esse poterunt, ut Scyllæ, ut Chimæra incur-

runt in animum. Hisidem initio lib. 2. accenset Hippocentaurus Prætereà Galenus lib. 3. de usu partium invenitur in Pindarum, qui finxit ex hominib. & Magnesiis equis nasci Hippocentaurum: ut tamen ostendatur hæc fuisse monstra, facit, quod Plinius scribit lib. 7. cap. 3. & D. Hieronymus in vita Pauli. Et certè non magis ab

hominum natura absunt capri, quam equi, & tñ Satyros ex capra & homine commistos fuisse in Subsolanis Indorum montibus tradit Plinius, & Plutarchus ad Syllam. Verum de Hippocentauris vide l. 97. ff. de verb. obli.

Quod si quid fortè huiusmodi natura ederet, in quo elemento ad sui conservationem degere vitam posset? Quamquam autè hoc valdè abhorreat a sensu communi: est tamen scitè accommodatum ad deformitatem mali poematis notandam, quum Poetica sic a Plutarcho in

libello πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκίβην, quomodo poemata sint adolescenti audienda, definiatur: ποιητικὴ, ἁρασι, ἐστὶ μι-

μητικὴ τέχνη καὶ δύναμις ἀντίστροφος τῆς ζωγραφίας. αὐτὴ μὲν ἐστὶ φθεγγόμενῃ ἢ ποιητικῇ δὲ στυλῶσα ἢ ζωγραφία. Poetica, inquit, est ars imitandi & facultas altera ex parte respondens arti pingendi: hæc quidem est poesis loquens: poesis verò tacens pictura. In hoc autem poematis vitio demonstrando noster

Poeta imitatur primùm Platonem lib. 2. de Repub. sub finem, qui ostendit Hesiodum, Homerum, cæteroque Poetas valdè reprehendendos, quòd fabulis falsis homines induxissent in gravissimos errores de Dijs. Hos enim illi malè finxerunt mæchari, ac indulgere fur-

tis, odijs, cæterisque affectibus pravis quibus exemplis homines postea sibi tantam malè vivendi licentiam permisissent. Itaque Poetæ tales se, præstiterunt figmentis

suis: quales solent pictores, dum ea pingunt nullà verè similitudine, quæ instituerant imitari. Deinde Aristotelem, qui, quum in Poetica vult aliquid probare, sapiens ad nationem pictorum recurrit, ut sub initium artis Poeticæ fecit in varietate imitationum docenda, ubi tres egregios pictores appellavit, Polygnotum, Pauson & Dionysium, qui Poetis, Homero, Nicochari, Cleophonti responderent genere imitationis.

Cervicem.] Virg. 3. Georg. in descriptione equi generosi, ubi dixit: Densa iuba & dextro jactata recumbit in armo. addit pauld post: cervicem equinam: Talis & ipse iubam cervice effudit equinã.

In humano debet Grammaticus observare primam syllabam produci, quamvis in primigenio Humus correpta sit, sicut in nomine liquor corripit, & in verbo liquitur extendi, quæ observatio est Servii in 1. Georg. initio.

Inducere plumas.] Pro quo Cic. dicit 2. de Nat. Deor. quædam animantes sunt obductæ plumis: sed hæc tò inducere valet, superinducere membris in casu dandi. Hic varias intellige versicolores inductas membris ex omni animalium genere coactis, collectis, congestis & corrogatis ad tam prodigiosæ picturæ coagmentationem. Gall. assemblée, ou mis ensemble. Sic dixit Ode 4. lib. 3.

Ut premeret sacra Lautòq, collatãq, myrto. quas palumbes collectas & congestas contulerunt ad me pueram dormientem tegendum.

Astrum in piscem.] Id est, ut monstrum illud sit (ut ita dicam) infernè piscis, vel illius pars infima sit similis pisci: sic Epist. 3. lib. 1. dixit: non tibi est ingenium turpiter hirtum: sic turpiter inertem, Ovid. 2. de remedio amoris, ut ad hoc adverbium cum epithetis videatur

κέρ τε καὶ ἀρχυπύκου. Ater autem videtur deflexum πικρὸν τὸν ἀνθρώπου, a carbone, qui est Servio in 2. Aen. pruna extincta, ad quod erymon videtur allussisse Terent. Adel. Act. 5. Sc. 3. versu 63. Tam excoctam reddam, atque atrã, quàm carbo est, sed hic propriè sumitur quo turpi, fædè ac deformi; ut videtur sumi lib. 3. Georg. versu 430. de Cherhydro serpente Calabrico:

Huc piscibus atram Improbis ingluviem ranisq, loquacibus explet. Sed Od. 11. lib. 4. atræ curæ metonymicòs dictæ sunt, ut annotavimus.

Formosa supernè.] Sic loquutus est Ode 20. lib. 2. album mitor in alitem supernè. Quod autem γυνικὸς dixerat, humano capiti, idem nunc dicit εἰδυκὸς de muliebri.

Spectatum.] Sic Cicero in senectute dicit, sessum recipere, quod Gaza interpretatur, εἰς ἐδ' ἐγὼ παρελθόντων, ut hic interpretatur, εἰς θεῖν ἐπιτελεμένω πικρῇ ληθόντες. Pro hoc Cic. dicit, admissi ad causam dicendam, & Cæsar, ad colloquium admitti. Valet ergo, admissi ad spectandum tale monstrum, vel ad illius tam admirabile spectaculum, aut

potiùs visu horrendum, ne amici quidem pictoris a risu possent temperare: tantò certè mids alieni. Quintilianus lib. 8. cap. de ornatu, ad causas corruptæ eloquentiæ docèdas apponit deformitatem huius monstri in exèplis, Κομισμὸς (pro hoc alij legunt σορεμὸς, coacervatio diversarum linguarũ) σορεμὸς, inquit, appellatur quædam mista ex variorum linguarũ oratio, ut si Atticis Dorica, Ionica, Aeolica etiã dicta confūdatur: cui simile vitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, vetera novis, poetica vulgariibus misceat. Id enim tale est monstrum, quale Horatius

figit, humano capiti. Pro, tenere risum, dicit Sat. P. lib. 2. mappà comescere risum: illo priori Cic. usus est lib. de clavis Orator, ut, continere risum, li. 4. de Fin.

Credite Pisones.] Familia Pisonũ Romæ fuit & nobilissima &

simā & antiquissima, quæ & Calpurniorum dicta est, & ἀντικαταστάσις ἑστίν, ut id declarant due notationes, altera nominis, altera rei: quam Ovidius utramque in Panegyrico, id est, epistola de laudibus Pisonis patris confirmat, ad quem solum ipse scribit, sed hic Horat. ad eundē, & ipsius liberos, quū sic eos appellat:

— Pater & juvenes patre digni, & postea
— Vos, o

Pompilius sanguis, carmē reprehendite, quod non, &c. Sic igitur Ovid. initio Epist. celebrat Pisonis genus, cujus originem repetit a filio Numæ Pompili Calpo.

— Hinc tua Piso
Nobilitas, veterisq; citant sublimia Calpi
Nomina Romanas inter fulgentia gentes.
Hinc tua me virtus rapit & miranda per omnes
Vita modos, quæ, si deesset tibi forte creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.

Deinde utriusq; nominis rationem notat hoc modo:

— Quid memorare necesse est,
Ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claræq; Pisonis tulere cognomina prima,
Humida callosâ quum pinseret hordea dextra?

Eandem Pisonis etymologiam confirmat Plin. lib. 18 cap. 3, ubi refert multas Romanorum familias cognomina invenisse ab his adjumentis, quæ agricultura attulerant, ut Pili, qui pilâ pistrinis invenerunt, Pisones a pinendo; jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronū, ut quisquis aliquod optime genus fereret. Juniorum familia Bubulcum nominaverunt, qui bubus optime uteretur. Ex his cognoscis repudiandum esse illud Pisonis etymon ab inventione vel fatione pisorum, quod tamen si auctoritate alicujus locupletis testis niteretur, non eilet improbandum.

[Esti tabula.] Hoc equidem puto dictum per quandam contemtionem, quomodo Terent. dicit Act. 4. Sc. 4. Heaut. ego potius estis commovebitis ubi Donatus annotat, bene istos, quasi odiosos, ut in Eunuch. cum milite isto: hæc enim pronomina spernentis sunt, odiumq; monstrantis.

Aegri, &c.] Si vera est distinctio vocum *eger* & *egrotus* & *egritudo* & *egritatio*, hic morb. animi significatur, ut corporis lib. 1. Epist. 1. ubi dixit *egrotum* lednem, & 2. ejusdem *egrotum domini corpus*: dixi, si vera est distinctio, ut monui in his locis, quia Terentius illam non observat: primum in Andr. Act. 1. Sc. 2. deinde in Heaut. Act. 1. Sc. 1. *animus egrotum*, pro, *egrum* dixit: sic hic Poeta contra Sat. 4. lib. 1.

— Avidos vicinum funus ut egros exanimat, pro, *egrotos*, ut quoq; Epist. 5. lib. 1. *vicus gemæ invidus egri*, pro *egrotis*.

Vane.] Omnes libri & poematis partes varietate figmentorum non sibi mutuo respondent.

Vane species.] Id est, inepta figmenta, ridicula, & absurda, quales sunt alienæ ab argumento descriptiones & amplificationes. Notatum est alibi etymum τῆς formæ a Donato in Act. 1. Sc. 2. Phorm. ad vers.

— Ut, ni vis boni in ipsa inesset forma, hæc formæ exsinguent, hic tamen videtur accipi pro specie animalis externa.

Audiendi.] Hoc verbo significat audacem animum & sibi nimium confidentem ad quidvis fingendum & comminiscendum: quam Poetarum & pictorum licentiam, quamvis Lucianus scribat in oratione de imaginibus nullis dicende causis legibus teneri; Plato tamen lib. de Rep. 4. docet, comprimendam esse.

Cocant immixta.] Usus est hoc verbo Epist. 5. lib. 1. in assignanda cuiq; convivæ accubatione epulati, & idem explicavit accessione alterius.

— ut cocant par, jungaturq; pari—Contra Damon Eclogâ 8. e disputati conjugio Mopsi & Nisæ præ-

dicat *κατασκευαστὸς καὶ θαυμασιὸς ἄμα* fore, ut animalia sibi mutuo & naturâ infesta & inimica inter se concilientur in potterum:

Mopso Nisæ datur: quid non speremus amantes?
Jungentur jam Gryphes equis. evog, sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula dama:

Virgilius hic utitur jungendi verbo eo sensu, quo Horatius geminandi. *Immixta*, valet, acerbum, crudele & asperum, cui opponitur placidum, mite & quietum.

Serpentes.] Hæc rerum & animalium tam naturæ repugnans compositio labefactat omnem hominum fidem stupore: valet autem τὸ *geminari*, idem, quod conjungi & commisceri, copulari.

Assuetur pannus.] Hoc e loco Luciani ad finem præfationis proximè antecedentis potest Græcè pronuciari, κατ' ἔτυπον τὸ ὄνομα πορφύρεον. sed frustra panni hinc inde inserta vesti, Græcè ἐμβολισμῶτα vocantur. Hanc quoque sententiam Plato lib. 10. de Legibus videtur sic enunciare: μέγιστα ἐπιβάλλεσθαι καὶ τῶν μικρῶν ἀποτυχεῖν: *majora suscipere & aggredi, & parva assequi*. Hic autem sequens locus intelligitur de ara Dianæ Taurina, ubi hospites olim mactabantur, & quod Iphigenia & Orestes advenerunt, & simulacrum Deæ inde exportarunt in fasce lignorum occultum, undè postea Diana Fascellinia est nominata.

Aque ambitus.] Ita Cic. de nat. Deo. vocat rotundos stellarum ambitus, ut hic Horatius sinuosos aquæ circuitus. Hæc vox inclinatur a verbo, *ambire*, quod fit ex inseparabili particula *am* valente in junctura τὸ *circum* vel undique. Itaque ambitus est actus ambientis, id est, Varroni terentis iter circumeundo. Epithetum autem *ambitus*, a, um, i. circumdatus extendit penultimam. Hæc est propria notio hujus & inclinatorum ab ipso: undè transfertur ad alia, precibus blanditiis, artibusque iniquis, non honestis virtutis actionibus quaerenda, ut Ode 35. l. 1.

Te pauper ambit sollicita prece. Item:
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor. Epist. 19. l. 1. inde ambitio, ardens honorum consecratio, immoderataq; cupiditas eo tandem.

Flumen Rhenum.] Eadem syntaxi Cæsar l. 1. comm. de bello Gal. dicit Garumnâ flumē, Oceanum mare, ut Ode 4. l. 4. *Testes est Metæurum flumen*, & Od 9. l. 2. flumen Nereus, quod Latinius dicitur, quam flumen Rheni & flumen Nerei. Illud autem Carulli est aliquantò licentius:

Nimirum Oceano se ostendit noctifer umbre,
pro Oceani unda, ut Virgilius loquitur.

Cupressum simulare.] Est picturâ referre illius arboris similitudinem, cujus etymon repete e Gram. Od. 9. l. 1.

Quid hoc.] Subjice interroganti: nihil hæc simulata cupressus valet ad ostendendas fractæ navis partes, & misericordiam spectantibus cōcitandam in hominem naufragum, id est Græcè, εἰς τὸν τῆς ναυαγίας χηρομένον.

Enatat ex spes.] Quod Græcè dicitur, εἰ μὲν ἀελπίς ἢ ἀνέλπις ἐπιπέσει ἐπὶ τῆς πύργου, si spe dejectus natat in mari.

Qui pingitur?] Quomodo pingitur? & ita scribendum videtur: qui pingitur: id est, quomodo picta cupressus representat hominem naufragum, asseribus fractæ navis servatū natando, rebus desperatis: aut, quomodo cupressus, lucibus mortuorum solum destinata. potest naufragum superstite referre, qui numeravit pictori pecuniam ad imaginem sui naufragii exprimendam: uti obiç; profecto est magna pictoris culpa, & iudicii inopia.

Amphora caput.] Habes rationem vocis hujus Ode 9. lib. 1. Urceus autem est vas fictile, minus amphorâ, qualis est Hydria, Gallicè, *cruche*, *buje*. De fictili urceo sic Martialis lib 14.

Hic tibi donatur pandæ ruber urceus ansa:
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Currente rotā.] Pro quo Xenophon dixit Pæd. 6. τὸ πρὸς
 ὡσεὶ δινεύειν, & Plutarchus, πρὸς ὡσεὶ εἰχόντων. Hic currere
 videtur, ut dicitur sæpè apud Homerum, explicandum per,
 agi in orbem & circumferri. Ita Eustathius interpretatur,
 πρὸς ὡσεὶ, τὸ αὐτὸν κύκλον ἵκειν καὶ περιφέρειν, καὶ προσηλα-
 τείδειν, in modum rotæ circummagi.

Simplex & unum.] Hoc videtur sumtum ex Aristote-
 lis loco de arte Poetica: μῦθος δὲ εἶναι εἰς ἓξ ὡς περ πένες οἰονταὶ
 ἄν περὶ ἐνὲ ἢ πολλὰ γὰρ καὶ ἀπειρα τῶ γὰρ ἐνὶ συμβαίνει, ἐξ ὧν
 εἰς ἓν ἐστὶν ἕκαστα δὲ αἱ πρῶται ἐνὲς πολλὰ εἶσιν, ἐξ ὧν μία
 ἐστὶ μία ζῆνται πρῶται, id est, fabula autem est una, non quem-
 admodum nonnulli arbitrantur, si circa unum aliquem fue-
 rit: multa enim & infinita uni personæ contingunt, ex qui-
 bus nonnullis nihil est unum: sic autem & actiones unius
 multæ sunt, ex quibus una nulla fit actio. Ubi consideres
 unum quidpiam dici bifariam, aut quod per se est solum
 & a cæteris se junctum: sed hoc modo Tragedia non po-
 test dici una, quæ ad excellentem sui constitutionem re-
 ctum ordinem, & justam debitamque magnitudinem,
 quæ non possunt in hac brevi & concisa simplicitate con-
 sistere, juxta requirit: aut unum quoque dicitur, quum e
 consentanea complurium actionum & partium conjun-
 ctione illud conficitur: quo in genere versatur fabula:
 quæ, quum sit imitatio actionis humanæ, & hæc multis
 ac potius infinitis utriusque eventis subjiciatur, quæ uni
 personæ vel genti contingunt, non ex omnibus his even-
 tis & hominis actionibus componi potest: quamvis illa
 fluxerint ex uno & eodem. Itaque unum fabulæ corpus
 potest duntaxat ex his actionibus & eventis constitui,
 quæ possunt in unam actionem redigi: non autem ex his,
 quæ inter se planè discrepant. Quare fabula poemate ex-
 primenda non dicenda est una: quod in unius hominis fa-
 ctis describendis occupetur: sed quod e multis actioni-
 bus & eventis illius nonnulla possint in unam actionem,
 tanquam in unum corpus, colligi, undè fabula dicitur
 coagmentatio rerum. Sic bipertita orationis notio in-
 telligitur ex illo ejusdem Poetices loco, εἰς δὲ εἶσι λόγῳ δι-
 χῶς, ἢ γὰρ ὅ ἐν σημαίνων, ἢ ὅ ἐν πλείωνων συνδέσμων, οἷον ἢ ἰδιὰς μὲν
 συνδέσμων εἶς, ὅδὲ τὰ ἀνθρώπων, τῶ ἐν σημαίνων. Oratio autem
 bifariam dicitur una: aut enim est oratio, quæ unum signifi-
 cat: aut quæ ex pluribus conjunctione fit, ut illius conjunctio-
 nis (plurium orationum) fit una, Hominis autem oratio (id
 est, definitio, homo est animans, rationis particeps) est u-
 na: quia unum significat, hoc est, hominem. Aristoteles
 docet alibi τὸ ἐν unum dici quattuor modis; ὑπόστασις, ποιήσεως
 ὑποκειμένης, παθήσεως, causa, effecto, subjecto, & adjuncto, id
 est, argumentis consentaneis, ut facillè cognoscas ex hoc
 enunciato: Sophocles scripsit fabulam de Ajace ob nega-
 ta ipsi Achillis arma furente in castris Græcorum. Est hoc
 axioma simplex & unum ex argumentorum consensio-
 ne, efficientis, materiæ, formæ, finis, subjecti & adjuncti.
 Nihil profectò verè dici potest unum & idem absolutè,
 nisi interventu harum quattuor causarum, ἀσυνεβηκό-
 τας, accessione duorum postremorum, sicut facillè opti-
 meque perspicias ex epilogo argumentorum consenta-
 neorum in Dialectica P. Ram. Hæc autem simplex & u-
 num respondent, ἀπὸ θέντος τῶν ὑποκειμένων, quomodo superiori
 Epist. 5. lib. 2. ad famil. Cicero hæc opponit: *Tua laus ad
 nos nec obscuro, nec vario sermone, sed & clarissima, & unâ
 voce perfertur*: Sed in verbo sit exple Ellipsin τῆς, poema,
 & τὸ quod vis, id est, quod pangere & constituere habes
 in animo, distinctiunculis include.

Duntaxat.] Exquisite fabulæ convenientiæ & quabilis
 & conjunctio inoffensa his vocabulis, *Simplex, duntaxat,*
 & *unum*, idem penè valentibus indicatur. His etiam voci-
 bus Plutarch. utitur ad distinctionem amici ab adulato-
 re, ὅτι μὲν ὁ κόλαξ ἔχει ἀπλῆς, ἐδὲ εἰς, ἀλλὰ παντοδαπὸς ἐστὶ καὶ
 ποικίλος, εἰς ἄλλων ἐξ ἄλλου τύπων ὡς περ, &c. quod adulator

non sit simplex, & unus, sed varius & multiplex, mutabi-
 lis, in hunc atq; illum habitum.

Maxima pars decipimur.] Anomalia est numeri & per-
 sonæ, pro, nos ferè omnes & maxima ex parte decipi-
 mur.

Specie recti.] Id est, vitia loco virtutum sequimur, &
 a medio imprudenter digressi ad extrema delabimur:
 multa enim falsa sæpius speciem veri solent ferre, undè
 species semper opponitur rei & veritati, dicta ab aspectu,
 ideoque pro colore & simulacro, imagine & similitudine
 sumitur. Cicero Epist. 1. lib. 12. ex quibus utrisq; civitatibus
 & Græcorum numero speciem exercitus efficit, id est, non
 planè omnino exercitum, sed imaginem & similitudi-
 nem tantum illius.

Brevis esse.] In brevis esse laboro est ellipsis τῆς si labo-
 ro, &c. ideoque concisa est hæc oratio, ut, quod docet vi-
 tandum, videatur consultò præterire: ideo hanc epexege-
 sin subjicio: species recti nos sæpe fallit, ut, quum studeo
 brevitati, non intelligar: ideoque Pindarus εἰδ. θ. σπορ, δ.
 καλ. 12. Πυθ. canit, ἀρετῆ δὲ αἰεὶ μέγαν πολὺ μύθος, virtutes
 magnæ copiosam prædicationem requirunt. βασιδ' ἐν μα-
 κροῖσι ποικίλλεν ἀκοὰ σοφοῖς: sed brevis illarum exornatio au-
 ditorem requirit eruditum: quod Scholiastes ita explicat:
 τὸ τοσοῦτον ἀκροῦτό δέ τῆς, ἵνα σὺν τῶ πολὺ ἐπιτετημημένα, hoc
 indiget sapiente autore, ut intelligat hæc multum concisa. Idè
 lib. 23. Amianus Marcellinus dicit: quod autem erit paullo
 prolixior textus, ad scientiam proficiet planam: quisq; enim
 affertat nimiam brevitatem, ubi narratur incognita, non
 quid signatus explicet, sed quid debeat præteriri scrutatur:
 quum autem ornatui, & concinnitati studeo: nimis vi-
 dear mollis & effæminatus.

Seclantem.] Hoc quidam putant intelligendum de
 mediocri genere scribendi polito & terso, quod etiam alii
 consecrantes & viribus destituti incidunt in genus languidum
 & molle, ut Ovidius.

Deficiunt.] De vi ac syntaxi hujus verbi dictum est
 Satyrâ primâ libri secundi.

Animique.] Hæc vox in plurali pro magnitudine, fe-
 rocia, & superbia, quomodo etiam spiritus, Græcè τὸ φρό-
 νημα, Cic. 1. de officiis: *Majores animos facere*, & pro do-
 mo, *effert animos insolentia dominatus*, & Tetricius *Tollere
 animos* in Hecyra Act. 5. Sc. 5. ver. 57.

Tutus nimium.] Id est, nimis cautus superstitiosè pro-
 vidus.

Timidusq; procella.] Sic Ovidius dicit *timidus Deo-
 rum*: sed Cicero: *timidus in labore militari*, &, non *timidi
 in contentionsibus*, hoc in 1. Agraria, illud lib. 7. ad Tre-
 bat.

Qui cupit.] Magnitudo rei videtur perpendenda, ex
 hujus Poetæ cupiditate: quod verbum *cupere* plus valeat,
 quàm *velle*, ut Donatus ver. 85. Act. 1. Sc. 2. Eunuchi anno-
 tavit, ut talis conatus rei sic variandæ videatur prodigia-
 lis, undè *delphinum sylvis adpingere & cupressum simulare*
 in proverbialia cerfserunt.

Prodigialiter.] Linacer hîc animadvertit hyperba-
 ton, id est, ordinem syntaxeos confusum, quod τὸ *prodi-
 gialiter* construi debeat cum *adpingit*, non cum *variare*:
 itaque illud virgulis intersepiendum: quod Græci inter-
 pretantur *περὶ τῶν δῶν*, aut *περὶ τῶν δῶν*. Pro hoc Claud. di-
 cit lib. 1. de raptu Proserpinæ, *rubens prodigiale cometes*, &
 Plin. lib. 37. cap. 72. *Lien cum jecinore locum aliquando per-
 mutat, sed prodigiosè.*

Delphinum.] Stobæus sermone 109. de spe refert ex
 Archilocho posse opinionem omnis incredulitatis, ad-
 mirationis & desperationis hominibus levare, si conside-
 rarent a Jove noctem e splendida die fieri, quod sic con-
 cludit: *μυθὸς ἐστὶν ὑμῶν εἰσορᾶν θαυμαστῶ, μήδ' ἵνα διελοῖσθῃ-
 ρες ἀνταμείψανται νόμον ἐνάλιον, καὶ σφὶ θαλάσσης ἡλίνετα κύμα-
 τα φέ-*

τα φίλτερον ἵπτερον γένεται, τοῖς δ' ἰδὺ ἢ ὄρος. id est, nullus vestrum in posterum miretur spectaculum rei cuiusquam novae, nedum, ubi fera pascua maris permutarint cum delphinis, atq; illis quidem sonori fluctibus maris cariores fuerint ipsa continentis, his vero montosa sylvae placuerit. De delphino lege Plin. l. 9. c. 8. qui idē de ipso scribit, quod Oppianus lib. de natura piscium & plura, & Athenaeus lib. 7. & 13. Aristoteles in hitoria animalium.

Ὅσον γὰρ κέρσοι μετ' οἰωνοῖσιν ἀνακτες
Αἰετοῖ, ἢ θήρασι μετ' ὀμίσησι λέοντες.

Ὅσον ἀεὶς δέσπον ἐρπυσήσῃ δράκοντες:
Τόσον καὶ δειλότερον ἐν ἰχθύσιν ἡγεμονίης

— Διὰ γὰρ βίβλ. ὡς, θάλασσαν
ἵπτανται — id est.

Quantò enim aquilae reginae leves ceteras aves ante-
Aut leones crudeliter alias feras, (cedunt,

Quantò Dracones praestant aliis reptilibus
Tantum etiam De phini duces ceteris piscibus

— Per volanti enim instar sagitta mare.

& est ἰλιάθροπος, ut crocodilus μισανθροπος. De priori apponit tibi exempla Agellus l. 7. c. 8 in puerum, & idem lib. 16. c. 1. in Arionero siccinē, non ille pida, nec invenusta. In vitium.] Declinat o alterius extremorum, nisi cautē & cogitatē tractetur, deducet te in alterum.

Aemilianum.] De origine & familia Aemiliorum lege Plutar. hunc in vita Pauli Aemili. Videtur Horatius ex hac topographia peperit ille nomen huius stuarrii, cuius officinam facit post eman vici, ubi erat ludus Aemilianus. Est praeterea hic notandum, Poetam more suo loquutum per primigenium pro nato ab eo semilianum, ut sapē jam notatum est.

Exprimet.] Enallage est temporis pro praesenti exprimit & imitatur.

Et molles.] Gorgius Merula meritò reprehendit Domitium, quod nō rectē hoc verbum explicavit, quum ita explicandum esset in hoc versu Epigr. l. 1. Martial.

Nec Trivia templo molles laudantur honores. molles honores, non luxuriosos Asiaticos, sed molles honores accipimus in commendationem tuam artificum, tum statuarum: quem locum Merula Turnebus firmat l. 7. c. 1. & docet similiter intelligendum, de eleganti illa & molli, & egregia & honesta ionica structura, eundemque claritius lib. 22. cap. 1. arbitror, inquit, quod quum rigor sit in materia arii, tamē tanta arte simulata staturaq; ducentur, ut deposita, metalli duritie, & rigore in mollietudine animatis vires concessurum sit: ubi citatur hic versus & alter e Sat. 3. lib. 2. Quid sculptum infabre, &c. & e Callistrato, εἰδὸς ἂν ὅτι καὶ σαρκοῦ ὡς εἰς τὴν τὴν βίβλ. ὡς εἰς αἰμαλίτητο. Scio, quod, quamvis esse rigidus lapis vel es, in similitudinem tamen foemina remollurim. Quod autem dixit Martialis honores molles, profectò sic translata sumendum est pro sacrificii templorum Ionicis & sumtuosis: ut flores, foeta, fronde arborum passim a Poetis honores sylvarum vocantur, atq; hoc loco, molles capillos ex aere imitari, idem sonat, quod illud l. 7. Aen. ver. 634.

Aut leves ocreas lento ducunt argento

& alterum lib. 6 ejusdem operis, Exudent alii spirantia mollis aera, ubi Servius citat hunc locum: quod fit aut malleistundendo & in laminas longas & latas extendendo, aut fundendo.

Operis summa.] Infelix propter complementum desideratum & confectionem operis τὸ σύνολον καὶ σύστημα: quod Pindarus dicit, de tempestiva rei confectione, εἰδὸς σπορ. ἢ κολ. 16. Πυθ. ὅδε καὶ οἰκίος παντός ἔχει κορυφάν, verum opportunitas totius rei eodem modo habet caput, id est, continet summam & perfectionem. Valeret aut hic ponere idem, quod fingere, ut Ode 8. l. 4. monimus.

Huc me.] Id est, talem, ut sumitur Epist. 6. lib. 1.

Non fueris hic tui.] Id est, non fueris talis. Sic Virg. Hic finis Priami fatorum, hic exiit us illum Fortè tulit.

Spectandum.] Id est, laudandum & probandum. De nigredine harum partium habes in Od. 32. l. 1.

Materiam.] Egregiam ad nonitionē vide apud Petron. Multos o Iuvenes, armen accepit. Pro materia Terentius dicit in prologo Andr. non valde dissimili sunt argumenta. Ita Cicero ad Brutū scribit, quod argumentum simile non erat, undē apparet, ait Fabius Quint. l. omnem ad scribendam destinatum materiam ita appellari, vulgòq; paullo numerosius opus dicitur argumento, ita.

Potenter.] Eis dīnam vel ὅσον γὰρ δυνάμει παρὰ αὐτῶ ἔστ, qui materiam scribendi sibi delegerit pro modulo virium suarum, ilam tractare lectissimorum argumentorum copiā, & d distributione partium legitime dilucideq; disposita poterit explicare. Hoc consilium sequutus est ipse ipse Od. 6. l. 1. & Sat. 1. l. 1. ad haec verba.

Cupidum pater optime vires Deficiunt. In cui lecta, est antiptosis pro, a quo res delecta erit. Observandum autem hic est, Poetam interpretari verba Aristotelis in Poetica, περὶ ἐλέδων μίμησιν, καὶ περὶ ἐλέδων ὁρθῶς quum dicit sumere materiam & legere rem, id est, delectum habere materiae imitanda. Hic faciendū malo ad expeditam differendi facultatem, quam ad eloquendi vim referre: quod haec muta sit cessante argumentorum inventionē.

Et Venno.] Servius in versum 4. Aeneid. ut paullo antē protulimus.

In probis amor, quid non mortalia pectora cogit!

scribit aliud agens, hunc locum Horatii de ordine artificiali & naturali intelligendum: & certē, ni fallor, ego interpretari possum, ordinem naturalem esse eum, quo Historici utuntur, dum ab his res, quo sunt gestae ordine, eo memorantur artificiale verò, dum quaedam ab auctore, probantur, alia improbantur, atq; in aliud tempus & locum differuntur. Causa autem huius ordinis perversi recententur sic ab Eustathio Iliad. α, ὅτι δέκα ἐτῶν περιπομένων τοῖς Ἕλλησι περὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον Ὀμήρ. τὴν Ἰλιάδα ἐν τῶν τελευταίων, ἢ πρὶν αὐτῶ δέκα ἐτῶν ἐποίησεν, ἐδὲ ἐξ αὐτῶ ὄλεσε ἀλλ' ἐν μέσσοις προσέτιθε' ἐστὶ τῆς ἐν αὐτῶ συμπεσοῦσης μίμης τῆς Ἀχιλλέως. Ἐμετὰ δὲ δόξα ἐστὶ ὁ Πρωϊκὸς τῆτος, ἀμα μὲν διὰ τὸ κρηνοκρηπίδα καὶ τῶ ἀναλίσκω ξενίον. Τὸ γὰρ κρηνοκρηπίδα ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρξάμενοι, ἢ τὸ κρηνοκρηπίδα, καὶ ὁ ἀμροατῆς δὲ, ὡς ἐπιπολὺ ἄτος ἐλπίσει γινέσθαι ἀμα δὲ καὶ διὰ τὸ δεινότερον, τὸ ἔστιν οἰκονομικώτερον. Οὐδὲ γὰρ εἶχεν ἀλλῶς, ἀξιολογῶν ὕλην γρηπίδα. Διὸ τὰ μὲν περιηρησμένα ἐπὶ αὐτῶ ἔστι, ἀνεμεικῶς ἔχον τῆς μαχίης πολεμικῶν τῶ ἀμροατῆτος Ἀχιλλέως, καὶ τοὺς Τρώας, ὡς τὰ πολλὰ, τῆ πόλει διὰ δὲ ἐκκατακλιθῆ. Ὅτι δὲ αὐτὸς ἐμύλιος, σωστὰ δὲ ὁ πόλεμος ἀναδαρησάτων τῶν Τρώων, καὶ τεχνικῶν ἀπείριαν ἐπαύθη δὲ τὸ γρηπίδα ὁ Πρωϊκὸς, ὅν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν μιμησάμενοι Τρωϊκοὶ τε καὶ Κομικοὶ, καὶ ὁμοίωτα πη καὶ αὐτῶ μετεχειρίοντο τὰ οἰκεία ποιήματα. Ἡ αὐτῆ δὲ τῶ Ὀμήρω μετὰ δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσεΐα διεχειρίσθη. Ἐάν δὲ περὶ λίχρ. τῆς ἀκολῶ καὶ ζητητικῶς τὰ εἰς μάθησιν, δυσκόλως ἔχει περὶ τῆν μέθοδον, βαρυνόμεν. ὅτι τὸ τέλ. κωδων, ἀπικε. ἔσαι τῶν περὶ τῶ τέλοισ, πρῶτον δὲ οἰς ἐδὲ τὰ ἐν ἀρχῆ παραλείπονται οἱ ὄντος ἐν τῶν τελευταίων ἀρξόμενοι ἀλλ' ἀμροατῆτος καὶ αὐτῶ τῆ τῶ βιβλίε ὀλίγη παρενοσείρεσιν, οἰον μετὰ τῶ τῶ Πάρι. ὁ κείον ἐπὶ ταῖς Θεαῖς, ἀρχῆ τῶ Τρωϊκῶ πολέμου, Ἐλένης ἀρπαγῆ καὶ μετὰ ταύτῃ σωμλοντα φάσαι, ἀνάπλους Ἐν ἰλίω ἐν Τρωϊαν, διὰ ἀμύων ὑπὸ καθηγήτῃ τῶ Κάλχαντι. Ἐτα μετὰ εἰσμος Ἑλλήων εἰς τὸς πολιορκουώτας, καὶ εἰς τοὺς ὑπ' Ἀχιλλέω πολεμικῶν ληϊζόμενους, ὅπε τε νῆσοι καὶ ὅπε χερσαῖας πόλεις μετὰ δὲ μύλια τὰ ἐν μέσσο διαρπατμένα ἐστ. ἀλωσις καὶ τῶν ὑποπακίων Θηβῶν, καὶ ἀχμαλωσία Χρησπίδ. ἔρ ἢ πρῶσβεία Χρῦσα καὶ παρόρασις ἢ ἐπαθε, καὶ χόρ. Φοίβη καὶ λοιμὸς, καὶ μύλις Ἀχιλλέως. Ὅδὲ Πρωϊκὸς τὰ φθεῖοντα περιεφραμῶν

Fragmentary text from the left margin, partially cut off.

μὴν, ἐν ταύτης ἤρατο, καὶ δὴ ἄλλο μὲν καὶ αὐτῷ, καὶ τῷ κατ' αὐτῷ ἐν ἀφῆκε δὲ ὁμοίως ἐπὶ τὰ πρὸ ταύτης, ἀλλὰ καὶ ἐκείνα, καὶ ἄλλα μύρια τῶν παλαιότερων παρενέθετο, ἐν σπείρει ὡς καὶ ἐκεῖ, ὅπῃ παρικοί ὡς αὐτὸς ἐνοεῖ καλὸν εἶναι καὶ ἐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ πολλὰ καὶ τῶν ἐφεξῆς τῆς μιλῆσι, τῆς Ἰλιάδι ἐπε- λυσιώτερον παρενέβαλεν οἷον τὸν τῷ Ἀχιλλέως θάνατον τῆς Τροίας ἀλωπῆ, ὅπῃ ὁ Διεύας ἀρξεί ὡς τῶν Τρώων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Ὡς τε εἶπε εἶποι, τὸν Ὀμηρον αὐτὸ τῷτο ἐκ τῶν τελευταίων ἀρξάδα, ἀλλὰ μάλιν ἐκ τῆς τῶν ἐργῶν ἀκμῆς παρεσκευκῆσαι δὲ, καὶ τὰ τε φθάσειν ὅτι χρόνῳ δεξιώτατα καὶ τὰ τε μάλιν, ὅπως αὐτὸ εἶποι εἰς τὴν Ἰλιάδα, καὶ εἰ τῷ Ὀδυσσεῖαν ἀπείδων, ἐν αἷς καὶ ἀμφοτέραις τῇ αὐτῇ μεθόδῳ ἐ- χρήσατο, *Quum decem anni se vertissent Graecis in bello Tro- jano, scripsit Homerus Iliada de rebus postremo anno ge- stis, non quidem de omnibus, sed de aliqua parte, id est, de ira Achillis suborta.* Hac autem methodo usus est Poeta tum propter novitatem decentem & inauditam minime speran- ti. Initium enim sumere a primo, ut natura videtur postu- lare, nihil habet novi, quin etiam auditor, ut multum, sic res esse gestas suspicatur: tum propter dignitatem majorem, id est, dispositionem oconomia Poetica aptiorem. Secus enim Poeta non habuisset scribendi materiam satis laudabile, & commemoratione dignam. Itaque antegressi novem anni lentas habuerunt pugnas duce belli fortissimo Achille, & Tro- janos, ut multa, in urbe conclusos propter metum tenent. *Quum verò irā concitatus fuisset Achilles, bellū contentione exarsit resumentibus animos Trojanis, tum nactus est Poe- ta facultatem artificiosè scribendi: & singula digerendi: quem posteri tam Tragici, quàm Comici imitati e quadam similitudine tractarunt sua poemata. Eadem quoq; metho- do Homerus Odyssiam administravit. Quod si quis auri- bus avidis praeditus & investigandae discipline studiosus agreferat hanc scribendi rationem: quod postrema discat non auditis rebus, quae prius gestae fuerant, his sedetur ipsius ira, praesertim quum primum gesta non pretermittant, qui a postremis narrationem auspicentur: sed pulcrā Methodo per totum librum illa disseminant, verbi gratia, post judi- cium Paris de tribus Deabus, principium belli Troiani fuit Helena raptus: hunc, ut paucis complectar, expeditio navalis Graecorum in Trojam ad ultionem consequuta est consilio Calchantis vatis: Postea distributio exercitus Graecanici in urbis oppugnatores & in sociorum praedatores fa- cta est Achille duce, quando tam insule, tam urbes mariti- ma, quàm etiam post in media continente infinite direpte sunt: expugnatae sunt quoq; plana Thebe, & Chryseis capti- va fuit: cuius causa obit legationem Chryse & contemptus fuit: hinc ira Phoebis & pestis & ira Achillis. Sed Poeta his antecedentibus praetermissis duxit initium ab Achillis ira, quam memoravit & ipsius casus: non tamen omisit, quae ante illam accidissent, sed illa, infinitaq; alia vetustiora inse- ruit spargens huc atq; illuc, quum daretur occasio, ut ipse intelligebat decere: non haec solum, sed etiam alia multa quae iram sunt consequuta & supervenerunt, in Iliada iniecit, ut mortem Achillis, expugnationem Trojae, Aeneam Trojanis aliquando imperaturum, aliq; hujusmodi. Itaq; si quis dicat, Homerum non hoc ipsum ab extremis incepisse, sed potius ab ipso rerum statu & vigore, atq; adeo res praeteritas & futuras acutissime & optime artexuisse, tam de Iliade, quàm de Odyssaea recte & circumspicte judicaverit, in qua utraq; Homerus eadem Methodo usus est. Sic quoque idem Scho- liastes ostendit Oduas. a. inversionem naturalis ordinis, ὅπῃ ἐπὶ ἐν ταῦτα τῷ ἀρχῶ τῆς τῷ Ὀδυσσεῖως πρῶτης ἀρχῶ τῆς αὐτῆς ποιήσεως Ὀμηρῶ πῆθεται, ἀλλ' ὡς περ ἐν τῇ Ἰλιάδι, ἔτα καὶ νῦν ἀπὸ τῶν ἐργῶν τῶ τελευτῶ ἀρχεται. Ἡ γὰρ Καλυψὼ, ἀφ' ἧς ποιεῖται ἡ Μῦσα τῶ λόγῳ τῷ κατὰ τῶν κατὰ τῆς ἰστορίας τῶ Ὀδυσσεῖ. εἰ αὐτῷ γὰρ ἐσθθῆ κατὰ τῶν, ὡς περ ἐπὶ τῆς πρώτης, τῷ μὲν τῷ ἀρχῶ τῆς τῷ Ὀδυσσεῖως πρῶτης ἀρχῆς ἐν τῇ ἰῶτῃ φαίνεται ἐν τῷ:*

Ἰλιθὲν μὲ φερὼν ἀνέμῳ Κικόνεσσιν ἀέλασεν. Ἰσμάριον. Id est, Homerus non instituit huius principium sive poeseos e primis erroribus Ulxsis. sed quemadmodum in Iliade, sic nunc etiam initium sumit Odyssae e rebus extremo vicinis. Nam Calypso, a qua exorditur Musanarrationem, occurrit Ulyssi vaganti. Siquidem ad eam advectus carina ser- vatus est. Principium autem errorum Ulyseorum invenies Oduas. 1. Ex llio me deferens ventus ad Ciconas & urbem Ismarum appulit. Sed de ordine Poetico satis. *Aut ego fallor.* Praefatio est potius modestiae, quàm dubitationis causa hic adhibita, & sumta e consuetudine Socratis, qui se dicebat semper dubitare, nihilque scire. *Jam nunc debentia.* τῷ ὁ φειδόμενα λέγειται pro hoc diceret Orator, jam nunc dicenda. Vide quid annotatum sit de his temporis particulis in Oden. 1. 2. *In praesens.* Hoc potest intelligi de futuro, quod ad erit magis idoneum tempus rei, quae differtur, explicandae. Potest etiam significare, in praesentia, ut Cicero ad Caesium, hac ad te in praesentia scripsi & 7. actione, in praesentia fieri necesse est. Graeci πρὸς τὸ παρόν. Ad hunc modum dicitur, in posteritatem, in futurum, in posterum, ut est Od. 16. lib. 2. *Hoc amet.* Hic versuscitur a Servio sub finem 2. Georgici ad locum. *Me verò primum dulces ante omnia Musa.* ut sententia Virgilio, vitam Philosophicam rustice prefe- rendam, confirmaretur. Iterum lib. 4. Aeneid. bis adver- sus. *Improbe amor & c. Item, Cogitur & simplex & c.* nec tamen ubique huic Horatii sententiae de ordine naturali & artificiali profertur congruenter, quum Virg haec in- telligat de vi amoris & cupiditatis. Valet autem *hoc amet,* multum consumat in eo sermonis: sed in alio taceat, dum occasio obtulerit ipsi omnia dicendi facultatem. *Dixeris egregie.* I. ut tenuis & minime ostentator & cautus, non temerarius, uno verbo, prudens novationis poteris dicere egregie, si verbum novatum noveris accom- modare sententiae appositè per structuram. Hic *egregie di- cere* est idem, quod Cicero infra dicit, politè eloqui & utrumque est periphraasis eloquutionis Rhetoricae & diffe- rentia, aut potius forma, quae distinguitur haec ars a ceteris artibus. Sensus igitur est: si parèe prudenter quae usus fueris verbis fictis & novatis, & appositè ad sententias, ubi illa sparsa erunt, illustrandas, tua eloquutio judicabitur valde artificiosa. Ita *tenuis & cautus* per antimeriam interpretor: quae si tibi non placet, lector, accipe locum per Hellenismum, οὐ λῆτος καὶ φρονίμῳ ὦν καλῶς ἂν λέξῃς, τῷ τ' ἐστὶ, φειδόμενῳ καὶ φρονίμῳ τοῖς ἀποποιήμοις χρῆσάμενῳ, hoc est, ut jam dixi, parèe ac prudenter usus verbis fictis & novatis, bene dixeris. Hic verba ficta & novata vocat in- dicia, quibus significatur *προφαικὸς λόγος ὁ τῷ ἐνθυμηματι- κῷ ἐξάγγελῳ ὦν*, ut in praefatione totius operis praedictum fuit, & Cic. in Tuscul. fieri autem potest ut quis recte sen- tiat, & id quod rectè sentit, politè eloqui non possit: verba e- nim sunt animi indicia quae hic etiam dicuntur signa. Sic Cic. utitur 2. de Fin. *egregie loqui Graece, egregie funus factum* Sat. 5. lib. 2. sub finem, *egregie & subtilis & elegans scriptor:* lib. de claris orat. Item Caesar lib. 2. de bello Gall. *Oppi- dum egregie munitum.* Ex his perspicis hoc adverbium, partim laudis, partim ἐπιτόσιος, intentionis esse. *Jactura.* Hae verborum junctura intelligitur hic partim de commissura duorum, quale est in Topicis Cice- ronis *postliminium*, ut in eo sit *post* & *limen*, quale est etiam *versutiloquum* 1. 3. de Orat. ad Q. fratrem, ut in eo quo- que sit *versutus* & *loquor*: partim etiam de compositione, ut scribit Fab. Quint. lib. 9. cap. 4. *juncturam esse in ver- bis, incisis, membris, periodis*, id est, in utroque sententia- rum imperfecto & perfecto genere, ubi numerus ora- tionis

tionis verborum
vande. Sc.
Gram.
posterior
non de
zatione
fieri
lingua in
as pro
ritores
runt: un
it, & ver
dele
ob
nis pro
tis, &
Od.
Sat. 2. lib.
amant
clina. s.
Ann.
Luce
Ceter
Gram
Enth
ob
functio
ver
1. 3. de
1. 3. de
Ceter
de
exercit
mat
Præter
decebat
Porph
em
pelle
Sec. 6. Fall
Sem
G
t
Qu
d
cont
C
E
lanov
latym
tant
bas
qu

tionis versatur, quamvis locus Poetae idem os dia tnc conven-
doxis intelligendus videatur de verbis conjunctione no-
vandis. Sic enim ferè dicit Cicero, verba juncta, conjun-
cta, conjunctionem, quibus opponit singula, pro his, quae
Grammatici dicunt composita, compositionem: quia haec
posteriora de sententiis ordinandis & earum structura,
non de singulis verbis, usurpantur.

Indicis.] Hoc dicit, quia verba sunt velut indices
ac nunciatorum, quae abdita latent in mente, τα γαρ εν
τη φωνη, των εν τη ψυχη συμβητων συμβοτα nam quae sunt
in voce (homini) nota sunt affectionum animi: eam ob-
rem rectè Donatus monet indicium esse propriè oris &
linguae in Heaut. Act. 2. Sc. 1. Aristot. lib. ποσει εριμυ, &c.
ac praeterea res multò sūt plures, quam vocabula, sicut Ar-
ristoteles etiam in elenchis, & Plato multis in locis docue-
runt: unde ratio verba novandi necessariò excogitata fu-
it, & verborum modificatio instituta est inopiae causà, &
delectationis postea frequentata.

Abditaterum.] Enallogè est syntaxeos, id est, rectionis
pro convenientia, Cor. Tacito per familiaris, ut Poe-
tis, ut notet res abditas, ignotas & obscuras, qualis fuit
Od. 12. lib. 4. eluere amara curarum pro, amaras curas, &
Sat. 2. lib. 2. Corruptis vanis rerum, id est, vanis rebus vel
amantudine curarum & vanitate rerum per vocabula de-
clinata. Sic Virg. Aen. 9. vers.

Aeneas classim & pelagi petere alta parabat: idem alibi,
late camporum pro, altum pelagus & latos campos.

Cethegi.] De Cethego vide, quid annotatum sit in
Grammaticis & Rhetoricis Epist. 2. lib. 2. Notatio autem
Epitheti cinctus a cinctu, quomodo a vetu, vetustus,
ad hirtus hirsutus, perepenthesis Grammatica con-
junctionis. Cinctus autem sic a Servio definitur in hos
versus 1. 7. Aeneid.

Ipsè Quirinali irabèa cinctaq; Gabino.

Insignis referat stridentia lumina consul.

Gabinus cinctus est, inquit, toga sic in tergum rejecta, ut u-
na ejus lacinia a tergo revocat a hominem cingat. Hoc au-
tem vestimenti genere utebatur Consul bella indidituri: id-
èò quia, quum Gabii Campanie civitas sacris operaretur,
bellum subito venit: tunc civis accincti togis suis ab agris ad
bella profecti sunt: unde hic ortus est mos: cui aptissime con-
venit T. Liv. scribit Decad. 1. l. 8. de P. Decio, qui, ubi se
concepit verbis Pontificis devovisset. Dis manibus pro
exercitu Romanorum, ipse, ait, incinctus cinctu Gabino, ar-
matu in e quum insiluit, ac se in medios hostes immisit.
Praeterea apud veteres cinctus erat loco tunica & viros
decebat, ut cinctulus pueros. Eodem ferè recidit, quod
Porphirio affert: Cethegi nunquam nisi sunt tunica, id èò
cinctutos eos dixit, quoniam cinctum est genus tunicae infra
pectus apratae, quae profecturis ad praelium succingebatur.
Sic 6. Fast. Ovid. notat. Lupercos.

Semicaper coloris cinctus Faune Lupercis.

quod Graeci effertunt τοις δ' ονοματιοις η τοις εν περλομασιν υ-
ν, quo quidem apparatu expeditior est miles ad arma tra-
tanda, discinctus verd ineptior ad eadem, unde Pers. Sat. 3.

Non pudet ad morem discincti vivere Natta?

Continget.] Cum infinito licentiam & potestatem no-
tat, ut Graeca, εζει, ενδεχεται. valet ergo licebit fingere.
Quum verd alicujus eventus ac felè boni est index, gau-
det vel dativo, ut Epist. 4. l. 1. Cui gratia, fama, valetudo
contingat abunde, vel, in particula, ut 5. Philip. utinam C.
Caesari contingeret adolescenti, ut esset Senatui carissimus.

Et nova.] Hic το εσ απολογου videtur, ut sit, Nam ver-
ba nova & ficta habebunt fidem, quum res, quarum illa
sunt symbola, credentur & bene intelligentur: & ita pla-
cebunt probata: videmustamen in omnibus novis re-
bus accidere, ut acrior sit cupiditas ignota cognoscen-
di, quam nota repetendi, ait Seneca lib. 4. declamatio-

num. Sic Cice. pro Flacco, res dicitur auctoritatem & fi-
dem habere, quum credita est. Verba autem cadere & de-
torqueri dicuntur, quum aliunde deflectuntur & deri-
vantur, quae Servius notat in vers. Aeneid. 6. initio, per-
legerent oculis omnia, i. picturam: nec incongruè pictu-
ram legi dixit, quum Graecè γραφειν & pingere dicatur &
scribere, hoc est, quod ait Horatius in arte Poetica, & nova
fictaq;. Itaq; videmus hic τὴν perlegerent picturam. e Grae-
co detortum.

Quid autem.] Idem enunciat lib. 3. de Fin. Cicero, il-
loquens Catonem. Si enim Zenoni licuit, quum rem ali-
quam invenisset in usitatum, mandit amq;, ei nomen impo-
nere, cur non licet Catoni?

Cecilio Plautoq;.] Non est improbanda lectio:

Quid autem,
Cecilio Plautoq; dedit Romanus. De his Poetis
dictum est in Grammaticis Epist. 1. 2.

Ademptum.] Id est, quod Virgilio & Vario negatur,
nec conceditur.

Invidor.] Nusquam ferè alibi reperias hoc verbum
παθητικòs sumtum, nisi in ipsius declinationibus, invi-
dendus & invisus, & ut Latine dicitur, inv dere hono-
rem alicui, Sat. 6. lib. 1. sic Graecè φθονειν τοις εαλακοσι την σω-
τηριαν, invidere captivi salutem, vel gravatè illam con-
cedere. Item cum infinito, μη φθονει σεσται, ne gravaris di-
cere. ut hic, cur in videor pauca acquirere: id est, cur gravatè
ferunt me pauca verba gignere & innovare, si id potest
mea inventio & lingua praestare? Eustathius interpretatur
hunc Ody 12. versum.

Μιτερ εμει τερ ερα φθονεις εειπον αοιδον
Τεσταιν

Mater mea cur gravate fers Phemium ad
harmoniam canentem Graecorum infortunia?

Τὸ φθονειν, φθονειν, η εν ταυτα καλοστος και μεμφοσ πδεται.
Hoc verbum hic usurpatur in prohibitione & querela. Pro-
cudere nomen signatum vocabulum transferre in usum:
quale est illud Graecorum, παν τοι γινόμενον χαθαρειν οφειλε-
ται, quidquid natum est, id denasci & corrumpi debet: quod
videtur sumtu ex Alcestide Euripidis, βροτοις απασι χαθκειν
οφειλεται, omnes homines morti debentur sic Epigt. 1. 2. κεφ. μ. 5.

Πασι θανειν μεροσπεισιν οφειλεται, εδ επς εσιν
Αυειον ει ζησει, θνητος επσαμεινος, omnibus mors homini-
bus debetur, nec quisquam mortalis scit, an eras victurus sit.

Interit, &c.] Vide notas in Od. 9. l. 4. de discrimine ver-
borum perire & interire.

Pronos annos.] Ita dicit ad celerem temporis fugà Ode
6 l. 4. celere menses & 29. l. 1. pronos rel. bi. posse rivos. Pro-
folia cadunt Graeci dicunt φυλλοβολειν, τερ εσ, τα φυλλα απο-
βαλλειν, folia demittere η φυλλοφειν folia defluere.

Juvenum ritu.] Qui dicuntur ακμαζοντες, η εντελεις τω
ηλικια; η οι εν τη χαθιστικη ηλικια. quum autem hujus vigo-
ris tempus praeteritum est, παρηλικότες, η παρηβηκοτες, qui
ad aetatem tendunt senilem. Decidunt folia plantis, ait Ser-
vius in vers. Aen. 6. e Plinio:

Quam multa in sylvis autumnni frigore primo
Lapsa cadunt folia.

sanè sciendum est secundum Plin. l. 16. folia autumnali
tempore, quum sol transit in Scorpionem, id èò cadere:
quia omnis tunc in arboribus humor aestatis calore in-
venitur exhaustus: quò videtur addendum, & succedente
frigore succus, foliorum alimentum, ad centrum trunci
arboris se recipit repercussus.

Debemur morbi nos nostraq;.] Servius citat hunc vers.
Aen. 9. ad vers.

Ognitrix, quò fata vocas?
Mortalne manu facta, immortalè carne,
Eas habeant? Ubi ejus sunt notae: non possunt a-
terna

terna esse, quae ab hominibus facta sunt: nā sicut animi facta sunt immortalia: ita corporis pereunt. Salustius, ceterum studia omnia nostra, sicut anima, immortalia sunt.

Terra Neptunus.] Existimo hoc generatim intelligendum de interitu & mutatione communi omnium rerum, ut hodie sit mare multis in locis, ubi fuit olim terra & contra, deserta quoque ibi, ubi florentissima olim civitates fuerunt. Quali argumento Servius Sulpicius utitur lib. 4. Epistolarum ad familiares ad leniendum Cic de obitu filiae dolorem: Ex Asia, inquit, rediens quum ab Aegina Megaram versus navigarem, caপি regiones circumcirca prospicere: post me erat Aegina, ante Megara, dextra Pireus, sinistra Corinthus quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos jacent. Capi egomet mecum sic cogitare: hem nos hominuli indignamur, si quis nostrum interit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, quum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant? visne tute, Servi, cohibere & meminisse te hominem esse natum? De hac universali commutatione rerum lege lib. 8. Aeliani & lib. Meteorolo. Aristotelis sub finem. Nolo tamen historiae quae est apud Suetonium in C. Caes. cap. 44. fidem abrogare: ubi inter cetera, quae Julius destinavit ornanda, instruendoq. Urbi & ampliando imperio statuerat etiam siccare Pontinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire, &c. quod in cogitationem tantum, non in effectum Caesari venisse Plin. l. 26. c. 4. ostendit: Succentur hodie Aethiopide Pontina paludes, tantumq. agri Suburbanae reddatur Italia: quem locum interpres Gallicus sic reddidit, quae sil herbe Aethiopsis a si grande vertu a dessecher & faire tarir les lacs & rivieres, quon en desseche le lac de Pontia: affin que la Campagne voi sine se ressentent tantant de terre. Hunc Campaniae locum Juvenalis scribit Sat. Iatrocinis valde opportunum, ut sylvam Gallinariam. Sed ad praesentem quoque Horatii locum pertinet, quod Servius scribit in hoc versus Georg. 2.

An memorem portas Lucrinog, addita claustra?
Atq. indignatum magis stridoribus equor?
Julia qua ponto longe sonat unda refluxo
Tyrhenusq. fretis, immittitur aestus Avernus?

In Bajano sinu, inquit, Servius, Campaniae contra Puteolanam civitatem duo lacus sunt, Avernus & Lucrinus: qui olim propter copiam piscium vectigalia magna praestabant: sed quum impetus plerumq. irrumpens inde pisces excluderet & redemptores damna gravia paterentur, supplicaverunt Senatui & praefectus C. Julius Caesar ductis brachiis exclusit partem maris: quae ante infesta esse consueverat, reliquit breve spatium per Avernum, quae & piscium copia posset intrare, & fluctus non essent molesti, quod opus Julii dictum est. Hanc molitionum Julianarum ruinam Virgilius lib. 9. sic describit, quum ostendit, quod Trojani & quomodo dextram Turni recidant: Qualis in Euboico Bajarum littore quondam

Saxea pila cadit magnis quam mollibus ante
Constructam jacunt Ponto: sit illa ruinam
Prona trahit, penitusq. vadis illisa recumbit.
Miserent se maria, & nigrae attolluntur arenae.

Arcet.] Inversio est casuum, affectio vocum Grammatica, quam alii faciunt figuram, sed quam recte, discito e Rhetoricis i. Od. l. i. pro a classibus arcet ventos, id est, dum ab his defendit classes, intuta sunt statione, Sic loquitur est Epist. 8.

Cur me funesto properent arcere veterno.

sic Cicero 2. de Legibus dicit arcere sacris: sed Catilina etiam sine ellipti, a tectis & a manibus Urbis arce-re, Ultima syllaba in palus corripitur, hic, quae illo versu 6. Aeneid.

Et tenebrosa palus Acherunte refluxo.

extenditur, ut in Tityro,

Limosq. palus obducat pascua juncos.
sed hic caesura est.

Aptaremus.] Lubi navis poterat remis agi eluvione expressa, quae satis arvis prius nocebat.

Doctus iter.] I. averfus & datus in viam inoffensam. De hujusmodi rerum omnium mutabilitate & inconstantia exstat Sapphica & elegans Ode Sulpicii Luperici Sebastii junioris:

Omne, quod natura parens creavit,
Quamlibet firmum videas, labascis
Tempore: ac longo fragile & caducum
Solvitur usu.

Annis insueti solet ire valle:
Mutat & rectos via certa cursus:
Rupra quum cedit male pertinaci
Ripa fluente.

Decidens scabrum cavat unda topium:
Terreus vomis tenuatur agrus:
Splendet attrito digitos honorans
Annulus auro.

De syntaxi autem hujus vocis, doctus, Od. 19. l. 1. dictum est.

Mortalia facta, &c.] Proprie res fortiter in bello gestae dicuntur facta, ut alibi monuimus: ad quae Turnus Aeneid. 10. hortatur suos milites

Nunc conjugis esto
Quisq. sine, rectiq. memor nunc magna referto
Facta patrum, laudesq.

ubi Servius annotat, sequutus est Sallustium, qui ait Hispanorum fuisse morem, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorarentur a matribus.

Nedum, &c.] Haec particula est Grammaticis omnium temporum, sed ne nunc est tantum praesentis, ut cognoscitur ex hoc Ciceronis exemplo Epist. 26. lib. 9. ad fam. me vero nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam, ne nunc senem. Graeci τὸ nedum tu possis exprimunt per μήποτε οὐ δύνασαι.

Stet honor.] I. incolumis & integer sit ac floreat. Opponuntur autem hic stare & perire, ut stare & affligi Epist. 9. l. 1. ad familiares stante vel afflicto.

Penes usum.] E festo valet, norma loquendi est in potestate consuetudinis & usus.

Res gestae.] Quia noster Horatius haec dedicerat ab Aristotele, ἐπὶ δὲ ἀποπότρετον, εἰ μὴ μοι πρὸς αὐτὰ, ὡς πρὸς Χαρήμων. Διὸ ἰδίως μακρὰν σύνταξιν ἐν ἀλλοῦ προπομπικῆν ἢ τῆς Ἡρώδου, ἀλλ' ὡς πρὸς ἡ ποιητῶν, αὐτῆς φύσιν διδάσκει τὸ ἀρμώδιον, αὐτῆς διαφέρει. lib. de arte Poetica, praeterea vero multo absurdius, si quis misceat ipsa, quemadmodum Chæremon Tragicus.

Quare nemo longam constitutionem in alio fecit, atque ut in Heroo, sed, ut diximus, ipsa natura docet, ut, quod congruit ipsi, partitione seponatur: didicerat, inquam, ab opere Epico versus jambicum & tetrametrum rejiciendum esse: nec plura vel suum genera in una fabula confundenda more Chæremonis in Tragedia Centauro: ideo definit hic cuique fabulae suum metri genus: ut doceat heroicum & Epicum convenite maxime b. Illis & factis Deorum describendis: & ob id dicitur a Plutarcho metrum τελευτάτων, & ab Aristotele ibidem τὸ ἡρωϊκὸν εὐσιμώτατον καὶ ὀρθότατον τῶ μέτρων ἐστὶ. Heroicum metrum est perfectissimum, gravissimum & omnium maxime tumidum, quo spectat versus Sat. 10. l. 1.

Pollio regum.

Facta canit pede ter percusso: forte epos acer.

Ut nemo Varius ducit. Notum autem est, quid sit numerus, ex Oratore Ciceronis, quidquid est, ait, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu (nam id quidem orationis est visum) numerus vocatur, qui

differtur: sed quum Horatius docet facta fabulae nefaria, scelerata, horrenda, qualia hic referuntur, scenae non esse committenda, videtur velle illa tantum narrari & audiri, non spectari, nec demonstrari, quod subindicat adverbium *si*. Rationem autem hujus rei videtur Aristoteles afferre ibidem, sed sub initium libri quum praecipit, ὅτι ὅτε τὸς ἐπιεικῆς ἀνδρῶς δὲ μεταβάλλουσας φάσεις ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίας, ἢ δὲ φεβερὸν ἢ ἐλευθέρων πέτο, ἀλλὰ μὴ φεβρῶν. non oportet in Tragedia viros egregia probitate insignes & innocentes apparere mutatos rebus valde secundis in valde adversas. Hæc enim fabulae constitutio nihil habet formidolosum, nihil miserabile, sed quiddam scelere inquinatum & contaminatum, unde in animis nostris indignatio magis nasceretur, quæmetus injiceretur, & misericordia excitaretur: quod est ἀτραγωδίαταιον, ab optima Tragediæ constitutione maxime alienum.

Productior actu.] I. longior. Sic hæc geminantur apud Ciceronem l. 3. de Orat. Syllaba producta atq; longa. Fuit autem recta oppositio Sat. 6. lib. 2.

— Neque ulla est.

Aut magno aut parvo lecti fuga.

quod Euripides in Iphigenia sub finem & in Helene fecit: ubi Minerva, Castor & Pollux Dij per machinam inducuntur.

Spectata.] I. jam magno plausu acta iterum committi Theatro & spectaculo, tanquam nova esset, quod ferunt evenisse Eunucho Terentianæ.

Nec Deus.] Hoc quid sonat, quod Græcè dixeris, μήτε ὁ θεὸς μετῆ, πλὴν ὅσον τὸ παραματῶν ἀνδρῶν ἀδωάτορ ἐστὶν τότε γὰρ ἀδωάματα τὸ πρόσωπον ἢ ἀπὸ ἀνδρῶν, ἀλλὰ ἀδωάτων. I. *neque enim defectus virum in poeta & auctore non personam humanam requirit, sed divinam*: quales jam antè proposuimus in Gram. & postea in Rhet. proponemus, unde lector facile optimèque perspiciet, quàm confidenter Goropius Becanus in suo *Vertumno* ad literam Samch velliecarit interpretes & quoslibet alios poematis Horatiani explicatores: qui τὸ θεὸν vindicem talis difficultatis non retulerint ad Herculem Alexicacum. Hic quidem accusator se facile revocasset ab hujusmodi alienæ inertiae accusatione, si potuisset animum instituere ad rationem interpretationis Servianæ, quæ versum nostri poetæ minimè de nodò Herculis intellexit, nec cogitavit quidem, sed γινώσκων, de quovis perplexo negotio, ac de quolibet eisdem divino explicatore. Si præterea etiam hoc considerasset, quod haud scio ego, an Herculem haberit antiquitas tam Græcorum, quàm Latinorum vatum in numero magnorum Deorum, quem ad expeditionem talis difficultatis produxerit in scenam. Valuit quidem ille plurimum viribus corporis, sed hujusmodi, quæ, ut humanæ, nihil videantur esse ad divinas. quod autem modò perplexè scripsi de natura Herculis, id tam nunc ego ex Plutarchi testimonio problem. 28. Romaica. Quæst. certò affirmare possum, quum ad quaestionem, cur pueri jubeantur domo exire, quum Iuliant per nomen Herculis, respondet per correctionem aliarum rationum, eum naturam non esse Deum inter alios, sed extraneum, & aliunde peregrè profectum. Itaque lector contentus hic esse debet scientiam tropi citra ullam Gordiani vel Herculani nodi cogitationem. Hunc autem Becani locum, ut alterum Iosephi Scaligeri in castigationibus in Sext. Festum ad vocem *ambactus*, nunc studiosis adolescentibus expono ex indicijs D. Labri Batillici. I. C. unde nunc primum equidem didici, quis esset Goropius Becanus, nunquam antea mihi, ne de nomine quidem notus, quem sic meritò Scaliger ibidem descri-

bit, non possum non videre, quod Agyrta quidem, homo insignis audaciæ atque Imprudentiæ scripsit contra Turnebum super hac voce *ambactus*. Sed ut ejus omnes libri nihil aliud, quàm impudentissimam sui fiduciam præferunt: Ita hanc ejus de hac re opinionem, ut impudentissimam & ineptissimam rejicio. Nunquam legi majores nugas, nunquam insigniorem temeritatem vidi neque audivi, ut qui omnes Linguas a barbara deducere velit, adeo ut ipsam Hebraicam Linguam posteriorem Cimbricam asserat: ubi etiam circulator Mosem reprehendat quòd nomina propria veterum istorum patrum a Gentilitia sua Hebræa, non a Cimbricâ, deducat. Ergo miseros illos vetres Hebræos, qui non Batavè scurrunt loqui, & feliciores longè futuros, si Antuerpienses, quam si Syri sive Palestini fuissent. Talia infinita habent ineptissima illa origines, & tamen non de sunt, qui admirentur. At de ineptissimo homine plura aliàs, ubi erit locus. Hoc unum, in tantamole libri vix me reperisse, quod verum esset, & licet aliquid veri invenias, tamen id ejusmodi est, ut in ea alea dicere possis eum, aliquando ut vincat, assidue perdere. Post facta mihi hæc Indicia mōmīni hujus Becani in Satyr. 7. lib. 2. ad verba, *vertumnus natus Insquis*, Impulsus novitate notandi ἑτυμολογίας verba Latina per alia ceteris gentibus nullo veteri scripto cognita & celebrata. Aristoteles fabulam, vel potiùs dramata, Tragediam & Comædiam, vna solis periodo in arte terminavit: ut illa possit vno die artificiali recitari & peragi. Epopœiam verò majoris temporis spatio circumscripsit. Sic autem Comædiæ & Tragediæ tempus definitum est, & postea utraque est tributa in quinque partes ad commodiorem actionem, inter quas tibicines & chorus canerent, & actorem prædicarent: quod Plautus etiam observavit: nam in Amphitryone Mercurius & Jupiter inducuntur, & Lar in Aulu. partim sub aliena persona, partim sub propria solventes fabulam. Hoc autem præceptum solum est ex hoc Aristotelis in Arte Poetica: φανερόν οὖν οὗ, ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτῶν θεῶν τὰ μύθους συμβαίνειν, καὶ μὴ, ὡς περ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τῶν ἀποπλῦν. ἀλλὰ μηχανῆς χρησέων ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν δράματων. Perspicuum igitur est, solutiones, & exitus fabularum ex ipsis fabulae proficisci rebus debere, & non, ut in *Medea a machina*: & in *Iliade ea, quæ pertinent ad renavigationem*: sed machinam utendum est ad ea, quæ sunt extra drama. Quidam existimant hanc Tragediam de *Medea* esse aliam, atque illam Euripidis: quòd in hanc non inducitur Deus descendens in scenam, qui fabulam solvat, rebus compositis, turbæque sedata: sed quia ibi fingitur *Medea* e scena fugisse ope quadam divinâ, & vehiculo a sole accepto, qui patrem ipsius Aetæam procrearat, non dubito. quin illa Euripidis intelligenda sit: quod nisi accidisset, fabula exitu caruisset, omni viâ fugæ intetclusâ mœnibus Corinthi, custodiâ vibis, & viris ultione: Tragedia verò de *Iliade*, cujus meminit Aristoteles, non pervenit ad nostram ætatem. Plura vide in proverbio, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανέσθαι, *Deus ex improvviso apparens*: ubi citatur Plato de hac consuetudine Tragediarum in Cratylo & Cicer. li. de nat. Deorum.

Dignus vindice.] Nisi difficultas rei tanta fuerit, ut Deum aliquem, qui te ab ignoratione rerum præteritarum vindicet, & futurarum scientia illustret: denique qui fabulae solutionem & exitum facile reperiat, requirere videatur. Hunc locum Servius profert initio *Aeneid.* ad versum: *Musa mihi causas, &c.* ubi annotat: proponit, invocant, ac tertio loco narrent Poetæ *Luca-nus* tamè pervertit: nā proponit: deinde narrat: postremò invocat

invocat. Non est tamen invocandum, nisi quippiam supra humanas vires requiritimus. Hinc Horatius, nisi nodus incidere...

Juno viru animi meq. ministrat, quis crederet Turnum evasisse de castris? Quarta loquitur. Ad hunc locum allud' alludit distichon Martialis:

Comœdi tres sunt, sed amat tua Paulla Lupercos. Quattuor e' cophon Paulla proferon amat.

Id est, mutam personam. Secus si fiat, id Pollux lib. 4. vocat το παρὰ χορηγία... si quartus histrio quid loquatur, minime consentaneum instituto aliarum personarum, quod Aristoteles scribit rectè observatum a Sophocle in Ajace...

Tu mihi quod unque hoc regni concilias. novos comparare & superiores: reconciliare verd' antiquos & pares: reparare prius abalienatos: vnde videretur explicandum: chori partes etiam esse, ut amicos alienatos reconciliet, aut Poetae auctori novos conciliet.

Conducatur. Chorus non debet cantare inter actus fabulae, quod non sit profuturum documento fabulae, & sit huic valdè congruens.

Justitiam. Ex eo creditur dicta, quod cuique jus sistat juxta definitionem ipsius, ut το δίκαιον ή ο δικαιοσύνη quasi δίκαιον ή δικαιοσύνη, quod in duas partes aliqd dividat æqualiter, ut lib. 5. Ethicorum Aristoteles notat.

Redeat. Pro, Dij fortunent miseris, & superbos deserant.

Tibia. Tibia dicitur Hebraicè תיבתא a cavo, de quo in Grammaticis Sat. 2. lib. 1. Græcè αὐλὸς παρὰ τὸ αἶμα, a flando, & Latinè ab osse cruris, & maximè cervorum, ut Plutarchus memorat libello, ὅτι ἔστι τῆς ἡρώδης ἡ δέσως κατ' Ἐπίκουρον...

Terpsichore una Musarū venusta prae buit tibi arte factas. nisi fortè velis referre hoc epithetum ad artificium potestiarum tibiarum: nec etiam citharam ab Apolline, ut nonnulli putabant, sed tantum ipsum fuisse inventorem fidium & tibiarum, & tibicines a Poetis conductos ad fabularum actionem juvandam.

Μαρσύη, ἐφ' ἧσ' ὁ πόντος ἔρδμα. τὰς γὰρ Ἀθήνας αὐλὸς ἐκ φρυγίας οὗτος ἐλήισατο.

O Marsya ementitius es tibiā tuam inventum: hic enim tibiā Minerva projecta e Phrygia praedatus est. quā quod inutilis videretur ad intelligentiam rerum. Pindarus tamen Πυθ. 4. 1. 13. facit inventricem tibiā Minervam, αὐλὸν τὸ ἔχον παύσανον μέλοσ, fabricata est omnimodam tibiā cantionem, ad imitandē lamentationem graviter sonantem & ex firmis Euryales maxillis editam:

hoc est, ubi Pallas audiisset sorores Medusae, Stenonem & Euryalem lamentantes a Perseo caput Medusae excisum & sibilos serpentem, qui etiam circa Gorgonum capita, editos ad imitationem talis luctus & sibilantium anguim, auleticen excogitavit, quā ob id legem, id est, modulationem multorum capitum nomina vit. Hæc autem origo τῆς αὐλὸς aludit ad ipsius etymum, παρὰ τὸ αἶμα, a flando, ut modò dictum est. Servius in vers. Aeneidos 9.

O vera Phrygia (neq. enim Phryges) ite per alta. ita tibiā partibus definit Tibia aut Serrane dicuntur quæ sunt pares, & æquales habent cavernas: aut Phrygia, quæ e' impares sunt, & inæquales habent cavernas. Ergo biforè, dissimilem, dissonum: non enim sunt pari modulatione compositæ: ut enim ait Varro, Tibia Phrygia dextrā unum foramē habet: sinistra duo, unum acutiū habet sonum, alterum gravem. Vide quoque eadem de re Donatū de Tragœdia & Comœdia in Terentium.

Orichalco. Hæc vox Græcè ὀρείχαλκος scribitur, vnde secunda syllaba producenda videretur, ut apud Hesiodum in Aspide.

Ὡς εἰπὼν κημίδας ὀρείχαλκίῳ φαεινῷ Ἡρακλῆϊ κλητὰ δίδουσ' ἄε κημὶ ἠσπιδὸς ἦνε.

Sic fatus tibiā ocreis ex orichalo pulchris involvit a Vulcano donatis.

ubi Scholiastes definit ὀρείχαλκον τὸ λευκὸν χαλκίωμα. ἐν ὄρεσιν γὰρ δίδουσ' αἰνοῖ δὲ φασι δὲ ὀρείχαλκον εἶναι ἕτερον μεταλλικὸν χαλκὸν πιμωτέρον. candidum atramentum. in montibus enim invenitur: alij verd' affirmāt orichalcum esse materiā metallicam ære pretiosiore: vnde conjecerunt hoc genus ex auro & ære conflatum scribendum esse aurichalcum: sed hoc nondum repertum est, sicut ὀρείχαλκον apud Nicandrum in Ther. legitur. ἠντε καὶ ἠεράλλεισ' ὀρείχαλκον ἀμφερέπτοι. & quam, nempe coniam, & Heractium origanum vnd. q. tractant, sic e Thaleia factum τὸ Thalia Latinum extendit penultimam Eclog. 6.

Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalea. Corripit etiam Virgilius duodecimo Aeneidos sub initium:

Ipse dehinc auro squallentem albog, orichalco. Circumdast lorica m humeris.

vnde altero post versu, Olim arbor: nunc artificis manus ære decoro.

orichalcum vocat æs decorum. De quo etiam vide inter prætera

καρχηδόνος est ἐκχούτος γέλος, qui est Aristophani in Pace κίχλις, ut notatum est in Epistola decima quinta libri primi, ad verbum melius turdo, in fine Gram. Vis autem talis risus appositè notatur verbo tollere, quo Cic. lib. de Facto utitur dum refert Socratem stupidum & mulierosum vocatum a Zopyro physiognomone quoddam jugula concava non haberet, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. Plato l. 3. de Repub. risum vetat profusum & Ovidius l. 3. de arte modum illius præscribit puellis:

Est, quæ perverso distorqueat ora cachinno:
Quam risit, læta est, altera flere putet.
Illa sonat raucum quiddam, atq; inamabile ridet,
Ut rudis a scabra turpis a sella mola
Sint modici rictus: sint parvæ utring, lacunæ,
Et summos dentes ima labella tegant,
Nec sua perpetuo contendant ilia risu
Sed leve, nescio quid, fœmineumq; sonent.

Intererit.] Quod Græcè effertur, πολὺ δὲ δούρει. Mira est hujus loci varietas: Quidam enim legunt Davus herúsvve, alii Davus, alii divus, an heros. Alii Davúsne loquitur, an heros: Alii divus, an Iruv. Egd vero primam in Dialecticis lectionem sequutus sum, quanquam videtur Lambino parùm consultata poetæ admonitio de heri & servi dissimilitudine omnibus nota: sed eadem ratione rejicienda quoque esset admonitio de senis & juvenis differentia: quæ perinde cognita & perspecta est, atque illa de hero & servo perinde sunt exempla omnibus nota. Lectio etiam secunda & tertia eò etiam repudiantur: quod ibi sint personæ non Comædiæ, sed Tragædiæ convenientes. Præterea improbantur etiam hæc Davus herúsvve & Davus an heros, quod proprium nomen cum appellativis jungantur: sed hic Davus οὐνεκδοχικῶς potest sumi pro callidissimo quoque servo: Denique existimo generalem esse admonitionem, ut personæ fabulatum quarumlibet inter se differant sermone & moribus: ut conditione, ætate, sexu, instituto & natione videntur disparari: quod exemplis Tragicis confirmat. Est autem Davus dictus quasi Dacus e Dacia, cujus topographiam attigimus in Gram. Od. 55. l. 1. Ex illa regione servi callidi adducebantur Athenas & Romam. Quidam putant Horatium alludere ad primam Terentii Comædiam, ubi Simo herus & Davus servus inducuntur. Hic autem servus tam frequens est in Comædia, quam vulpes in fabulis Æsopi.

Maturus.] Tali epitheto afficitur Æneid. 3. sub principium Acestes, hoc ævi maturus Acestes. Hoc etiam tribuit Plutarchus in Lycurgo juvenibus, ἐγάρ μιν δὲ δὲ ἀπαγωγῆς ἢ μίσης, ἢ δὲ ἀόρητος πρὸς γάμον, ἀλλ' ἀκμάζουσιν καὶ πεπείρηται, vi ducebant uxores, non parvas quædam, nec immaturas, sed florentes & maturas. De senibus dicitur ἐν Ἐκκλησιαστικῶν. Αριστοφάνης, ubi anas sic de se: εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται παθεῖν πρὸς παρ' ἐμὲ χρὴ καθεύδειν, ἢ γὰρ ἐν νεῖαις τὸ σοφὸν ἐρεσμεῖ, ἀλλὰ ἐν ταῖσι πεπείρηται. Si quis velis fructum aliquem percipere, illi apud me dormiendum est. Nulla enim experientia & usu rerum valent adolescentula, sed annus matura, undè Democriti matura vetustas a Lucretio l. 3. sub finem.

Matrona.] Similis est allusio ad Phormionem Terentii Comædiam, ubi Naufistrata matrona & Sophrona nutrix inducuntur. Sed de hac voce dictum est in Gram. Od 4 l. 3.

Sedula nutrix.] Qualem fuisse Eurycleam Telemachi nutricem scribit Hom. sub fin. lib. a. Odyss. κεδνήν καὶ πρὸς μνηστῆρας ἰάν καλῶν, Providam & beneconsultam vocans animum.

Mercator vagus.] Valet hoc epitheton, quod dicit Epist. l. l. 1.

Impiger extremos currit mercator ad Indos. Ἀλώμεν, ἢ πλανητής Plato 2. de Legibus τοὺς δὲ πλανητὰς ἐπι

τὰς πόλεις ἐμπόρος καλοῦμεν, Planetas vocamus eos in mercatoribus, qui urbes pervagantur.

Cultor agelli, &c.] Propriè sumitur hic in cultor, & hinc translatum fuit Ode 34. l. 1. parcus Deorum cultor, ut ipsorum οὐρα in carmine Sæculari:

Phœbe, ἢ Ἰστανθῶ, potens Diana,
Lucidum cœli decus ὀ colendi Semper, & culti.

Thebis nutritus.] Utitur hic primis nominibus, pronatis ab illis, Thebanus & Argivus. Præterea Servius annotat l. Æn. Argos esse neutrius generis in singulari, in plurali masculini, Argi, orum. Moresigitur inducendis personis affingendi sunt pro illarum conditione: ut servi sint dicto audientes, domini contra imperiosi: senes graves & bene-consulti: juvenes leves & ardentes amore, impotente & parum prudentes: matronæ sanctæ & pudicæ: nutrices officiosæ, diligentes, sedulæ ac providæ: mercatores πολὺ πρῶποι, impigri: olitores assidui ac periti: Colchi crudeles ac sævi: Assyrii callidi & astuti: Thebani infelices ac miseri: Argivi felices ac victores. Verùm ad notionem morum cuiusq; plurimum valet lectio historiarum, maximeq; illius, quæ textitur accuratâ descriptione locorum & regionum constitutione cœli: quo enim cœlo unusquisque mundi tractus affectus est, eodem ibi animalia nata & educata solent imbui.

Faviam sequere.] Id est, quod de ea persona fando accepisti ab aliis, id sequere: undè dicit, reponis, pro iterum inducis personam ac velut in scenam reducis, quæ prius fuerat ab altero inducta: vel aliter: si tu vis inducere personam ab aliis prius inductam; eam moribus æqualem prioribus inducas: si novam; iisdem moribus præditam facias in extremo, quibus in initio.

Honoratum.] Ante hanc vocem videtur ellipsis τῆς, ut, vel exempli gratiâ, si fortè inducis Achillem, talem informes, qualem prius Homerus effinxit, impigrum, iracundum, inexorabilem, acrè. Hæc epitheta Latina sunt Græcorum interpretationes, ut honoratus, τῆς δῖος, impiger & acer τῶν ποδῶν κρητὸν καὶ ποδῶν ἀκρῶν, qui valet celeritate ad evadendum, vel occupandum: iracundus & inexorabilis, δῦσπος, ἢ ἀνυμνῆς, ἢ τεγκτῶ de quo Od. 6. l. 1. Illud autè, honoratum, quidam referunt ad supplicationem Thetidis Iliad. a.

— ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ

τίον ἐμὸν πῶσπον, ὄφρ' ἄλλωσιν τῆ ἐτιμῆ

— Donec Achivi

Filium meum Achillem honorarint, & honore illum cumulârunt.

Inexorabilis.] Ἀτεγκτῶ ἢ ἀμείλιχον ἢ πορ' ἔχων, id est, qui non potuerit placari a Phœnice præceptore & Nestore, ut est videre Iliad. δῖοτα, ubi legatio principum exercitus Græci exponitur.

Arroget armis.] Arroget aliena vi, tanquã rapiat jure. Plato l. 3. de Rep. reprehendit Homerum, quod Achille inducat nimis sævum, Deorum contemtorè, muliebriter lamentantem, avarum, &c.

Iracundus, &c.] Propter Briseida sibi ereptam. Medea ferox.] Qualis cognominatur in Pharmaceutria Virgil.

Sævus amor docuit natorem sanguine matrem
Commaculare manus: Cruelis te quoq; mater: undè nota est crudelis Medæ fabula tā e Græcis auctoribus, Euripide & Apollonio Rhodio, quam e Latinis Ovidio l. 7. Metam. (quem ferunt scripsisse unam de Medea fabulâ, quæ facile superet Tragicos omnes Latinos) item e Justinii l. 42. e Cic l. 3. de nat. Deor. & p lege Manilia, tam nota, inquam, est hæc fabula omnibus ut Virg. illam p transitum loco supra citato tetigerit, ait Servius ibidem, & in Æneid. 7. sub finem ad verbum:

Quin & Marrubia venit, &c. Idem interpres scribit,

Marrubios, id est, Matfos populos nominasse Medea, Angitiam ab eo, quod deus carminibus serpentes angerent. Sed de Maribus epe e notas in Oden. l. 1. His tamen locis repugnat, quod a. i. n. narrat de Medea in Corinth.

ino.] Quidam ex Hyginolib. de fabulis cap. 1. putant Euripidem fabulam Ino in scriptam fecisse, et fortassis loco adducti, qui est in choro l. 4. Metam. & sexto Fast. Haec autem fabula cognoscitur facillime ex Scholiaste Homeri in hunc versum Odyss.

Τὸν δ' εἶδεν Κάδμους θυγάτηρ καὶ Λαοκόων
Λαοκόων

Hunc autem Ulysses vidit euntem Ino, Leucothea pulcris talis praedita. Η δὲ κατὰ τὴν ἰνὸν, ἢ τὴν Λαοκόων ἰσοεῖα. Διονύσιος γὰρ ἢ τοιαύτη τις ἐστὶν ἰνὸν Ἀθάμαντι σωστικῆς αἰτίας ἔχει παῖδας Μελικέρτην καὶ Λεάρχον. Ἀθάμαν δὲ κατὰ μύθον Ἡγὼ τῆς φρονίας κηδεύει, ἔπειθ' ἐβραβεύει τὸν Διονύσιον ἀναίρει καὶ Λεάρχον. Ἐπειθ' ἐκ τῆς λοιπῆς ἐμπίδα παῖδα διαχειρίζεται, βασιλεὺς αὐτῶν ἢ μητρὸς ἰνὸν καὶ δια τὰ λάκκα ποδῶν τῆς Μελικέρτης θάλασσαν, ὅτι ἐστὶ φραγμὸς, ὅθεν καὶ Λαοκόων ἐκλήθη, συγκατατίθειν ἑαυτῶν τῶ βασιλευσίνων παῖδι ἐς θάλασσαν, καὶ ἰσθμὸν ἔλαχε τιμῶν αὐτῶν κληθῆναι Παλαίω-νι, δὲ τὸ κατὰ μύθον συλλαμβάνεται π τοῖς ἀπὸς παλαίω-σιν τοῖς κατὰ θάλασσαν παλαίωσιν, ὅ ἐστι ποσειδῶν ὡς τὰ ταυτῶν. ἔπειθ' ἢ παλαίωσιν χρονομένη δὲ κατὰ ταυτῶν τοῖς παλαίωσι. Θυγάτηρ δὲ ἰνὸν τῆς Κάδμου, ὅς ποσειδῶν τῆς θυγατέ-ρας ἑστὸς ὄχησε. Σαμῆλη γὰρ ἐβλήθη κεραιῶν Ἀραυῶν δὲ κοινῆ-σα διόσπαυτο τὸν ἦν Ἀκταίωνα, Λαοκόων γὰρ ἐς θάλασσαν ἤλασε. i. Historia Inonis sive Leucotheae, (nec enim mi-lier biuominis est) sic se habet: Ino Athamanti coniugio junctā binos habuit liberos, Melicertem & Learchum sive Clearchum. Vt iam Athamas Junonis irā ad infantiā adu-ctus, educato Dionysio, interfecit Learchum. Quam verò alteri manus cruentas asferre pararet, mater Ino ipsū ex-portat, & per albescentes campos Megaridis currens, un- de Leucothea etiam vocata est, se ipsam cum puero expor- tato in mare projecit, ac diuinum honorem sortita est, cum ipso Palamone, deflexo ex eo, quod, ut fabula narratur, iuxta non nihil simpliciter & amice luctantes, vel in re nautica ela- borantes. Invenitur enim apud antiquos ludus palaestrae & lucta bifariam scripta. Praeterea Ino Cadmi filia, qui miser, arumiosus, & infelix in filiabus fuit: Semele enim fulmine incensa est: Agave verò mente capta filium Acteonem de- scerpit: postremo Leucothea in mare desinit.

Perfidus Ixion] Perfidia Ixonis est. Istitit in Socrum in Junonem, in Jovem ipsum & in affines, ceterum memoriā repete, quod dictum est Od. 11. l. 3. de Ixione: addam tamen, quod Scholiastes Apollonii Rhodi scribit in hunc versum lib. 3. Ἀργαυτικῶν.

Λυσόμενος χαλκίαν ἰξίωνα γείδη δεσμῶν.
Solutus Ixionem sub terra ferreis vinculis,

ut, quid hic differat a Scholiaste Pindari eid. β. ποδ. narra- tione fabulae: intelligatur. sic igitur scribit: φλεγγὺς δὲ ἦν ἰξίω, ὡς καὶ Εὐριπίδης, φλεγγὺς ἦν δευπότ' ἰξίω. Φερειόδης δὲ Αἰτῶνος φησὶ δὲ ὡς γαμήσιος Διὰ τῆς Ἡονίας θυγατέρος, πύ-λα ὑπέχετο δάσσειν δάσσει. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ ταυτὰ τῆς Ἡο-νίας, βέβηθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας σκεπάζει αὐτὸν κελπίσιν ἔν-δοις καὶ κόνι κελπίῃ ἐμπέσων γὰρ ὁ Ἡονίος ἀπόδιδται. Λύσασ δὲ τῶ ἰξίω ἐνέπεισε διὰ τῆτο, καὶ ἐδείξεν αὐτῶν ἰθαλὸν ἀγίτσει, ὅτι Θεῶν, ὡς ἀνθρώπων πρῶτ' ἂν γὰρ ἐμυθίον ἀνδρα ἀπέκτενεν. Ελεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἀγίτσει, καὶ ἀγίτσει ἠερόσητας Ἡγὼς ὁδὸ Ζεὺς νεφέλων ὁμοιώσας Ἡρα παρομοιάζει αὐτῶν, καὶ ὕπερον πομπῆς τετραάντων πτόχων, καὶ δεσμῶσιν αὐτῶν πτωρεῖται. i. Ixion filius fuit Phlegya, sicut etiam Euripides, scribit, o Ixion domine fili Phlegya. Pherecydes verò dicit eum fuisse filium Aetionis, qui quum ducturus esset Diam Eionis fi- liam, multa se daturum dona promisit. Vemente autē Eio- neo illa petentem, Ixion curavit fossam incendii faciendam, quam exiit lignis tenuibus pulvereq, minuto: illic autē di-

lapsus Eionius perit. Ob hoc rabies Ixionem incessit: nec quisquam voluit ipsum exiire nec Deorum, neq, hominū: primus enim hominem tribu sibi conjunctum interfecit: quē Ixionem Jupiter miseratus exiavit, & exiavit Junonem amavit. Sed Jupiter nubem Junonis similem fecit cum ipso dormire, & postea rota facta quatuor radiis constanti alligata, plectitur. Confer hunc locum Apollonii cum illo Pinda-ri propter varietatem, reperies etiam fabulam excogita- tam in ingratos. Eandem describit Tibullus:

10 Illi Junonem tentare Ixonis ausi
Versantur celeri noxia membrarotā.

Io vaga.] Ex Episodio Ionis in Prometheo Aeschyli fa- cile, quae fuerit Io, periticias & maxime ex annotatione Scholiastae in I. sum sub mediū fabulae ad hunc versum:

15 Τὴς γῆς π' ἰξίω, πνῆ φῶν λάσσειν, &c.

Qua regio, quod genus, quem me videre dicam?

20 Θεοὶ δὲ ὅπ' ἢ ἰὼ ἢ τῶ ἰναχὺ θυγάτηρ ἑραδῶσιν παρὰ Διὸς, ἐπει- τε το ἔρω ἢ Ἡγὼ, καὶ ἐμπίδα καταλαμβάνεται παρ' αὐτῆς, με- τ' ἐβλήθη παρὰ τῆ Διὸς εἰ βουῖται μὴ γῶσθι, τίς εἰ ἢ. Ἡγὼ δὲ πο- σείδσει τῶ Διὶ ἐβλήθη ταυτῶν, καὶ ἔλαβε δάσσειν παρ' αὐτῆ καὶ ἑστῶν Ἀργῶ τῶ παντῆρ φυλάτσειν αὐτῶν. Ὁ δὲ Ζεὺς παρὰ ἑραδῶσιν αὐτῆς ἐμπίδα τῶν ἑρμῶν ἀφελῶσιν αὐτῶν τῶ Ἀργῶ καὶ διακομίσει αὐτῶν. καὶ ἑστῶν ἄλλοις λάδεις Ἀργῶν τὸν παντῆρ ἀκλῶν, διὰ βολῆς λάδεις τῶν ἀνθρώπων, οὐ τὸ φῶσ- μα ἢ Ἡγὼ τῆ ἰὼ, καὶ μετὰ τὸν αὐτῶ θάνατον παρεδίεικνεν, ἐπὶ τῶ μάστιγι ἐκφοβῶν αὐτῶν. Ἡ δὲ πολλὰ παρηνθῶσιν καὶ εἰς δια- φόρος τόπους, τὸ τελευτῶσιν ἀπὸρ ὡς ἢ Κάμεισον ἐφῶσιν τὸν Προμηθεα, id est, Ferunt Ionem Inachi filiam ab Jove ad- amata: quod quum Juno rescruisset, idq, magis comperitum habitura esset ex ipsa, mutata est ab Jove in vaccam, ne agno- sceretur, quanam esset. Juno autem accedens ad Jovē hanc poposci, & ab ipso in donum acceptam tradidit Argo, undiq, oculato asseruanaā. Verum Jupiter iterum illius amore ca- pti, misit Mercuriū, ut hanc auferret Argo & hanc trans- ferret ad ipsum. Arq, quum alio modo fallere Argum undiq, oculatum non posset, jacit lapidis eum in: interfecit: cuius sp- etrum Iuno post ipsius mortem Ioni vacca indicavit, ut ipse maximam incuteret terrorem. Illa diu pervagata diversarū regionis etiam ad Caucasum pervenit usura Prometheus.

25 Haec autem Scholia Servius ferē reddidit ad verbum 7.

Αἰν. in hunc versum:

At leuuro clypeum sublati cornibus I.

30 Hec, inquit ille, Inachi filia Argivorum fluminis fuit. Haec amavit Iupiter, & cum ea esset, supervenit Iuno: ille tu- mens, ne deprehenderetur, Io mutavit in vaccam, & eam pōscenti dedit Iunoni, ne pellicem confiteretur: cui Iuno Ar- gum oculatum omnib. membris (Aristonis filium) deposuit: quē quum Iupiter per Mercurium interemisset, eum Iuno in pavonē mutavit: Ioni verò immisit astrū, quo diu exagita- ta pervenit ad Aegyptum & Iovis voluntate in I sin mutata est. Siquid verò his amplius velis de Ione, vide de ipsius statua Theocritum eid. β. ad hunc versum,

35 Ἐμ μὲν ἐν χρυσοῖο τετυγμῆν ἰναχὶς ἰὼ
Inachis uerat ex auro ducta, & Ovid. l. 1. Metā. ex eo cognoscuntur errores vagi Ionis, quod cestro Iunonis in- censa in Aegyptū usq; pfugerit, incertis semper a diibus & fedibus errans nusquā diu manere, nusquā cōsultere visa.

Tristis Orestes.] Orestis quoq; tristitia contracta creditur ex caede parentis, adulteria matris, particidio, domesti- cisq; funeribus. Quamvis autem nō sit notius historiā Orestis; tibi tamen auctores indicabo, qui alquam illius mentionem fecere. Euripides de eo scripsit Tra- gœdiam severam: de eodem Pacuvius. Eodem pertinet fabula Aeschyli Eumenides, de hoc Virg. 4. Aeneid. v. 330. scelerum furus agitur Orestis. Item Aeneid. 4. v. 471. Servus agitur Orestes. Cic. pro Ros. Amer. & in L. Pison. Item Aeschines, adversus Timarchum sub finem.

40 45 50 55 60 65

Si quid in expertum.] Hoc παθητικὸς sumendum est, ut lib. 4. Aeneid. ver. 415.

Ne quid in expertum frustra moriturus relinquat. pro indictum, minime spectatum, usurpatum & probatum: quomodo simplex sumitur in oratione pro Cornelio Balbo, virtus experta & perspecta.

Personam formare.] Hæc ἐπισημαστικὸς dicuntur, id est, explanandi antecedentis gratiâ subtexta. Quid hæc vox valeat, ex Epistola 17. l. 1. discite ad hæc verba:

Personamq; feret non &c. verbum quoque τὸ formare Græcis ἐκωνίζω, καμψιδου καὶ ποσειδιδου exprimi potest fingere, simulare, depingere,

Servetur.] Ellipsis τῆς, talis, ut persona nova talis appareat per omnes actus & scenas, qualis propolita est initio, id est, neque habitum neque mores mutet.

Communia.] I. res, materias & argumenta de communi sumta & de novo tractanda difficile est sic dicere, ut illa tibi uni vindices, nec alius relinquant facultatem eadem postea scribendi.

Deducis in act. &c.] I. in Comœdiam aut in Tragœdiam 20 transfers.

Circa vitem.] Videtur orbis hic explicandus, quidam contextus imitabilis & communis argumenti, & circularis, continuaque series poematis ad imitandum suscepti: quam non debes ita sequi, ut nihil in ea immutare ausis: alioqui publicam materiam non facies propriam. Vilis aut dicitur, quia talis imitatio, ut omnibus nota, contemnitur. Sic Cic. in orat. desiderat in Thucydide orbem orationis. Sed ego puto Ciceronem in hoc requirere concinnitatis orbem, ubi concurrunt multæ dictionis figuræ in varia sonorum similitudine circa initia & clausulas sententiarum. Intelligamus igitur hic orbem quem Græci κύκλον dicunt, quum aliquod poema pertractat circulari quodam ordine atq; uno tractu, undè non facilis est exitus, rem propositam.

Verbum.] I. Non reddes verbum verbo, sed sensum e sensu exprimes. Pro hac syntaxi Cicero dicit de Opt. gen. Orat. In quibus verbum pro verbo necesse habui reddere, & de Cla. Orat. Isdem verbis sive ad verbum reddere, quod cogitavimus. Pro quo idem lib. 4. Acad. quaest. 2. τὸν δὲ λέγουσιν δεικνύσασθαι τὴν ἀποφάντασιν, ut Terentius in prologo Adel. verbum de verbo expressum extulit, & Quintil. lib. 10. cap. 6. quæ cogitaverant ad verbum agendo retulerunt. Interpres autem Græcè dicitur ἑρμηνεύς, ut Xenoph. lib. 1. Pæd. ὅπως μὴ δι' ἄλλων ἑρμηνέων τὰς τῶν Θεῶν συμβουλὰς σοφίης νε per alios interpretes consilia Deorum intelligas. Ante interpretes desideratur tanquam, per ellipsin: quæ particula expressa, quanquam eam vim adjungit voci interpretis, ut significet potius eum, qui aliena imitatur pro suo arbitratu, quam qui convertit illa in aliam linguam; dicam tamen in alienis scriptis in alteram linguam convertendis cautionem adhibendam primum ut interpretis, utramque probe teneat linguam, & eam ex qua, & alteram in quam aut sermo aut scriptum convertatur: ut deinde verba verbis facultate significanti respondeant. Ita fiet, ut sententia ex illis optime facileque percipiatur. Quamvis enim illa hanc constituent; ex ea tamen, ut Grammatica ex Dialectica, vim suam & significatum sumunt. Qui sic interpretatur, ponit quidem nobis ob oculos, quid auctor sibi proposuerit docendum; sed modum characteremque dicendi, quo usus sit, non expressit. Erit igitur perfecti & absoluti interpretis, ut hæc magis animata & formata lectoribus videantur, omnes dicendi amœnas veneres, & venustates, quibus auctorem, qui convertitur, usum animadvertit, reddere tropos Græcos tropis Latinis, numerosam orationem numerosam, figuram dictionis & sententiæ figuris ejusdem seorsim gene-

ris: undè maximè solet vis affectuum lectoribus relucere; sicut ex pronuntiatione & ipsius partibus voce & gestu: quæ tamen scripturâ non possunt, ab interprete representari. Sensisse cum Horatio Cicero videtur, quum formam interpretationis, quâ usus fuit in contrariis Æschii & Demosthenis orationibus transferendis, sic describit: nec converti, ait ille, ut interpretis, (quod reprehendit lib. de Finibus: nec tamen, inquit, exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiseri solent) sed ut orator, sententiis isdem & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem, aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimq; servans. Non enim ea me annumerare lectori paravi oportere, sed tanquam appendere. Ad hunc modum vult Horatius suum, quem hic fingit, Poetam pertractare sumtam aliundè scribendi materiam. Hæc autem ratio verbi non exprimiendi e verbo melius cognoscetur, si periodus quævis operis convertendi intelligentiâ interpretantis primum comprehensa teneatur. Deinde illius sententia, tanquam ab ipso inventa & excogitata esset, purâ & tali oratione in alteram linguam transferatur, qualis erat illius, undè fuit expressa, ut modò dictum est. Cicero tamen Tuscul. 3. scribit se verbum verbo interdum reddere, quum ita disputat cum Epicuro, fangar jam interpretis munere, ne quis me putet fingere, dicit Epicure, hæc nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur: detrahens eas etiam, quæ ex veneris: detrahens etiam eas, quæ audita & cantibus: detrahens eas etiam, quæ ex forma oculis suaves motiones. Hic igitur Cicero vocat se, præstatq; interpretem, qui verba Latina de his expressit verbis Græcis: quæ sunt apud Laertium & Athenæum, εἰ γὰρ ἐξ ὧν ἔχεται τὸ ἀγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκρομάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μαρτυρίας καὶ ὕμνων ἡδονὰς κινήσεις. Itaque hæc Ciceronis definitione & intelligentia interpretis est, qui verbum verbo reddit; modò tamen reddiderit Grammaticam, Rethoricam, Dialecticam auctoris propositi, totum sic auctorem redditum & conversum arbitrabor ait P. Ramus in prælectio. in Cice. de opt. genere oratorum. Similem autem cacozeliam Antonius reprehendit 2. de Orat. in Q. Fusio, qui virtutes C. Fimbriæ (hic enim fuit orator) toto genere paulò fervidior atque commotior (ut scriptum est in Bruto) sed duo vitia consecretari maluit, oris pravitatem, ut os deformiter in dicendo contorqueret, & verborum latitudinē, ut vastè & rusticè verba pronuntiaret. Hic locus quanquam in arte dissimili, multùm illustrat hunc Horatii. Itaq; legatur.

Cyclicus.] Non convenit inter veteres novosque interpretes ratio hujus vocis: quæ videtur quibusdam esse nomen Poetæ, ὅσπερ μὲν ἀρχόμενος μεγαληγορεῖ, καταλήγων δὲ ταπεινὸς λέγει. qui magnificè initio sui poematis canit, sed hinc tendens ad finem summissè. Alii communiter intelligunt de quovis circumforaneo recitatore carminum Epicorum, quem Græci dicunt βάρηδον, καὶ κύκλιον, ἢ κυκλικόν, & inter hos Turnebus, qui τὸ κυκλικόν scribit posse dici modò de Rhapsodo: ad quod protulit Epigramma Græcum lib. 2. Epigrammat. quod est in tit. εἰς τὸς ποιητὰς. Πολλοὶ γὰρ

Τὸς κυκλίους τ' ὅτε τ' ὅτε ἀντὶς ἐπειτα, λέγειας
Μισθὸν λαποδύτας, ἀλλοτριῶν ἐπέων.
Καὶ διὰ τὰτ' ἐλέγχιον ποσειδέω πῆλον ἰδὲν ἔχω γῆ
Παρθενίῳ κλέπτει, ἢ πάλι Καλλιμάχῳ.
Θνεὶ μὲν ἐὰν τὸντι γινώμιμι, εἴ ποτε γράψω,
Εἰκαλῶ, εἰ ποταμῶν χλωρὰ χερσὶ δάδω.
Οἱ δ' ἄτως τὸν Ομηρον ἀναιδέως λαποδύτας,
Ὡς τε γράφειν ἴδην, μὴν ἀεὶ δὲ θεῶν.

Eos demum odi, qui versus cyclicos recitant, ut furus Epopææ

præ aliena. Ideoq; ad Elegos magis animum appello, nihil enim passim Peribemio aut Callimacho suffuravi. Eiam ego similis aurito asino, si unquam scripsero hæc, ἐκ ποταμῶν χλοῆς χελιδόνια. Illi autem impudenter sic Homerum prædantur, ut iam scribant, ἴραμα cane Deo

Alii tamen scribunt quosdam versus dici circulos, quod, a quovis horū in ceperis, sententia semper quadrabit, & hoc confirmat testimonio Johannis Grammatici in posteriora Analytica Aristotelis ubi citatur hic versus Homeri:

Χαλκῆ πάρος ἐστὶ, Μῆδ' ἐπὶ σήματι νόημα.

Quidam hunc Cyclicū putant esse Stasimum, de quo nihil aliud compertum habeo, præterquā quod ferant eum fuisse scriptorē τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος, quam sic exorsus est:

Ἰλιον εἶδ' ἄ καὶ Δαρδανίω ἐγείνθην, id est,

Ilium cano & amabilem Trojam.

quam postea Latinam fecit Lævius Poeta vetustissimus & Charisius citat nomine Iliadis Cypriæ, ut doctè Jos. Scaliger in Catullum annotavit. Ego verò censo τὸν scriptorē Cyclicus sumendum pro triviali & circulatorio Poeta, qui solet in triviis carmina sic initio tumida recitare, ac in compitis sua qualā venditare, meminit cycli Epici Chrestomathia Procli sub initium, sed locus mihi videtur parum juvare Lectorem ad cognoscendum eum Cyclicum. Hoc præterea exordium, Fortunam Priami, &c. perspicitur non esse Antimachi Poetæ, qui tanti factus est a Cicerone & Platone, ut ab illo clarus sit appellatus, & ab hoc attentè diligenter que auditus, quiq; bellum Thebanū, non Trojanum, scripserit, & illud multò antè, quàm hoc gestū fuerit: sed hanc dubitationē tollet postea Rhetoricorum observatio. Contra tamen utriusque approbationem Catullus statuit Antimachum in Thebaide huic vitio affinem:

Parva mei mihi sunt cordi monumenta laboris:

At populus tumido gaudeat Antimacho.

quicum Smyrnam Cinne poema tumidum & obscurum comparat sub finem Epigram. quodd historia Cinaræ & Myrthæ sit a Cinna altius repetita, quàm Poetæ & poemati conveniret.

Quid dignius.] Nec verbis sonantius, nec sententiā gravius quicquam vix posset proponi, ut Dialectica modò attigerunt.

Parturient.] Hic versus de senario Græco jambico, ὠδῶν ἕρ, εἴτα μὴν ἀπέκτελεν, ex pressus est, quem scriptor Adagiorum reddidit, Mans parturiebat daude mourem prodit, a quo petes illius rationem & ortum.

Dic mihi.] Interpretatio est trium primorum versuum Odysseæ disticho comprehensa.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μῆσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πηλοέθρον ἔπευσε. Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

quem locum enucleatius tractavit Epistola secundā libri primi, ut nos ibi docuimus in Grammaticis.

Ut speciosa.] Quod uno verbo Græci dicunt θαυματοποιεῖν ἢ τεχνολογεῖν, id est, omnia monstrafactis, ut Catullus loquitur sic Virg. 4. Georg. de rebus maximè horrendis & monstruosis loquitur, ubi Protei meminit:

— ille sua contra non summorum artis

Omnia transformat sese in miracula veneni.

undè discendū τὸ speciosa debere hic accipi, quem admodum in Poetica Aristotelis εἰ δὲ μὴ τὸ σοβερὸν διὰ τῆς ὀφείας ἀλλὰ τὸ τεχναῖος μόνον παρεσκευάσεντες ἴδεν τραγῶδιᾳ κοινῶς ὅσων qui non formidolosam fabulam, sed prodigalem reddere studēt, nihil habent commune cum Tragœdiā, quū in Epopœia res, quæ aliquid habent, pdigii simili, pbantur, & ex ipsis voluptas capitur. Valet igitur hic speciosa, miracula similitudinē monstripræ se ferētia, & usurpatur contra ac est factū in Epist. 2. lib. 2. speciosa vocabula & hic fabula speciosa joci.

Antiphaten.] Hic Antiphates rex iust carne humanā vescentiū Lastingonū: de quo sic Hom. fecit Odys. 7.

Ἡδ' αἰψ' ἐξ ἀγορᾶς ἐκλεῖ κλυτὸν Ἀντιφάτην Ὀν πύσανδ' ἂν πῆσιν ἐμῆσ' αὐτὸν λυγρὸν ὀλεθρὸν Ἄντιχ' ἔνα μάρψας ἐτάρασε ὠπλίεσσι το δόρπον

Quæ uxor protinus evocavit e foro inclutum Antiphaten suum maritum, qui illis tristem mortem excogitavit: statim unius e sociis correptum in cenam paravit.

Est Æneid. 9. hujus nominis alter, quem Turnus occidit:

Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)

Thebana de matre notum Sarpedonis alti

Conjecto stravit jaculo.

Scyllam.] Descriptio Scyllæ incipit Odys. 12. ab hoc versu:

Ὀἶδε δ' ὄω σκόπελον, ὃ μὴν ἐβανὸν διένειν ἰγνῆν Ὀξείη κορυφῇ νεφέλη δὲ μὴν ἀμυβέβρα.

Duo sunt scopuli, quorum alter in caelum tendit altum acuto vertice, & nubes ipsum obscuræ circumtegit. decimo autem post versu scribitur:

Εἶθα δ' ἐν Σκύλλῃ γαίης δεινὰ κελαιχῆα. Τῆς ἦτοι φωνῆ μὴν ἔση σκύλακος γρυλλῆος Ἰνέπυ. αὐτῆ δ' αὐτὲ πέλωρ κελῖος. ἰδὲ καί τις μιν, Ἐνδύσειεν ἰδὼν, εἰ εἰ θεὸς ἀντιόσειεν.

Hic inhabitat Scylla ore hominis miro loquuta: hujus qui dicitur vox editur, quantæ catuli vocens nati: ipsa verò est monstru infandam: cuius aspectu nemo posset letari, non si Deus obviam veniret.

In hujus descriptione præter hos quattuor consumuntur duodecim alii versus, deinde subjicitur descriptio Charybdis.

Τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθρα μάλ' ὄτερον ὄψαι Ὀδυσσεῦ Πλασίον ἀλλήλων, καίην δούρευστα.

Alter autem scopulus aspectu apparebit tibi depressior, ὁ Ἰσσης, alteri sic vicinus, ut sagitta illum peteres.

De hoc autè intervallo ita Scholiastes Apollonii Rhodii 4. Ἀρροναυτ' Μιχρόδιαν καλεῖ τὸν τόπον, καθ' ὃν ἦν ἡ Σκύλλα ἢ ἡ Χάρυβδις διὰ τὸ ἀντικεῖν εἶναι ἀλλήλων. Μιχρόδιαν vocat locum, & cuius regione sita sunt Scylla & Charybdis utriusq;. Ideoq; ipsa sese mutuo aspectu intuentur. Restant octo versus descriptioni Charybdis, quos repetes ex Home. Deinde postulatio Ulyssis subjicitur, de ratione talia pericula vitandi, de quo reprehenditur a Circe. Ex his locis Virg. descripsit utrumq; 3. Æneid.

Dextrum Scylla latus, levum implacata Charybdis Obsidet, atq; imo barathri gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus: rursusq; sub auræa Ergit alternos & sidera verberat undâ. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora excitantem & naves in saxa trahentem. Prima hominis facies, & pulcro corpore virgo Pubertenu: postrema immani corpore pistrix, Delphinum caudas utero commissa luporum.

Cæterum repete e Græmatis & Rhetoricis in Odè 27. l. 1. q; putes hic desiderari. Tãtūm addere possum ἐν τῆς Σκύλλης γούρτου τὸ σκύλλω, q; est fatigo & vexo, vel contra hoc illud nasci. τὸ δὲ χάρυβδις quiddā dici volunt περὶ τὸ εἰς χάθ' ἴσον ὑπερδ' ἵεν τὰ σκῆρα, ἢ ναυίους βαταστρον φακίους demergendū. Sed de Cyclope lege Grammatica in Oden 4. l. 1. & de ipsius origine & etymo.

Nacreditum.] Homeus inducit Phœnicen per Epifodiam narrantem lib. 1. Iliad. hanc historiam, ubi Phœnix est totus in placanda discipuli sui Achillis ira & in eo cum Agamemnone cæterisque Græcis conciliando, & inter alia exempla ed spectantia hoc apponit: cuius est initium ad versus:

Κεῖντες τ' ἐμάχοντο καὶ Λίτωλοι μινέχαρμαι Ἄμοι πολλὴν Κελυδίονα καὶ ἀλλήλους ἐνελεζεν.

Curetes pugnabant, Aetoliq; fortiter praelium sustententes

de Calydone urbe, ac mutuis sese conficiebant cedibus.
 Reliquæ orationis Homericæ contentus esto interpreta-
 tione Latinâ per L. Vallam. Bellum erat inter Cure-
 tes & Aetolos ad Calydonem de ipsa urbe, quum tam illi
 expugnare nitentur: hi ab expugnatione tutarentur cura
 ingenti utriusque populi strage. Auctor autem hujus calu-
 mitatis (ut alius repetam) fuit Diana, que interit eis ma-
 teriam discordiarum, vehementer in Oeneum stomachata,
 quod is, dum pro arbutorum primitiis sacrificaret ceteris
 Diis, uni ipsi, que Jovis filia est, non sacrificasset, sive ille
 obli- one captus, sive non ratus ea sacra Diana fastenda. I-
 giti dolore indignationis accensa aprum excitavit, mirâ
 membrorû, setarum, dentium magnitudine horrendû: qui
 cum impetu corporis, tû videntium, omnè agrû Calydoniis
 devastabat, proterens satia & messes, arbuta cum fructibus
 que amvis procera, radicitus sternens, magnâ passim cladem
 ferens, non modo agris, verum etiam viris. Si quid pluri-
 mos in oscursu ire conatos trucidarat. Hunc tandem Oe-
 nei filius Meleager, comparatâ ingenti ex cõpluribus oppi-
 dis venatorû manu cum magna copia canum (neque enim
 cum paucis tantam feram tamque sevam conficere potuis-
 se) occidit: hinc Deâ volente inter Curetes atque Aetolos de
 capite apri ac pelle, utris illa cederent, utrisque sibi vindicâ-
 tibus, vehemens seditio ac prælium captum est, diûq; bel-
 lum fuit: quo in bello quamdiu Meleager versatus est, sem-
 per res Curetum deterior fuit, ita ut contrâ ipsorum muros,
 et si copiis militum abundabant, cõsistere non possent: donec
 evenit, ut Meleager ab armis desisteret irarum astibus con-
 citatus, quibus gravium quoque hominum pectora solent
 concitari & fervere. Quid autem causse suberat, ut irascere-
 tur? Althea mater, que fraterna mortis impatiens (pereme-
 rat autem illum Meleager positus humi gembus atq; ambas
 palmas crebris idibus solo incutens) madente lacrymis sinus
 cum vociferatione Deos superos atque inferos invocans, ne-
 cem filii est imprecata: cuius eam imprecations immittissimo
 ingenio compotem Erinis, fecit. Ob hæc detestationem ma-
 tris conturbatus animo Meleager ac tabescens omisit prælis
 domi se continebat, solans acerbum dolorem apud Cleopa-
 tram amantissimâ uxore, socrinamq; pulcherrimam. Hac
 aut filii a fuit Idae & Marpissu: Marpissu quidè speciosa in-
 ter paucas Nymphae, Idae verò omnium illius saculi v. româ
 formosissimi, & qui arcu sagittisq; sumtis Apollinem invu-
 dere ausus est ob Marpissen sibi a Deo ereptam: qua, post-
 quam rapta est, parentes Alcyonem cognominave: ut: quo
 mater eam domi deslebat, sortita luctuosum ac sibile cau-
 nis fatum. Igitur (ut institueram dicere) Meleagro cessante
 ecce ibi confestim Curetes Calydonem petunt: subeunt portas:
 turres murorum subruunt. Ibi fremitum pugnantiu, frago-
 gorem collabentium curruum, succlamantium victorû, ex-
 sultantiumq; audires. Tunc principes Aetolorû tanto exa-
 nimati periculo Meleagram adeunt, obsecrant, obtestantur
 ut arma sumat & in hostes jam moenia demolientes prodeat,
 civitatem a presenti eversione tutetur. Eoque inexorato re-
 versi summos sacerdotes ad hominem mittat, ut adjunctâ
 precibus Deorum religione animum permoerent, adjunctâ
 etiam ingenti sponsione. Offerre enim se facultatem huic, ex
 ornatissimis quibusque prediis, que in plano posita sunt, nu-
 num quodlibet optandi, cuius mous quinquaginta passuum
 esset, ex dimidiato virebus consistit, ex altero dimidio frumẽ-
 tarii. Spretis civibus, contemptis sacerdotibus, despectis mu-
 neribus, senior pater accessit ad thalamû filij, clausisque fo-
 ribus tanquam Meleagri genibus advolutus & cadentidẽ
 quatiens diu multumque omni precantiû ambitu supplica-
 bat. Supplicabat unâ cum patre fratris eodem modo pro-
 cumbentes, supplicabat & mater. Sed quo magis per se quis-
 q; preces inculcabat, eo magis surdas ille aures habebat. Sup-
 plicabant postremo certatim familiarissimi amantissimi que
 sodalium: sed ne hi quidẽ durum animum evincere & obsti-

natum pectus expugnare poterant: & licet nihil proficerent,
 tamen omnes in eodem sibili rogandi tenore perstabant.
 Hoc interim spatio Curetes jam in turres murorum invase-
 rant, jam discurreres per urbem totis incendiis miscebant.
 Que uxor Cleopatra ubi animadvertit, cum ingenti lamẽ-
 tatione, ut succurrat, maritum comprecatur, exponitque
 cuncta infanda, qua in eversione urbis vili a victoribus per-
 peti solent, o mi vir, inquit, urbs concrematur, puberes tru-
 cidantur: impuberes capiuntur: femina captiva ducuntur.
 Tum demum Meleager iatâ rei indignitate percussus e tha-
 lamo prostratus: sumisq; raptim armis urbem civisq; ab ex-
 tremo defendit exisio. Et quum hoc facisset, nondum tamen
 Aetoli tantis tamque eximis donis remunerati sunt: quod,
 quicquid egisset, non illorum precibus, sed suo stomacho cri-
 buerat. Quod tu, Achilles, absit, ut facias, neq; hoc amic' da-
 mon facere sinat. Non fuit tamen odium Althee tanto astu
 Meleagrini studij concoctum, sed incensâ face, quam ille a
 Paris acceperat terminû filialis vite, ubi cõsumtâ fuisset,
 expletum fuit & saturatum illius odium. Si quis fortè fu-
 siorem hujus rei explicationem desideret, Eustathium
 legat ad hunc locum Homeri, ubi præterea videbit cõ-
 parationem inexorabilis Meleagri cum Achille.
 Gemino ovo. De hoc genere partus satis maximus in
 Gram. Od. l. i. vnde repetas quod tibi hic fore ex usu vi-
 deris.
 Adeventum. Tria sunt ferè, que in omni re confide-
 rari solent: contilia in quibus etiam causse ponuntur,
 acta, & eventus: sed Poeta bonus prætermittis duobus
 primis, quasi per se satis cognitis & ad homogeniam per-
 tinentibus ad tertium recta tendit. Illa tamen pruden-
 ter suo loco reservans, si tractatione sperat illustria, fig-
 mento verissimilia, ordinisq; persuasione congruen-
 tia fore.
 Desideret, audi. Hoc Græci dicunt, τὰ ὄτα παραβάλλ-
 λε ἀκούειν, τὰς νοήσας ψυχὰς, ὅτι ἐν ἐξ ὅτε δὴ μὲν τε ἀμα ἐπι-
 θυμῶμεν. Familiare est nostro Poetæ hoc symbolum at-
 tentionis audi. Nam Sat. l. i. dixit, nota morer audi, i-
 tem Epist. 2. l. 1.
 Cur stacrediderim, nisi quid te detinet, audi
 Item Epist. 14. ejusdem l.
 Nunc age, quid nostrum concertum dividat, audi.
 item Epist. 14. li. 1.
 Verba præbes & facta doce, vel junior audi:
 item Epist. 2. lib. 2.
 Mox etiam si fortè vacas sequere & procul audi.
 Manentis. Id est, si vis spectatores habere attentos us-
 que ad fabulam peractam. De voce aulæa, repete, quod
 annotavimus in Epist. 1. l. 2. manentis aulæa, id est, ex-
 spectantis finem actæ fabulæ, in quo quid olim fieri solit-
 um sit, vide Ciceronem in oratione pro Galio.
 Plaudite. Sic Aristot. in arte Poetica docet verbo
 κροτεῖν approbationem fabulæ significari: δὲ δ' ἀκούειν
 δὲ κροτεῖν, oportet ambo, id est nexum & solutionem fa-
 bulæ cum plausu semper accipi, vnde est hic versus Tro-
 chaicus:
 Δότε κροτον καὶ πάντες ἡμῖν μετὰ χροῦς κτυπήσουτε.
 id est, dato plausum & omnes nobis cum gaudio plau-
 dite.
 Sæpè populus ad eod est audiendi & spectandi cupidus, i-
 deoque attentus, ut fabulæ finem nondum evenisse sen-
 tiat: quo fit, ut cantor de illo facto cogatur illum ad-
 monere, sicut apparet e dimisso populo, qui Andriam
 Terentij sic audierat: ne expectes, dum exant huc, in-
 tus despondebat. Intus transigaretur, si quid est, quod re-
 stet, plaudite.
 Notandi. Observanda tibi cuiusque personæ ætas,
 que ut varia est, sic sunt varij cuiusque mores. Itaque tra-
 ctandi sunt omni ex parte κατὰ τὸ πρόσω αὐτῶν ἐκαστοῦ pro
 dignita-

dignitate & merito uniuscujusque. De servando decore vide l. 1. Cic. de Offic.

Mobilibusq.] Hic opinor conjunctionem, que, ætiologicam esse pro quia, ut sensus sit: observandi sunt mores cujusque ætatis: quia & sermo & gestus debet tribui cuique ætati consentaneus & decorus, si vis perpetuam habere attentionem. Mobiles autem naturas dicit ad hoc vulgare verbum, naturam & ingenium hominis septimo quoq; anno mutari.

Reddere voces.] Explenda hic est reciprocatio, quas audit, ut expletam dedit Virgil. vers. 412. lib. 3. Aen.

— Cur dextra jungere dextram

Non datur? ac veras audire & reddere voces.

item Catullus de nuptiis Thetidis ac Pelæi:

Nec missus audire queunt, nec reddere voces:

Si quis autem putet non hic absolutam esse relationem, qualis foret, si pro audire legeretur accipere, sciat & hoc sumi pro illo, ut Hecyr. Act. 4. Sc. 3. Quem cum isthoc sermonem habueris, praeul hinc stans accepi, vxor.

Peds.] Imprimis vestigiapedum terræ. Sic Ovid. loquitur l. 2. Amor. Eleg. 11.

Livor a marmoreis pedibus signanda puella.

Certo.] Id est, firmum pedem jam incipit imprimere terræ, & ore loqui.

Gestus.] Familiare est hoc verbum Poetæ ad affectum animi cum jucundo corporis motu indicandum. Sic Ode 16. l. 3. divitum partes in quere gestio. item Ode 12. l. 4. Pressum Calibus ducere Liberum si gestus: item Ebist. 20. l. 1. fuge, quo discedere gestu. Præterea in paribus ellipsis est præpositionis cum paribus, quam exprimit Orator Verr. 4. colludere cum aliquo.

Colligit.] Pro quo Cic. 4. Tusc. 4. concipit iram sine causa, & eam simul termissam facit & abbi, facile irascitur & placatur. Ad hunc animi puerilis furiosum motum maturè domandum lege Senecam de ira lib. 2. c. 21. & 22. ac præterea utere consilio Aristot. 2. Polit. 4. µα δὲ καὶ δὲ τὴν παῖδας ἔχειν τὴν διακρίβην, καὶ τὴν ἀρχὴν παταγῶν οἰδῶν γινώσκου καλῶς ἢν διδῶσι τοῖς παισὶν, ὅπως χρωμένοι ταῦτα, μηδὲν κατὰ γνώσιν τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν. ἢ γὰρ διώματα τῶν οἰκονομῶν ἔχει. id est, simul etiam oportet pueros habere, quo se exerceant & tempus terant, atque ad id accommodatum esse putare crepit aculum Archyte quod pueris dant, quo videntes nihil domi effringant. Quod enim est in pueris quiescere minimè potest.

In horas.] Hoc videtur sumtum e primo & secundo libro de Legib. Platonis, ubi mores juvenum dicuntur nativè a sæpè ac variè in vita mutari, τὰ γὰρ τῶν νεῶν ἴδη πολλάς μεταβάλλει, ἐν τῷ βίῳ μεταβάλλειν ἐνάσῃτε πρὸς οὐκ, sicut monimus Sat. 4. l. 1. ad hunc versum:

Dum custodes egēs, vitam famamq; tueri
In columem possim.

Aristoteles pro, mutatur in horas, eleganter vocat Rhet. 2. νεῶν δὲ μεταβάλλοντι ἀνθρώπων, pro amata relinquere permicem, ut mox dicitur de juvene.

Imberbis.] Cæsar lib. Com. 6. de juvenibus Germanorum scribit, eos maximam inter suos ferre laudem, qui diutissimè impuberes permanserunt: hoc ali statutam, ali vires, nervosque confirmari putant. Intra annū verò vigesimum staminæ notitiam habuisse in turpissimis habent rebus: postquam mox enascitur pubes. cute coitu Veneteolaxata, remissa & aperta ex observatiōe Physicorum.

Cereus.] Flexibilis & propensus ad vitia: asyndeta sunt ac dissoluta, recta contilia dantibus trefractarius & contumax, omni que admonitionis contemtor, qualis fuit Nero in Senecam, ut est in Octavia, desiste tandem jam gravis mahi instare, licet facere, quod Seneca improbat. Sic Pistoclerus Lydo pædagogo responfat in Bach.

Plaut. jam excessit mihi ætas magisterio tuo: Sic Phidippides patris sui fuit contemtor apud Aristophanem initio Nebularum οὐδὲ ἔσθωτις, nulla me tuis cura tangit o Strepsiades. Lentè providus rerum suarum: quia sunt δὲ ληψίαι, nihil sibi putant unquam defaturum, sed illarum profusus, elatus & superbus. Raro τὸ σὺν βλῆσι sic ab solutè accipitur, dictum ab limine superiori portæ, Galli rectè suâ linguâ eum appellant. subelin: qualis videtur fuisse Catilina apud Sallustium, & animi altitudine & aliorum morum depravatione: ille enim altum gessit animam μεγαλοφύχως ἔχειν ἢ δὲ λυγρῶν.

Monitoribus asper.] Hoc Græcis est, πρὸς τὰς παγετῶν τὰς τρυχότερον τὸ δεικνῶν ἔχειν.

Cupidusq.] De juvenibus ita Aristot. 2. Rhet. οἱ μὲν οὖν νεῶι τὰ ἴδη εἰσὶν ἐπιθυμητοὶ. mores igitur juvenum sunt hujusmodi, ut magnis cupiditatibus exardeant. δὲ μεταβάλλει καὶ ἀνθρώποι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, τὰ γὰρ δὲ πάντων. ὁ δὲ αἰ βελήεις καὶ ἢ μεγαλαί, ὅπως αἰ τῶν καμῶντων δὲ ληψίαι νεῶν. id est, facile in horas mutantur & cupita fastidiunt, vehementer quidem appetunt, sed cito desunt: repentina enim sunt eorum studia, sed non magna, qualia sunt ægrotantium, qui cibo & potionibus, que vehementer concupierant, facile satiantur, moxq; illa fastidiant ac respuunt. Ob id Menelaus nolebat quicquam pacisci cum filijs Priami Iliad. 7.

Alie δὲ ὁμοτέρον ἀνδρῶν οὐκ ἔστιν ἠεὶ δεικνῶν. semper autem animi juvenum sunt elati, quos paullo antè dixerat ὑψηλῶς καὶ ἀπίστως, id est, sed difragos & insidos. sic Πυθ. Πυθ. εἰδ. δ. ἀντικω. ἢ πρὸς δὲ se loquitur.

Αὐτὸν ἴδῃν μὲν νεῶν μὲν ὁ ἀλκίως ἀμφιπέλει. Σὺν δὲ ἀνδρῶν ἔβας ἀστὶ κυμαίνει.

sed me jam ingravescens ætas circumstat, tu flore juventutis & vigore ætatis tuæ adhuc astuas & fluctus more ageris.

Conversis.] Hæc ætas dicitur a Catone majore ætas constans & media. & Græcè ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας ἢ ἀκμάζουσα ἡλικία, vigor & flos ætatis, vicens, integra & firma ætas, que initium sumit a quinta statim annorum hebdomada, in qua Hesiodus censet ducendam esse vxorem & operam liberis dandam, a quo non multum dissentit Aristoteles. Hic tamen Horatius non eo recenset ordine ætates, quo ille, qui moribus juvenum statim illos senum subjicit, ut e diametro adversantes, eâ re, ut puto adductus, quò melius contraria propè posita intelligantur: Poeta verò ætatem vitæ inter juventutem & senectutem interponit, ut ostendat mores eorum, qui sunt in viriditate constituti, ab utroque extremo disparari. Nam quum juvenes videntur nimis confidere, modum non servant quum verò contra senes nimis diffidere ac timere, ab eodem recedunt. Sic uterque in vitium labitur. At florentes ætate dum moderatè confidunt, illud vitium vitant ut utrumque, ac se honestè in utroque gerant itaque ἢ τε σφόδρα θαρρῶν. Præterea juvenes sunt ἀπίστοι, omnibus credunt, quod non facerent si didicissent ab Epicharmo, artus & nervos sapientiæ esse non temerè credere. Senes ἀπίστοι, nemini credunt propter diffidentiam, ne fallantur, inquit Aristoteles, & suspicionem, & ob vitam longam, & usum rerum plurimarum: sed qui sunt in statu, sunt σφύρησι, prudentes: juvenes bona dilapidant: senes cupiditate quærendi, ac metu amittendi noctes dièsque cruciantur, nec his utuntur. Viri moderatè res quærunt, ac his similiter vtuntur ad conciliandas sibi amicitias & honores, non ad effusionem, nec ad avaritiam.

Cavet.] I. vir constantis ætatis priusquam quid incipiat, maturè consultat, & postea nullius facti eum pœnitet, nec audit, quod Helena ab Electra in Oreste.

ὁ δὲ σφραγίς

Et quoniam eum totum liberos a regibus dicitur, sero sapis, que dum do- mos tuas pater reliqueris.

Multa senem.] Ut senarius ille monet:

πολύ τὸ γήρως ἢ τὸ εὐχρηστὸν μόνον.

metue senectutem: non enim venit sola.

vnde Poeta quidam eam vocavit κλιμὴ τῶν κακῶν, portū malorum. Primum autem senum incommodum est οὐλομερδία, cui ita seruire dicuntur senes, ut omni studio, totoque animo incumbant: augendæ rei familiari, atque hinc vni studeant: quod senex Mitio Terentianus Adel. Act. 5. Sc. 3. ver. 41. confitetur: solum vnicum hoc vitium affert senectus hominibus, attentiores simus ad rem omnes, quam sat est.

Inuentis.] Sic Terentius dicit: labore inuenta mea cui dem bono, ut Ovid. l. 3. Amor. Eleg. 7. inuentas sanguine opes, id est patas & acq̄uitas. Item in Hæut. Terent. Act. 5. Sc. 4. ut serues, quod labore inueneris, id est, acq̄uerit & consequutus sit operâ, studio & diligentia. Sic Græci τὸ δέσποιν ὑφ' ἑαυτῶν τὸ πῶν κτὰ δαί, ut annotavit Vulpianus in Orat. Demost. κατὰ Τιμοκρ. Aliæ quidem cupiditates in senem remissæ sunt, sed hæc in eo dominatur, cui statim adhaeret ἀνελθεῖα, illi hereditas, tor des & avaricia. Ratione autem affert, cur sint ita affecti, quia, inquit usū & experientia sunt edocti. q̄ difficilis & ardua sit pecunia paratu. Præterea hæc Poetae verba, vel quod res, &c. interpretantur ita Philosophi, καὶ δέλοι καὶ πάντα προσδοκῆται, timidi præterea sunt, cuncta que mala, antequam eueniant, cum metu videntur expectare negotia, s̄gniter & lenè tractat & administrat. Ideoque dicuntur hic cunctatores.

Spe longus.] Puto esse interpretatione τὸ δυσελπίδης, tardus ad sperandum aliquod bonum. Hos ego fortasè imitor, & utor ætatis vitio, ait Cic. lib. 2. Fam. l. Epist. 16. Recordor enim desperationes eorum, qui senes erant a- dolescente me. Hoc dicebat Cicero, quum adolescens spectasset, Sullâ & Mario de singulari principatu decer- tantibus, desperantes senes nunquam fore, ut Reip. tan- toperè afflictæ sua restitueretur salus & dignitas. Id autem vitij nititur Physicâ ratione, ut S. ruius nota- vit in hæc verba lib. 2. Aen. quibus integer ævi San- guis, minui sanguinem per ætatem: vnde & in senibus tremor est ided animus eorum non facillè ad spem melio- ris fortunæ potest erigi. Contra iuvenes sunt ad bene sperandum prompti δελπίδης, quia his longa superest vi- ta: illis verò perbrevis, quam mors pro forib. manet, aut, ut Socrates loquitur cum Cephalo senè lib. 1. Pla- tonis de Repub. eamque, ἐπιγῆσθ' ἐδ' ὡφασσάναυ. dicitur in lumine senectutis esse.

Iners.] Id est, ἀπραγῆσθ', ad agendum segnis & inprus, & quod est propinquior morti, eò majori tenetur deside- rio vitæ, propterea dicitur φιλόθωσθ', in quem iactatum est hoc Epigramma Græcum libro primo cap. 15.

Εἴ τις γηρόσθ' ἦν ἐὼ χεῖρ' ἄλ' ἴος ἔσθ'.

Τηρόσθ' ἦν πολλῶν εἰς ἐτέων δεκάδας.

Si quis senio co- factus operat urvire, dignus est, quem se- nestus ad meliorum annorum decadas pertrahat. Est præterea δύσκολος, difficilis & morosus, ut Socrates in Panath. senectutem descriptione declarat: τὴ γῆρως ἐστὶ δύσπρεστος καὶ μικρολόγος, καὶ μεμψιμοίρος, senectus est τυ- τοσά, in minime quæ quæramini, & querula, præterea φιλά- ησθ' καὶ ἐδυσπρεστος καὶ μεμψιμοίρος, querulu. Pro hoc, auidius futuri, & laudator temporis Aristoteles dicere videtur, καὶ ὥσθ' τῆ μνήμῃ μείλλον ἢ ἐλπίδι. ἐστὶ δὲ ἢ μὲν ἐλπίς τὸ μέλλον, ἢ δὲ μνήμη τὸν παρελθόντα ὅπερ ἀπὸν καὶ τῆς ἀπολογίας αὐτοῖς. διατελοῦσθ' τὰ γενόμενα, λέγοντες. id est, in vita degenda ma- gis utuntur memoriæ, quem spectat quidem est rerū futu- rarum: illa verò præteritarum, quæ causa est garrulitatis in ipsis. Narrant enim junioribus, quæ superioribus

annis gesta sunt, quo plurimum gaudent. Sic Socrates in παραθηναϊκῶ agnovit in se senè vitium ob' ivionis & gar- rulitatis: λοιπόν ἔστιν ἄλλο πρὶν ἀπὸσμένον τὸ γῆρως συ- γράμην ὁ πῆρτῆς λίγης καὶ μακρολογίας τῶν εἰδῶ μῖνον παρὰ γῆ- ρου τοῖς τῆλικῶταις, ἐπὶ τὰ ἀλλοθῆνεις τὸν τὸ πον ἔκρινον ἢ: οὐπερ ἐ- ξέπρεσον εἰς τὴν ἀπολογίαν ταύτην: nihil restat igitur aliud, nisi ut petuā senectuti mee veniā ob' ivionis & loquac- itatis, quæ solent supervenire hominibus, huiusce ingraves- centis ætatis, eò redeam. vnde in hanc de veni garrulitatē.

Censor.] Munus censoris vide l. b. 3. de Leg. quod viris annos 50. natis mandabatur, & de ejus severitate libro secundo capite quarto Valerij Maximi & libro secun- do Fenestellæ: lege etiam Orationem pro Cluentio, Plutar. in vita Catonis Censoris. Castigatoris senis & laudatoris exemplo tibi esse potest Menedemus Teren- tianus Act. 1. Sc. 1. Heaut. Hom. tibi ne hæc diutius licere speres, facere me viro patre, amicam ut habcas propè jam uxoris loco? erras, si id credis, & me ignoras, Clintæ: ego te meum esse dicenti spero volo, dum, quod te dignum est, fa- cies: sed si id non facis, ego, quod me in te sit facere dignum invenero, nulla adeò ex re iustit sit, nisi ex nimio otio: ego i- stuc ætatis, nō amor operâ dabā: sed in Asiā hinc abij pro- pter pauperiē, atq; ibi simul rem & gloriā belli repperi. Bene senex, ait Donatus in verba, nō amor operâ d- bam. juxta præceptum Horatii, laudator temporis sui.

Multa ferunt.] Hæc temporis accessio ab infantia per pueritiam, adolescentiam & juventutem prog. essa, viri- li ætate terminatur, his munita commoditatibus, ludorū voluptate formæ dignitate, valetudine, corporis firmitate, memoria bonitate, sensuum integritate. Ejuſdem de- cessio affert hæc incommoda superioribus contraria, r- iſtitia, deformitatem, morbos, oblivionem, imbecilli- tatem, sensuum infirmitatem. De quibus vide Axiochū Stobæum in tit. de senectute & Herodotum in Thalia, ubi puto esse, quod Eustathius citat in hunc versum O- dyſſ. β, ὅν δ' ὅτε δὴ μῆρας εἶμι, &c. ὅτι αὐξάμεν ἢ τῶ σώματι σὺν αὐξάνοντα καὶ αἰσθητικὰ γηρόσθ' ἔστιν ἐπὶ τῶν ἀγγε- ſcente quidem corpore, mens simul augetur: sed eodem sene- ſcente, confenscit eadem. Idem Galenus in Timæum: vbi pro ὁρῆσθ' Herodoti dicitur τῆς λογικῆς ψυχῆς αἰσθητικῆς fa- cultates admiratione. His incommodis queritur Poe- ta sibi ereptam versus faciendi potestatem Epist. 2. l. 2, ad hunc locum:

Singula de nobis anni prædantur euntes:

Eripuere jocos, venerem, convivia, ludam

Tendant extorquere poemata, quid faciam, vi?

De his senectutis incommodis plenè scripsit Juvenalis Sat. 10. Non dissimilis est querela Deaniæ in I rachiniis Sophoclis: ὅπερ λέγει μὲν τὴν αὐτῆς ἕβην φθίνουσαν, τὴν δὲ τῆς ἰδῆς ἔρπυσαν πρῶσθ'. ubi dicitur florem quidem ætatis sive marcescere multis annis, illam verò loles augetere panis.

Ævόque.] Aristoteles est, τὸ αἰὼν ἀπὸ τῶ αἰεὶ εἶναι λέγει εἰληφῆσαι τὴν ἐπανυμίαν, dicit lib. 1. de Mundo, αἰὼν, vnde La- tinum ævū deflexū est, nomen sumfisse inde, quod sit γῆσθ' ὁσάδῃσθ' καὶ θεῖσθ', tempus infinitum & immortale, que no- minis ratio apertior fieret per participiū, πνεύ. τὸ αἰεὶ ὅρ' ab eo, quod semper est: quam vim Latini tribuunt Latine ævum, quamvis hic sumatur pro ætate, quæ tamen con- cisè sit ab illo, ut æternitas a veteribus ævitas & æ- viteritas integrè pronunciata: quæ verò hic dicun- tur adjuncta & apta ævo, intelligenda sunt de omni- bus circumstantiis affectionibus, effectibus & acciden- tibus, quæ supra singulis ætatibus attributa sunt, & in Dialecticis annotata: vel potius ipsis hominibus cuiusque ætatis tributa, ut pueris lusiones, ac iræ le- ves: juvenibus equitatus, venatio, in vitia propealio, pro- fusio, imprudentia, cupiditas, inc- nstantia, superbia, contemptio admonitionum: constantis ætatis vires, studiū

qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. Ex hac quidem definitione per-
spicis facillè numerum esse communem notionem tam li-
beræ, quàm strictæ orationis.

Impariter junctis.] I. e. senario & quinatio constanti-
bus, qui inter se impariter comparantur: & post nomina-
tim exigui elegi vocantur παραρρηκτικὸς. Hanc tamen exi-
guitatem referunt quidam ad rationem versus heroicæ: alii
ad mollitiem argumenti Elegiaci: de cujus etymo dictum
est Od. 33. l. 1. ad hunc locum:

Neu miserabiles Decantes Elegos.

Archilochum.] Significat hunc pedem in Comædiam
& Tragediam post Archilochum traductum fuisse.
Quamquam autè de hoc inventore jambici versus anno-
tatum est in Gram. E. od. 6. & Od. 16. l. 1. de natura ver-
sus jambici, undè possis repetere, quod hic desideres: non
erit tamen alienum a profectu juvenum adscribere,
quod admonui in locis citatis, a Scholiaste Hephæstio-
nis de hoc pede primum, deinde de metro ex ipso
constituto annotatum. Scribit igitur Scholiastes ille
in caput περὶ ποδῶν ἰαμβὸς ἐν βραχέας καὶ μακρὰς συνη-
ταὶ ἐκλήθη δὲ ὅτι ἀπὸ ἰαμβίου Κελεῖος θεοπαίου ἢ ἀπὸ ἰαμ-
βίου πῶς κέρως ἀρχῶς ὑβειδίσσης, καὶ διὰ τὸ ἀρχὴν χρῆσι-
μῆτος, ἢ ἀπὸ γράβης πῶς ἰαμβίου καλεῖται, ἢ πλῆθος οὐκ ἔ-
χων ὁ Ἰαπώνης καὶ ἀφάμενος τῆς σκάφης, ἐρῆς ἐπιπλῶν ἢ γράβης
τὰ ἔρια, ἢ κίχου λεγόμενος, Ἀνθρῶπ' ἀπέλθε τὴν σκάφην ἀναπέ-
πεις, id est, jambus constat ex brevi & longa. Sic autè appel-
latur, aut ab Iambe ancilla Celei, aut ab Iambe quadam
puella affecta infami contumeliâ, ideoq; laqueo usa, aut
a vetula quadâ Iambe vocata, in q̄ lavantem quum Hip-
ponax incidisset & scapham apprehendisset, ubi vetula
velleram lavabat, audivit vocem mulieris dicentis, heus tu
homo abi scaphâ eversa. Hæc de ratione pedis, additur
post de metro, τὸ δὲ ἰαμβικὸν μέτρον ἐστὶν ἐξ ἰσοπόδου μετρείται δὲ
τὸ ἰαμβικὸν κατὰ δίποδον. ἔθεν ἡ ἀριμετρον λέγεται, καὶ τὸ ἰαμβί-
ζεν ἀπὸ τῆς ἰσάβης, τὴν ἐστὶ λόγος μετὰ πικρίας λέγειν. οἱ γὰρ ὑ-
βείζεν καὶ λοιδορεῖν πινὰς βολόμενοι, τὴν τὴν ἐχρῶντο τῶν μέτρων, id est,
metrum autem jambicum sex pedibus constat, ac dimen-
sione ter binorum pedum distinguitur: undè trimetrum
vocatur: atque verbum τὸ ἰαμβίζεν desectitur ἀπὸ τῆς ἰ-
σάβης, quod est verba acerbitatis plena in aliquem dicere.
Nam qui volebant alteri facere contumeliam & in eun-
dem convicia jacere, hoc metri genere utebantur, ut no-
tavimus Epodis 6. Archilochum & Hipponactem fecisse:
dicitur etiam Simonides Amorginus ἰαμβοποιός.

Cothurni.] Cothurnus, quia jam annotatum est Od. 1.
l. 2. 2. & Epist. 1. l. 2. quid esset: videretur nunc supervaca-
neum de eo quicquam dicere: sed quum prior ejus signifi-
catio, undè fluxit secunda, non satis patefacta sit, addam
e duobus Maronis locis Eclog. 7.

Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota
Punico stabis, suras evincta cothurno.

item e 1. Aeneid.

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoq; altè suras vincire cothurno.

cothurnum esse calceamenti genus partim ad usum cur-
su certantium, ideoque ἐνδρῶμιδα nominari: partim ad
venationem accommodatum: eamque ob rem dicitur a
Polluce lib. 7. Ἴδιον Ἀρτέμιδος ὄνομα. Juvenalis tamen
Sat. 6. & Martialis lib. 4. inter villosas vestes po-
nit endromida. Quum verò foccus & cothurnus ad
cultum personarum Comicarum & Tragicarum trans-
feruntur, Græcè cothurni appellantur ἑμβάδεις, focci ἑμ-
βάται. Vide, an ex epithetis possis, quid inter utrum-
que intersit, nosse. Lucianus dicit libello de saltatione:
ἑμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχόμενοι, foccis altis innixis. Pollux
verò καθόριος ταπεινός, humiles cothurnos: quum Virgilius
contra cothurnis altitudinem videatur tribuere, & alii
humilitatem foccis.

Vincentem.] Quidam hoc interpretantur de jambo
sapius iterato, & altius sonante populi strepitu & clamo-
re: alii dicunt suavitate hujus pedis spectatores intermisit-
se strepitum: alii denique referunt hanc jambi victoriam
ad utriusque Grammatici poematis perfectionem: dum
optimè jambis populi rumores, jurgia, mores heroum
exprimuntur.

Natum rebus.] Valet idem, quod prius aptum, Græcè
περικλυτὰ πᾶσι τὰ δρῆματα, ad fabulas tractandas natam.

Musa dedit fidibus.] Hellenismus est: sic enim Il. 7.

Ζεὺς ἄνα δὸς τίσσε δὲ με ἀεθτεῖσθ' ἡγὰρ ἔοργε
Iupiter rex permitte, ut ulciscar eum, qui prius me affecit
malis. Item Xenophon lib. 5. Ἄλλ' ὦ Ζεὺς μέγιστε δὸς μοι τὸς ἐ-
μὲ τιμῶντας νικῆσαι, Sed o summe Iupiter concede mihi ut bo-
ne merendo superem colentes.

Fidibus.] Pro quo dicit Orator, Musa dedit lyricis
versibus laudes Deorum & heroum referendas, quem-
admodum Cicero, Dedit illi librum perferendum, & sta-
tuam faciendam.

Servare vices.] Videtur in poemate servare vices, qui
scit vicarias cuiq; tribuere actiones, quoties res ita fert,
ut quum Poeta ipse inducit personas, Chremetis, Simonis,
Davi, & sermonē ipsorum vicarium recitat: præterea
suas cuiq; generi partes dare novit. Siquidem erant hi-
striones primarum partium, alii secundarum, alii tertia-
rum: quas vices, id est officia singularum partium & per-
sonarum in Comædia & Tragedia Horatius hic perfe-
quitur. Epico etiam novit dare congruum argumen-
tum, quale fuit supra ipsi & reliquis generibus tribu-
tum, qui etiam scit poemata suis formis & decoro distin-
guere, & convenientibus variare figuris, & suum cuique
personæ mandare munus: qui contra hoc nescit, ne Poe-
tis inferatur.

Pudens pravè. Quod Græci dicunt κακὰ κατὰ γὰρ θεῶν
τὴν ἀρετὴν καὶ ἐπιστήμην ποιεῖν, quem male pudet virtutis ac
poeticæ: sed de pudore vitioso lege Plutarchum lib. περὶ
δυσωπίας, & in Epist. 16. l. 1. & in Sat. 3. l. 2.

Versibus exponi.] Idem docet Cic. de Optimo genere
orat. In Tragedia Comicum est vitiosum, & in Comædia
turpe Tragicum. Ibidem quod hic paulò post dicit Poeta

Interdum tamen est vocem comædia tollit.
orator effert continenter, & in cæteris suis est cujusquo
certus sonus, & quedam intelligentibus nota vox: ubi τὸ
Sonus καὶ τὸ vox sunt συναρδωχρῶς sumenda pro eloquu-
tione & genere orationis. Ut Horatius junxit infinito in-
dignatur, quod raro reperitur, sic Homerus Od. 1. 1. 1. 1. 1.
σόμεαι.

Βῆσ' ἴθι ἀεθύροιο, νεμεσθήη δ' ἐπὶ θυμῷ
Ζεῖνον δ' ἴδω θυρήων ἐφέσταμεν

Telemachus rectè perrexit ad vestibulum domus:
Reprehensione autem dignum censuit, quod hospes dim-
proforibus stetisset.

Quid autem indignatio sit, repete e Grammaticis 4. E-
pod.

Cæna Thyeste.] Chæremor dicitur scripsisse Tragediam
hujus inscriptionis, cujus meminit Aristoteles in arte
Poetica inter has Alcmeonem, Oedipum, Orestem,
Meleagrum, Thyestem & Telephum. Quis autem sit
Thyestes dictum est Od. 16. l. 1. & Epod. 6.

Privatis carū, sic carmina vocat comica, ut hominū pri-
vatorū & plebeiorū, quales solent esse personæ comædiæ,
Simon, Chremis, Davus, Pamphilus, & his similes. ad hæc p
singula res singule atq; personæ intelliguntur, & actiones
ipsarum, ordo, modus & decorum.

Interdum tamen.] Ad hunc locum videntur perti-
nere, quæ nos notavimus in hanc quæstionem Satyr.
4. lib. 1.

Idcirco quidam, Comœdia nec ne poetia
Esset, quæstione, quid acer spiritus ac vis
Nec verbis, nec rebus inest.

Dolet pedestri. Id est, suas fundit querelas κατὰ λόγον
ἀλλυπέως, πειστικῶς λόγῳ, vulgari & cōmuni omnium sermone. 5
Recognosce mecum, Lector, e notis Eustathii in primam
Iliada vers. 1. quum definit oden esse λόγῳ μεμελισμένῳ,
quid sit pedestris sermo: quas quidem notas deinceps ita
subscribit, ὅς ἐστιν ἄρμα ἔχει, ἡρώου ἠφροσύνη, μέγας, καὶ πῶς
διὰ τὸ ὑπερ ἡμῶν, ἕποχος ὁ τοι ἔτος λόγος εἶναι δοκεῖ. Διὸ περὶ
μὴ τοιοῦτος, πειστικῶς ἡρώου ἠφροσύνη λέγεται διὰ τὸ παρρησιῶν. καὶ
τὸ ὅς ἀπὸ ὑψὸς τινὸς καὶ ὀχλήματος κατὰ βλάστην εἰς τὰ ἄνω. 1.
quæ Oda elationem, hoc est sublimitatem, tumidam gravi-
tatem, amplitudinem, & ob hanc exsuperantiam talis Oda
videtur quodam modo equitare. Quapropter sermo, qui non
est hujusmodi, pedestris vocatur ob summisionem & humi-
litate: quia tanquam ex alto curru descendit in pavimen-
tum de hoc autem genere sermonis repete notas Rhetoricas
Satyræ sc. lib. 2. in hunc versum,

Quid prius illustrem Satyrus Musæq; pedestri.
Telephus. Ellipsis est Tragediæ & Comœdiæ de Tele-
pho & Peleo: de priori fuit Epod. 17. & de eodem ferunt
Agathonem Tragediam scripsisse. Athenæus l. 7. de hu-
jus paupertate scribit, Timocles in jambicis, Aristophanes
in μετέλι. Telephus pauper sic appellatur, quia postq̄ eū
Hercules suscepisset ab uxore, expositus fuit ab avo: & a
cerva, unde nomen invenit, nutritus dicitur. i. a pastoribus,
quibus cum rusticè ac moderatè colloquebatur: sed ubi
animum induxisset regnum recuperare, illudq; administrare
aliud loquendi genus sequutus est. De Peleo dictum est
quoque Od. 7. l. 3.

Ampullas. Quid sit ampullarepete ex his, quæ sunt
annotata in hunc versum Epist. 3. l. 1.

An Tragica de se vni & ampullatur in arte?
Projicere autè hic est Poetâ abstinere a verbis magnificis,
elegantibus & tumidis, si vulg suas de miseria querelas
audiri & animos spectantium commoveri.

Spectantis. Spectantis p̄ Spectatoris dixit Horatius ad
imitatione Aristophanis, qui in Acharnensibus Act. 2. Sc.
3. dixit, καὶ μοι φρονιστήν ἀνδρῶν οἱ θεώμενοι προθεαταί. Ne mihi
ἐπιθεαταί, ἀνδρῶν οἱ θεώμενοι. Annotat autè Scholiastes
Aristophanis, hunc versum & sequentem parodiam esse, quâ
Comicus ad captandum auditorum risum, leviter immu-
tatis Telephi apud Tragicum verbis, usus est.

Pulcræ esse. Facile intelliges, quid sibi velint hæc verba,
si memoriâ repetes pulcritudinis definitionem e
Grammaticis in Od. 16. lib. 1. Nam ut pulcri corporis
causæ sunt symmetria partium, & jucunda quædam coloris
suavitas: sic pulcri poematis efficientia sunt quæstionis
dignitas, argumentorum vis & legitima dispositio, &
verborum exornatio & sententiarum conformatio, ut sit
quasi colorata gratia: item ut formæ commendatio non
est perfecta, nisi ad eam fiat accessio lepōris & suavitatis,
& illecebrarum in sermone & gestu: sic poema, nisi cum
prædictis virtutibus habeat conjunctam pronunciationis
suavitatem & actionis dignitatem in voce & gestu &
in affectuum convenientia, probitatis commendationem
minimè assequetur. Itaque de ratione affectus movendi
sic Rhetores præcipiunt: ac primùm Aristoteles in
titiol. 3. Rhetor. ubi dicit in omni oratione tria esse
consideranda, σαφήνεια ὀργῶν, τὸ ἀρετῶν, perspicuitatem, orna-
tum, decorum. Hoc autem postremum rursus in aliis
tribus consistit rebus: primùm in affectibus movendis: deinde
in moribus explicandis: in rerum denique convenientia.
Cicero quoque lib. 2. de Orat. inducit Antonium sic
disputantē de hac facultate auditores & maximè iudices
permovendi: Nunc ego quid tibi, Crasse, quid tibi accidat?

nescio: de me autem causa nulla est, cur apud homines pri-
dentissimos & amicissimos mentiar, non, me hercule, un-
quam apud iudices, aut dolorem, aut misericordiam, aut in-
vidiam, aut odium excitare dicēdo volui: quum ipse in com-
movendis iudicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere
vellem, promoverer. Neque enim facile est perficere, ut ju-
dex ei irascatur, cui tu velis, si tu ipse idlentē ferre videare:
neque ut oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagran-
tem odio ante viderit, neque ad misericordiam adducetur,
nisi & tu signa doloris tui, verbis, sententiis, voce, vultu,
collacrymatione denique ostenderit. Similiter præcipit A-
ristoteles in arte, πειναντατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως, οἱ
ἐν τοῖς πάθειν εἶναι καὶ χεῖματι οἱ χεῖμαθῶν, καὶ χαλε-
παὶ ἡρῶν. Nam apertissimi ab ipsa natura sunt ad
persuadendum, qui sunt animo commoto: & fluctuare facit
alios, qui est ipse fluctibus agitat: & ad iram concitat,
qui verissimè est irā concitatus. Deinde Fab. Quint. lib.
6. cap. 2. summa enim (quantum equidem sentio) circa mo-
vandos affectus posita est, ut moveamur ipsi. Nam & lu-
lus, & ira, & indignationis aliquando ridicula fuerit imi-
tatio, si verba, vultusq; tantum, non etiam animum accom-
modaverimus. Hanc verò doctrinam a Græcis desum-
ferunt Latini. Sic enim Plato in Dialogo inscripto Ion
sive de Iliade, item Arist. l. 2. Rhet.

Agant. Agere animū est illum impellere, invitare, ra-
pere movere in hunc, vel illum affectum: sed agere ani-
mam est illam efflare, id est, vicinum esse morti, ut innuit
Cic. Tusc. 1.

Flentibus adsunt. Flent cum flentibus, & similiter
eos affici vultus prodit: idem præcipit Aristoteles lib. 3.
Rhet. de oratione apta & decora, συμμοσιον παθῶν αἰεὶ ὁ ἀνέων
τῶ παθητικῶ λέγοντι, πᾶν μὲν δὲ λέγει, ἵνα δὲ ἴσῃ semper motibus agi-
tatur auditor, quibus is, qui perturbatus dicere videtur, et-
iam si tum jam nihil dicat. Sic Cato loquitur in Cicerone,
Adsum amicus, venio in Senatum frequens, id est, opem fero
amicis, quam mihi in adversis ferri ab aliis optarem.

Tunctua. I. quum tu prior dolebis, ego postea dolebo,
vel tuus gravis & miserabilis casus me tanger, vel
molestiâ de tuo casu afficiar, ubi te animadvertero dolen-
tem. Hanc autem tanquam diceret συμμοσιον πάθειν ele-
gantē comparatione declarat Cicero l. 2. ad Q. frat. ut nul-
la materies inflammatur, nisi ad eam ignis admoveatur: sic
auditor non facile commovetur, nisi orator inflammatus ac-
cedat ad incendendum ipsum & commovendum.

Si male loqueris. I. si malè tuas partes tueberis, vel si
te geres alium, atque tuus præsens status requirit, aut per-
sona quam tibi fortuna imposuit, videtur postulare, in sce-
nam progressus & pro misero te præstans benè fortuna-
tum, pro tristi hilarem, non audieris, sed irideberis. Hæc
quattuor membra sunt asyndera & dissoluta.

Plena minarum. Hoc Græcè γέμοντα τῶν ἀπειλῶν προ-
πιῶν: ἀπειλᾶς πλείοντα, ut μέγα πλείοντες, pro, θυμὸν καὶ δυνά-
μειος γέμοντες, Iliad. β. τὸτ' ἐστὶ θρασυλαίος, ex Scholiastis.

Lascivia. Verba jocosa & petulantia decent ludentē.

Format enim. Idem docet Cic. lib. 3. de Oratore,
Omnes enim motus animi suum quædam a natura habent
vultum, & sonum, & gestum, totumq; corpus hominis & e-
jus omnis vultus, omnesq; voces, ut nervi in fidibus, ita sa-
nant, ut a quoq; animi motu sunt pulsa.

Angit. Hoc verbum e Græco factum est Latinum,
ut Epistola primâ libri secundi jam fuit notatum: ἀγγίζω
enim Græci dicunt pro stringere & strangulare: undè
ἀνδραχῶν ἢ ἀνδραγγῶν, τῶν τῶν ἀνδρῶν ἀγγίζοντα, vocant Græci
hominum strangulatorem, tortorem.

Cachinnum. Origo hujus vocis est a verbo καυχᾶ-
σθαι, quod est Suidæ ἀλλόως γελᾶν, sffuse ridere. ac velut instat
rudentis asini clangorē quendam edere ore diducto: undè
καυχᾶσθαι

pretem Apollini 4, Argon. ad hunc locum, ὄρεσι χαλκῶσι εἰδὸς χαλκῶ, &c. Vide etiam Servium in versum Virgili prius citatum: quorum interpretum verba non licet huc adscribere per prolixitatem, quæ illic videris: Lector. Hic tamen corripitur per licentiam. Quidam putant scribendum *aurichalcum*, & illud more cuiusdam hybridæ gignunt è Græco & Latino. Sed peritiores linguæ Græcæ ex vno & eodem genere deducunt, ex dativo ὄρεσι τῶ ὄρεσσι, eos, monte & χαλκῶ, ære, ut sit æs montosum: in quod Cadmea terra conjicitur. Fit etiam è Chalcide lapide Cyprio de quo lege Plin. lib. 34. cap. 2. Galli hoc metallum vocant hodie *zeton orichalcum*. Ex orichalco autem fiebant & cudebantur numi, vnde ipsum vocabulum pro illis metonymicis sumitur & in Pseudolo Plauti ad hunc versum: *Diu immortales, oreichalco contra non carum fuit meum mendacium* pro non venite aut venale esse potuit meum commentum nummis ex oreichalco cufis, id est, pluris fuit illis: vel mea sycophantia plus mihi profuit, quam ingens auripondus. Præterea organa Musica sunt duorum generum: quædam sunt ἑμπνευστα, quæ flatu resonant, ut ἀλλοι, συρίγγες, tibia & fistulæ, quæ fiunt è varia materia, calamo, ære, loto, buxo, cornu, ossibus cervorum, orichalco: quorum multa erant apud veteres genera, de quibus vide Pollucem lib. 4. Alia erant κρουόμενα, quæ plectro vel digitis pulsa sonant, lyra, cithara, barbitum, quamquam Pollux scribit eadem esse, sicut κλέψεν, κίθαρι, ἐν. βασιλῆτι ἐν.

Tuba q.] Tuba quæ Græcè σάλπιγξ, ἡ σάλπιξ, à tubo deduci videtur: vnde æs cavum, & æra cava, æs raucum, & Virgilius dicit pro tubis & Horatius,

Non acuta

Sic geminant Corybantes æra

Ode. 16. lib. 1.

Utilis] Syntaxis est Græca, pro qua Orator vitur ad chori sonitum iuvandum, & ad caveam cantu nondum nimis celebrem & frequentem commendam: quomodo Cicero dicit 3. de Off. *nam ad nullam rem utilis*. Sic Platon lib. 2. de Republ. ἀχρεῖοι ἀλλὰ ἐργὸν περὶ τῆν. Item Aristoteles χρησιμὸς προνοεῖν, *utilis ad providendam*. Quemadmodum Græci interdum loquuntur, χρησιμὰ πρὸς τὸν βίον, *ad vitam traducendam utilis*, sic χρησιμὸς εἰς ἐργὸν, *commodus operi faciundo*.

Sedilia] Id est caveam spectantibus nondum nimis refertam, quam populus numerabilis solent esse paucus & rarus.

Ut pote] Est hic διασηπτικὸν pro *scilicet*, id est, cuius alterum vsum Saty à quartâ libri secundi notavimus.

Verecundus q.] Quamquam verecundia decet omnes, in primis tamen mulieres, quæ in consessu theatri olim fuerant, ut Cicero in Tusculanis scripsit:

Quo coibat] Ineptè quidam referunt, quo ad flatum, quum hic valeat, in quæ sedilia conveniebat rarus populus. Ita Cicero loquitur lib. 2. ad Atticum: *in locum aliquem coire*: sed coire in locum, pro congregari Donatus existimat solœcismum esse, ideoq; locum Terent. Eunuc. Act 3. Scen. 4. *Hæc aliquot adolescentuli coimus in Piræo*, explicat consensimus, pepigimus, constituimus, non congregati fuimus.

Extendere] Ager Romanus initid fuit perangustus, ut ex hoc versu Sat 8. Juven.

Imperii finem Tiberinum virgo notavit.

Quod factum est Porfenâ Etruscorum rege Romam obidente. Illo enim tempore Romani non imperabant ultra Tiberim, & vnam illius ripam tenebant: quod quidem confirmat Servius in hunc versum Aeneid. 11. *Etruscisque duces*, vbi rationem hujus vocis reddit, quam nos Ode. 2. lib. 1. notavimus ad hæc verba *Etrusco litore*. Hanc autem imperii & Urbis amplificationem Anchises

prædixerat Aeneæ sub fin. l. 6. Aeneid.

*En hujus nate auspicio illa incluta Roma,
Imperium terris animos equabit Olympo,
Septemque una sibi muro circumdabit arces,*

5 Historia tamen memorat primo Urbis spatio quattuor tantum colles comprehensos Romulo imperante. Esquilinum, Aventinum, Palatinum, Capitolinum: deinde Servio Tullio Sexto rege tres alios inclusos. Quirinalem, Viminalem, & Cœlium. Reliquas vrbis accessiones vide apud Historicos.

10

Placari Genium] I. Sacra illi fieri vino, non victimis, cœperunt nullo legis sumptuarie metu, quæ vetabat inter diu epulari & potare, & sumptibus modum præscribebat, uti monuimus in Gramm. Ode 1. lib. 1. Præterea, quid Genius esset expositum fuit Epist. 1. lib. 1. in Grammaticis.

15

Accesit] Id est aucto imperio & i suis accrevit numerus fabulæ, modulatio & harmonia, quæ sic discreparet à simplicitate veterum Comicoꝝ & tibicinum, ut luxus à frugalitate majorum: quæ omnia indoctus populus ab opere & labore solutus & otio & tranquillitate potitus approbavit, nihil profecturus, si voluisset improbare.

20

Liber laborum] Infrequens est syntaxis. Prius quidem Plautus dixit in Amphitryone, *liber est harum rerum*, pro liberalis & largus, sed pro vacuus à laboribus nunquam reperias, extra hunc Poetam, liber cum genitivo: pro quolibet metu, à legibus & supplicia præpositione, liber omni curâ. Similis fuit rectio Ode. 17. lib. 3. vbi dicit famulos operum solutos, pro operibus, in quo notatus fuit Hellenismus: qualis est hic. Dicunt enim Græci ἐλαδθεσιν φόβου, *liber à metu*, ut in hoc versu jambico:

25

Ἐργῶν πομπῶν χεῖρ' ἐλαδθεσιν ἔχε.
à *pravis operibus liberam habe manum*, id est, *vacuam*.

30

Sic prisca] Hoc valet igitur, quare, ut infra dicitur. *Traxit vestem*] Quæ ob id Græcè τὸ σῦμα dicitur παρὰ τὸ σύρειν, à trahendo caudas longas more divitum matronarum. Simili ornatu Caligulam Suetonius scribit in ipsius vita vsu fuisse cap. 54. *Deinde repente magnam tibiariam & scabellorum, id est Musicorum instrumentorum crepitu, cum palla tunicaque talari profulsit*.

35

Per pulpita] Id est, per scenam vel per tabulas scenæ: sic etiam *voces* quidam referunt ad ampliores choi Odas, quæ accesserunt ad citharam numero chordarum auctam. Alii verò intelligunt tibicines non solum tibiis ac fidibus severis perfonuisse, sed etiam dum alii saltarent, cecinisse.

40

Attulit] Hoc videtur confirmare sententiam priorum, qui nomine vocum significant versus verbis elegantiores & sententiis graviores, quam olim, brevi tempore adhibitos fuisse. Ideoq; facundia dicitur præceps, quod brevi attulit novum eloquentiæ genus: vnde populus Roman. Epist. 1. l. 2. dictus fuit mirifico & acri ingenio ad celeriter perdiscendum.

45

Utilumque] Ad verborum ornatum adjuncta est prudentia rerum utilium, ut postea Poetæ certarint veritate & utilitate sententiarum è futuri provisione cum Delphicis oraculis.

50

Sagax] Rarè alibi invenitur hæc rectio pro qualibro decimo Epistolarum ad Familiares dicitur Epist. 23. *Planiciad Ciceronem: sed certè nimia nostri Latereus indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perspicenda fecit omnimodam sagacem*. Item Catil. 1. *M. Marcellus sagacissimus ad suspicandum*: quod utrumque Græcè dicitur, illud ἦτον πρὸς τὸ πᾶν κινδύνον προνοεῖν ἀμύχανον, hoc, ἀρχιψύχαιος πρὸς τὸ ὑπόπτεσαι.

55

Divina] Fuit similis syntaxis Od. 27. l. 3. *imbrivum divina avis imminetum*, id est, præscia & præfaga.

uu

Carmine]

Carminis Tragico.] De notatione Tragediæ dictum fuit Ode. 1. lib. 2. & de ipsius principiis. Item Epist. 1. l. 2. nonnihil. Quomodo autem hircus fuerit præmium Tragedis propositum, sic Eustathius declarat Odiss. in hunc verum sub finem:

Κέκλυθι νῦν Εὐμείη, ἢ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι. Audi nunc Eumee & alii omnes socii. deinde sequitur:

— οἶνος γὰρ ἀνάγχεσιν
vinum enim jubet.

ἴσταν δὲ ὅτι τὸ πρῶτον οἱ παλαῖοι, ὡς ἰσορεῖ Πausanias, τὴν δὲ ἄρσιν οὐκ ἔδειν ἔφευγον, ἢ τὰς ἑαυτῶν κομῆτας χαλαροῦσιν. ὅθεν ἐρ- ῆθη τὸ κομῆσθαι, ὅτε τὴν λυμαινομένην τοῖς ἀμπελοῖς ἀγαρῆσθαι ἀδλον τῆς φθῆς παρέθεντο. τὴν δὲ ἀγῶνισμῶν τρεγγῶδες ἐκάλεισαν διὰ τὴν ἐπὶ πρῶτον φθῆσιν ἠκρότατον ἐπιλλογόντων τῶ ἀσκήσασθαι ἀσκήσασθαι, ἰ. c. idē vero est, quā prisci homines, ut narrat Pausanias, in uicinis convicia dixisse: unde dictum est καμῆσθαι: quum præterea dicit capram redere vites, inde proposita est in præmium cantus. Certantes autem cantu Tragedos nominarunt propter illam cantionem capri causā susceptam. Victores unico innixi pede super vitres inflato & unctos saltabant. quod spectat illud Virg. 2. Georg.

Non aliam ob causam Baccho caper omnib. aris
Ceditur, & veteres inuunt proscena ludi,
Premiaq. ingentes pagos & compita circum
Theſida posuere atque inter pocula leti
Mollibus in pratis unctos saliere per vitas.

Sic Damoceta Ecl. 3. iactat se cantu tale præmium vicisse:

An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus miruisset fistula capram
Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat.

In præmium carminis Tragici dabatur interdum vter multum plenus: sed Epicis taurus erat præmium catminis heroici: quanquam Hesiodus lib. 2. opetum scribit loquens de navigationis tempore ex aliis tebus præmia proponi.

* Ἀλλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες ἔνθα με φημι
"Τμῆρ νικῶσάντα φέρειν τριπόδ' ὀπώντα,
Τὸν μὲν Μυρῆς Ἐλικωνιάδ' ἀνθήκα.

Certamina juvenes animi excelsi celebrabant, inde affirmo me victorem carmine auritum tripodem tulisse, quem Mufis Heliconiadibus dicavi.

Vilem autem hircum dicit hic Poeta, vel propter tenuitatem Tragiciæ compensationis, vel propter tæterimum bestiarum odorem, vel denique quod jam communis fuerit multorum Tragicoꝝ donatio. De hac præterea Tragici certaminis victoria convivium celebravit Agathon, ut licet videre in convivio Platonis,

Satyros.] Rationem hujus vocis demonstravimus in Grammaticis Satyr. 1. lib. 1. Sed mirum est quibusdam, quid causæ fuerit Horatio, cur tam accuratè de Satyris hic præcipiat, quum non potuerit ignorare, illos jamdiu à vetustissimis quibusque Tragicis, Aeschilo, Sophocle & Euripide non adhibitos in ipsorum Tragediis: quod etiam Aristoteles in arte videtur innuere. Itaque conjectare licet ex hac præscriptione Satyros ab illis prius quidem exclusos à Tragediis, sed tempore Horatii nudos in scenam introductos & in usum revocatos. Ideoque dari hic præcepta de genere sermonis, gestus, habitus, quod illos deceat in Tragedia.

Eo quod.] Particula eo per se interdum est ætiologica pro δια τὸ ut Act. 2. Scen. 1. vers. 41. Hecyr. Eam lassam oppido tum agebam, eo ad eam non admissus sum, id est, propterea vel idē. Interdum verò cum quod constituitur separatim, ut sit in priori sententiæ membro. & quod in altero, ut Teren. Act. 3. Sc. 43. Heaut. neque eo nunc dico, quod quicquam illum senserim, &c.

Morandus.] Hoc Græcè dici potest, ὅτι δὴ τὸν θεατὴν τῆ κακότητος χάριτι δὲ ἀεὶ ἀδύνακα κατὰ χεῖρα ἔσθ' ὁ σπεκτατορ δεινός. Quisdam illis cebris & novitate Satyrorum delinendus, salvâ tamen & integrâ Tragediæ gravitate, præsertim quum videretur potus & legibus solutus spectatum, non auditum venire, ut supra dictum est.

Dicaces.] Quid intersit inter cavillatorem & dicacem videl. 2. de Orat. ad Quint. Fratrem de generibus facientium.

Vertere.] Galli hoc interpretantur, tourner les choses graves & de consequence en jeu & risee pro quo videtur dicere Virg. Eccl. 7.

Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Quicunque.] Quales Deos memoravimus in Gram. Satyr. 1.

Heroes.] Quales heroes etiam in Homero memorantur, Agamemnon, Nestor, Achilles, Priamus, Hector. In Virgilio, Aeneas, Turnus, Latinus & similes. Quid & unde sit heros, vide in Gram. Od. 12. l. 1.

Auro nuper.] I. non ita dudum in proximo actu Tragedia vestita purpurâ & auro apparebat. De voce, ostre, vide Gram. Od. 29. l. 3.

Migret.] I. ne tali utatur oratione, quali solent opifices & tabernarii, cujusmodi sunt dicti Epistolâ 1. hujus libri sermones per humum repentes, quali etiam humiles personæ ad focum desidentes, ut Hesiodus in operibus ac diebus monet faciendum tempore hyberno.

Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θάκου καὶ ἐσ' ἀλῆα λέγων
Ἄρεσ' ἡμετέρι.

Transito ad aream sellam & tabernâ calefaciendi & consulandi gratiâ tempore hyberno: aut si mavis conjunctim legere, ἐπαυλῆα λέγων, ad calidam tabernam vel his evitatis sublime & grande dicendi genus sequatur. Obscuras tabernas vocat, quas dixit Od. 4. lib. 1. pauperum tabernas & nos definitione declaravimus ædes humiles: & ferè ex tabulis confectas, vbi habitant pauperes homines & infimi & viles. Sunt etiam tabernæ, vbi merces proficere solent & vendi ut librariæ, sutrinæ, fœnoratoriæ vel argentariæ, quas ipsi solemus vocare officinas latiori vocabulo. Ἰνα ἢ αὖ καπιαρε. est in altum tendere, & sublime evehi: sic illud inter cælum & terram spatium Aristoteles li. 3. de de cælo vocat κενὸν ἢ ἀπειρον, vacuum & infinitum, id est, aerem: vbi prima corpora, id est atomi semper moventur: quod Virg. in Sileno vertit per magnum inane Eccl. 6. quod sumtum videtur è l. 1. Lucret.

Nam dissoluta suo de cætu materiali. Copia ferretur magnum per inane soluta.

Illud autem vacuum spatium Hebræi appellant שׁוּמַי תַּבְּרַח, expansum & extensum inter cælum & terram, ut apparet è primo capite Genes. 1. v. 6.

Effutire.] De hac syntaxi Hellenica diximus satis in principio Grammaticorum Satyr. 4. lib. 1. & in fine Epist. 3. lib. 1. Valet igitur indigna effutire, non potest honesta Tragedia versus sine pondere leviter effundere.

Matrona.] Serv. in v. 62. l. 4. Aen. de Didone: Aut ante orâ Deum pingues spatiantur ad aras. Scribit hæc: Matrona sacrificaturæ circa aras faculas tenentes ferebantur quasi cum quodam gravi gestu verecundam saltationem imitantes, cui dissimilem profert è Salustio: Saltare elegantius mulieribus, quam necesse est probe.

Terent. Hec. Act. 1. Sc. 2. v. 39. quattuor. numerat dotes honestæ uxoris & matronæ; liberale ingenium, à quo fucus omnis dolus & excluditur: quorum loco candor & veritas adamantur: pudorem, qui est in muliere τὸ κάδος ἀρετῆς, forma & pulcritudinis arcus summa contra vitia omnia: modestiam, quâ voluptates, nimisque exquisitus sumtuosus vestitus spectantur, undè uxor Phocionis rogata, cur

gata, cur

gata, cur aureo ornatu non uteretur, respondit, virtutem sui mariti satis esse sibi decori & ornamento: patientiam, quã facillè perferre solet injurias viri sui & ipsius contumelias non traducere, sed tegere. Illud autem effutire & simplex inusitatum futire nõ reperiuntur de effusione liquoris, sed tantum de copia sermonis temerè dissipati usurpari, ut Cice. Tusc. 3. *Nec hæc si agit, ut ex tempore quasi effutire videatur.* Ideoque Terentius Phor. Act. 5. Sc. 1. appositè tribuit hoc verbum futilibus & gartulis: *Ne vos fortè imprudentes effutiretis*, hoc est, Donato, eloqueremini, evacuaretis ab effundendo. Id autem verbum potest reddi Græcè ἐκλαλῆν, καὶ ὁρῶν, ἀκριτῶ πολλὰ ἀρροῦν, ut loquitur Hom. Iliad. β. uti monuimus Ode 22. l. 1. in Lala-ge, & Odyss. θ. Præterea Festus videtur & futire ac futile genus aqualis infernè angustis, & patuli supernè a funde do deflectere, ut Donatus supra, cujus verba sunt: *translatio est a vase, futili nomine: quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus timet*: undè futile homo dicitur ejusmodi, ut nihil intra se contineat, & semper inanis sit.

Intererit.] I. matrona invita poterit versari & interesse saltationibus dissimiliter Satyris.

Protervis.] Quid hæc vox sit, & undè flexa, dictum fuit Ode 19. l. 1. & 5. l. 2.

Dominantia.] Interpretatio est τῶν ὀνομάτων κυρίων. Aristoteles in arte, *propriorum nominum, qua non de suo domino dejectuntur translatione.*

Davus.] Hæc sunt personæ Comicæ, Davus, Pythias ancilla in Lucillo, & Simo: ut Silenus Satyrica, quæ oratione debent inter se differre: ut supra ostensum est inter Comicas & Tragicas dissimilitudinem esse orationis.

Emuncto.] *Emungere* dicitur etiam Græcis, ut Latinis ἀπομύττειν propriè de purgatione per nares defluentis pituitæ, ut in Sym. Xenoph. ἀπομύττειτο τε καὶ τῆ φωνῆ σαρῶς κλάειν ἐραίνετο id est, *emungebatur & voce fieti ulabat*: undè Pollux transferri subnotat a Comicis ad callide loculos & crumenas aliorum expurgandum suis pecuniis. Idem Onomastestatur etiam Cratinum per ludum dixisse, ὑλκῆ τὰς ῥίνας; id est, ἀπομύττειν, *expurgare nares, sed translata a frondatoribus & putatoribus.*

Talentum.] De ratione hujus vocis vide Grammatica Sat. 3. l. 1. & Sat. 3. l. 2.

Ex noto.] I. e materia & re multis tam cognita, & tractata non ex abdita & occulta Philosophia carmen effingam. Quod dicit, ex noto fictum, exponetur ἐπεξηγητικῶς, mox de medio sumtum, ut Sat. 2. l. 2. dixit.

Jejunus stomachus raro vulgaria temnit.
Hæc vulgare, notum, vile, in medio positum, & inde sumtum Græci exprimentur ἡ πολλὰ ἀξίων, ἀκαταφρόνητον, πιδανὸν τὸ ἐν περιόδῳ.

Silenus.] Hæc voc dicitur παρὰ τὸ σιδάειν, a cavillando & irridendo.

Ut sibi.] Particula ut valet hic quamvis, cui reddenda est post *sudet ipsius comes, et men*: sic ut interdum sumitur Græcè, ἢ αὐτὰ λέγω, τὸ ἕκαστος, *quamvis hæc non dicam, quis tamen ignorat?*

Sylvia.] E lib. 7. cap. 5. Vitruvii discimus, scenas Satyricas ornari solitas habitatione sylvestri, ex arboribus, antris, montibus, reliquoque topiano apparatu: undè personæ satyricæ prodibant in theatrum habitu Fauni, Satyri, Sylvani, Sileni, Tityri, & similibus, quorum versus debent medi ac moderati esse inter elegantes & delictos, quales sunt hominum in civitatibus, & foro versantium & inter rusticos & triviales, lascivos, qui sunt illoti, obsceni, & inconditi, ideoque primariis spectatoribus ingrati. Silenus enim dicitur præter superius etymum Scholiastæ Aristophanis in Nebulas παρὰ τὸ σῖν, τὸ αἰδοῖν, *amentula*, qualis fuit etymologia Satyri in Ode 1. l. 1. & in Sat. 1. lib. etiam primi.

Juvenentur.] Hæc Græci efferunt per hæc verba ejusdem originis & notionis, *παύειν, παύειν, παύειν*, quæ valent, juvenili more inolescere, immoderatè se gerere & inconsultè quidvis facere, immunda frequenter inculcare. De verbo autem *crepare* vide Rhet. Od. 18. l. 1.

Ignominiosa.] Ab *ignominis*, id est, inglorius, ignobilis & illaudatus, sit ignominia, ἀπυλία, ἀδοξία, *infamia & nominis dedecus.*

Offenduntur.] Non continud placent patriciis, equitibus, ac divitibus, quæ pauperibus ac infimæ sortis hominibus probata fuerint. Frictum autem cicer potest explicari commodè, tostum & coctum, ac videtur imitatio Plauti salis in Pænulo: *AG obsecro Hercle, ut mulsula loquitur! MI. nisi nihil laterculos, sesamum, papaveremque, triticum & frictas naves.* In hoc Plauti loco Agorastocles existimat, ab Adelphasio dulcia & jucunda dici, contra Milphio, omnia prorsus acerba & insuavia esse censet, ὡς καὶ ὁμοίᾳ χα.

Syllaba.] Hæc vox cecidit e Græco fonte παρὰ τὸ συλλαμβάνειν, quod est comprehendere & complecti, undè συλλαβὴ comprehenditio literarum, quam Priscianus scribit κατὰ χριστικῶς singulis vocalibus & junctis diphthongis tribui, quæ per se & sine consonantibus syllabam efficiunt. Aristoteles tamen in Poetica aliter definit, *συλλαβὴ δὲ ἐστὶ φωνῆ ἀσημος συνθετὴ ἐν ἀφώνῳ καὶ φωνίῳ ἔχουσα* syllaba est vox ex pers significatus constans e muta & voce habente: undè perspicias syllabam non esse literam vocalem, nec literarum coitum, ut volunt Grammatici Latini, sed potius τὸν τῆς φωνῆς ἦχον ἢ τόνον, sonum vocis aut tonum, vel clariùs: syllaba est Aristoteli vox e sono literarum juncta & connexa. Præterea de jambo, vide quid annotatum sit in Grammaticis Odes 16. l. 1. & Sat. 10. l. 1. & proximè in hac Epist. ad vers. *Archilochum proprio rabies armavit jambo.*

Pecitus.] Tambus a Grammatico Terentiano dicitur præceptus & ab Aufonio velocitate cū sagittis Parthorum comparatur & a Græcis κινήσις, mobilis vocatur.

Unde.] I. a quo pede ter percussio versus jambicus nomen sortitus est: quod est: jambus jussit nomen accrescere & adjungi ex se jambis versibus & trimetris.

Primus.] I. qui totus constat ex jambis a primo usque ad ultimum. Stabilitas spondei, qui Græcè *εὐσιμὸς* dicitur, opponitur celeritati jambi: qui tamen illi sese accommodavit, ut locus daretur spondeo in versibus jambicis & maximè locis imparibus, quæ communiter & promiscuè ad utrumque pertinerent. Id autem valet τὸ *socialiter.*

Non id pridem.] Ellipsis est, versus jambicus cepit variari.

Acci es Enni.] Efferuntur hæc duo διὰ τῆς ἀποκοπῆς, quod est familiare Poetis. Nobiles autem trimetros Accii & Enni dicit, propter excellentes illorum sententias, quas quæ Virgilius colligeret, dicitur respondisse quærèti, quid ageret, se aurū e stercore colligere. Ad hanc commendationem hujus Poetæ illud Ciceronis initio l. 1. de Fin. bon. & mal. accedit: *Quis tam inimicus penè nomini Romano est, qui Enni Medeam, aut Antiope Paccuvii spernat & respiciat?* Item illud ex l. 1. Acad. quæstionū, *An quia delectat Ennius, Paccuvius, Accius, qui non verba, sed vim Græcorū expresserunt Poetarum;* scilicet Ennius in Medea, Accius in Phœnissis sententiæ Græcorum Poetarū interpretatus est. De Ennio Epist. 1. l. 2. ut de his, dixim⁹: sed de Accio lege Crinitū de Poetis Latinis, de quo, ut de Paccuvio, tale judiciū fecit Fab. Quint. l. 1. o. c. 1. *Tragedia scriptores, Accius atq; Paccuvius, clarissimi gravitate sententiarū, verborū ponderis, & personarū auctoritate. Ceterum nitor & summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporib. quàm ipsis, deesse. Viri tamen Accio plus*

tribuitur: Paucioribus videri doctiorē, qui esse docti affectant, volunt. Præterea reperitur scriptura ipsius nominis triplex, Accius, Actius, Attius. Hæc autē ideo memoravi, ut sine ironia epicheton *mob lib*, intelligeretur, nec pro eo *mobilit*, legeretur, ut quidam existimant, & in his P. Victorius: quāquam jambus, & trimetrum appellentur in arte *κρηνη* & *πρακτικῶς*, ut annotatū fuit in Gram. Od. 6. l. 1.

In scenam.] Sententia est: iudex Criticus improbat versus jambicos ex pluribus spondeis constantes, quā jambis: & Latinos Poetas, quod versus jambicos tam graves spondeis fecerint. Græcis post. onit Poetis Syntaxis autem verborum sic apertius retexenda est: iudex premit, & arguit versus trimetrorum spondeis graves, & theatro commillos turpi crimine præproperi operis, & carentis curā, vel ignorantæ artis. Hæc autem constructionis obscuritas nata est ex interpellatione cuiusdam obijcientis, non omnibus nota fore hujusmodi errata inconditi poematis, & innotuerunt, faciē tamen indignum veniā Poetam impetraturum esse condonationem aliorum exemplis.

In circō ne.] An propter incitiam Critici, vel propter spem veniæ debeam licentiā carminis jambici contra rationem artis abuti; quia jam antē fuit aliis idem concessum: an etiam potius putare debeam, peccata mea omnibus patefactum iri, ut hæc opinio me partim cautum & tutum reddat ab omni reprehensionis metu, & partim dejectus omni spe veniæ ab omnibus prædicer cautus & prudens, qui illa devitārim.

Intra spem.] Levi argumento mihi Lambinus videtur extra reposuisse, hoc sensu: Quia nemo habendus est Poeta, qui peccat propter spem veniæ, sed qui præcisā omni spe veniæ vitium vitat, cautus est dicendus: ego autem malo, ut fert superior Dialectica, intra spem.

Non laudam.] Ellipsis est discretivarum, ut sensus sit: inculpatus quidem sum, sed non iccirco sum laudandus: vel, quamvis vacem culpā; indignus tamen sum laude sine ullo opere honesto.

Versate manu.] In manibus assidue contrectate, & terite auctores Græcos, quod Aristoph. in Avibus dicit *εὐδ' Ἀισώπων πεπλήγησθαι, ἵνα τριῖσι μανίβους Ἀισώπων*. Item Plato in Phædro. *Τιστὰν αὐτῶν πεπλήγησθαι ἀρισβῶς, ἵψῃσι μανίβους ἄρισβῶς*.

Proavi.] Hic proavi non solum significant majores, qui ante ætatem Plauti vixerunt; sed etiam eos, qui ab illa perpetuo successu ferē devenerunt ad ætatem Horatii, non satis prudentes & acuti æstimatores poematis Plautini. At quoniam hi præsci laudatores poematum ferē ingenui ac liberi homines erant, Poeta non potuit illos verē appellare nostros proavos, qui a patre libertino procreatus esset: propterea legendum est, *vestri*, ut Victorius existimavit.

Digitus.] Intelligimus quidem justum syllabarum numerum, & suavitatem soni, digitorum dimensione, & aurium iudicio. Est autem hic quædam allusio ad morem veterum adhuc Poeticæ vel musicæ rudium: sed qui sunt in versibus & tonis notandis exercitati, id utrumque solo aurium iudicio possunt explorare. In priorem morem Fab. Quint. l. 9. c. 4. scribit, ubi tempora etiam animo metiuntur: *pedum & digitorum situ intervalla signant quibusdam notis, atque æstimant, quod breves illud spatium habeat. Inde τετρασημιον, πέντησημιον, ἰ. quattuor vel quinque tempora. Eodē spectat illud l. 1. c. de prononciatione: sunt quædam latentes sermonis percussiones, & quasi aliqui pedes.*

Lepido dicto.] I ab honesto turpe distinguere. Lepidum autem videtur Donatus despectere *πέζῃ τῷ λεπίδῳ*, a lamina polita, unde detracta est omnis cortex & scabritia & asperitas, a verbo *λέπω*, decortico, quæ duo epicheta Catull. l. 1. statim epigrammate geminavit.

Quos dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?

Seponere.] Non videtur hic sumendum in illo significato, quo Cic. accipit in hac geminatione l. 1. ad Attic. *seponere & occultare*. & l. 2. de Divinat. *seponere & condere*, ut Livius l. 1. *pecuniam seponere in edificationem*: sed comparatē, pro, si modō scimus potthabere inurbanum lepido dicto, Gallicè *posven, que vni & noi sachions bien post poser le mar* id est, jucundum & venustum. *parier an bean langage*. Hic inurbanum valet rusticum: nam hoc, ut agreste, opponitur urbano. polito & eleganti.

Thespis.] De primo quidem Tragediæ auctore convenit Horatio cum Plutarcho, qui scribit in vita Solonis sub finē: *ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ Θεσπίων ἢ τῶν τραγῳδίων κεινῶν, καὶ διὰ τῶν κεινότητων τοὺς πολλοὺς ἀγροτῶν τε πραγμάτων, οὐκ ἔστι εἰς ἀμίλλαν ἐναγωνίον ἔζη μὲν, ὡς φησὶ φιλελεύθερος, φιλομαθὴς δὲ Σόλων ἐπιμάλλον ἐν γῆσιν ἀλλήλων παιδίαν, καὶ διὰ τοῖς καὶ μουσικῆ παρεπιμπτον ἑαυτῶν, ἐθέλασαν τὸν Θεσπίαν αὐτῶν ὑποκρινόμενος, ὡς περὶ ἑὸν ἰὼ τοῖς παλαιῶσι. Μετὰ δὲ τῶν θεῶν ἀποστασθῆναι αὐτὸν ἐρώπων, εἰ ποτέ τινος ἐναντίον ἐκ αἰχμῶνται παλαιῶν τε φερόμενος: φησὶν ὅτι τὸ Θεσπίδος, μὴ εἶναι τὸ μετὰ παιδίας λέγειν τὰ τοιαῦτα καὶ πρῶσεν, σφόδρα τῆ βακτηρίᾳ τὴν γλῶσσαν Σόλων πατάξας, τὰ γὰρ μὲν τῶν παιδίων ταύτῃ ἐπανοῦτες, καὶ πηκόντες, ἀρῆσθαι ἐν τοῖς συμβολαῖσι. ἰ. Quis jam Thespis capisset Tragediam movere, & novitate multitudinē oblectaret & duceret, quæ res nondū evaserat in concertatoriâ contentiōe, quia Solon cupidus audiendi ac discendi erat, ac præterea in senectute se magis otio ludo, atque ad conviviis & musicæ tradebat, Thespin ipsum personā scenicam sustinentē spectavit, ut mos fuit veterū. Peractā autē fabula ipsam cōpellans percontatus est ex eo, num paderet ipsum in tanta hominū coronatiōe tantū mēdaci: sed ubi Thespis respondit, nullū admitti facinus indignum: quā talia per jocū & ludum dicuntur & aguntur; Solon terra graviter baculo concussā, brevinos, ait, qui hujus mendacis ludi approbatores & laudatores sumus, enim invenimus in contractibus & negotiis. Aristoteles autem sub initium artis Poeticæ tribuit Doriensibus inventionem Comædiæ & Tragediæ, cujus verba sic se habent:*

Ἰθὺν καὶ δράματα καλεῖται τῶν αὐτῶν φασιν, ὅτι μιμουῦνται δράματα δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τῶν τε τραγῳδίας, καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωρεῖς. τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς, διττὴ ἐπιπέδα ἄς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης, καὶ οἱ Σικελίας ἐκείθεν γὰρ ἐπιχαίροντες ποίησιν, καὶ ὡς πρῶτος ὢν Χρονίδης καὶ Μαχάρης καὶ τῆς τραγῳδίας οἱ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ποιοῦμενοι τὰ δράματα σημεῖον ἔσται μὲν γὰρ κῶμος τὰς περιουσίας καλεῖται φασιν Ἀθωαῖοι δὲ δῆμοι, ὡς κωμῳδίας ἐκ ἀπὸ τῶ κωμῳδῶν λέγοντας, ἀλλὰ τῆ κατὰ κῶμας πᾶν ἀπμαζόμενος ἐκ τῶ ἀσπῶς, καὶ τὸ ποιῆν, αὐτοὶ μὲν δρᾶν Ἀθωαῖοι δὲ πράττειν ἀποστασθῆναι. ἰ. Unde & Dramata nonnulli ajunt ipsa vocari: quia imitantur agentes: eam etiam ob rem sibi vindicant Comædiam & Tragediam Dorienses. Comædiam verò sibi arrogat Megarenses, tam hi, qui hic sunt, vel eo tempore natam, quo popularē stitū civitatis habebāt, quā qui ex Sicilia. Ex illis enim Epicharmus Poeta prodit, multo quidē tempore prior Chronide & Magnete Atheniensibus cum Thespide. Tragediā verò sibi vindicant quidam & numero eorū, qui incolunt Peloponnesum, eruentes arguimētū & notatione nominum. Nam hi affirmant se appellare comas pagos. Athenenses verò Demos, tanquam Comædi vocati nō sint a verbo κωμῳδῶν, sed nomen duxerint ab errore illo per pagos, quo illic vagabantur, qui ignominia notati ab urbe discedebāt. Præterea τὸ facere, ipsi quidem se ostendunt vocare δρᾶν Athenenses verò πράττειν. Et Suidas de eodē sic scribit. Θεσπί. Ἰεαρίης πόλεος Ἀττικῆς τραγῳδίας ἐκκαθέσθαι ἀπὸ τῶ πρώτῳ γενομένῳ τραγῳδοποιῆ. Ἐπιπέδος τὸ Σικωνίου πτόμενον ὡς δὲ πῖνος δὲ ὑπερον μετὰ Ἐπιπέδῳ Ἄνω δὲ αὐτῶν πρώτῳ τραγῳδίας γὰρ αἰσῶσι, καὶ πρώτῳ μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον Ἰμμοβίῳ ἐτραγῳδῶν δὲ ἰ. Thespis fuit Poeta Tragicus ex Icaro urbe Atticæ, quæ decimus sextus ponitur a primo Tragedo Epigene Sicyonio: sed ex opinione quorundam fuit ab Epigene secundus. Alii denique affirmant, illū fuisse Tragicū & primū cernissuca-

uum facie Tragicè decantasse, pro quo Horatius dicit hic, periculum facibus ora, quas Græci dicunt *πεύρας*, ut Od. 2. l. 2. fuit annotatum.

Vexisse.] Hinc natum est proverbium, *ὅς ἐξ ἀμαζῶν λαλεῖν*, in eos usurpatum, qui omnilicentiâ primum quemque occurrentem maledictis incessabant: quod priscis temporibus factum est ab actoribus fabularum fucatis, qui plaustris vecti per vicos nominatum labem æque bonis, atque malis aspergebant.

Que canerent.] Quod erat chori munus, ut agere minorum & histrionum.

Pallaq.] Servius in Virg. vers. 1. *Æn.*

Ferre jubet pallam signis aurôque regentem.

de palla sic loquitur: Palla dicta est secundum Varro-
nam ab irrigatione & nota mobilitate circa finem hujusmodi vestium *ἀπὸ τῆς πάλαιου*. Hoc certè genus non est in meo Varronis exemplari, sed hoc alterius generis item duo: vnum, quod foris ac palam, *palla*: alterum, quod intus, à quo intusium. Potest etiam definiti palla, pallium tunicea tam muliebre, quam virile, ut constat è tertia Philippica, & ex hoc pentametro Martialis:

Dimidiâque nates Gallica palla regit.

sicut ostendimus in Sat. 1. l. Gram.

Instravit.] Aristoteles tam scribit in Poetica, apparatus scenæ ac personarum ornatum esse ab arte maxime remotum: minimeque proprium poetices, sed fabricantium instrumenta scenæ, quorum usus Aeschylus advenit, & opifices, quemadmodum fierent, edocuit. Pro hoc Horatiano, *reperit honeste palla*, Athenæus in epitome li. 1. dicit: *Αἰσχύλος δὲ μόνον ἐξέφερε τῆν τῆς σολῆς ἀπρέπειαν ἀπεμύθηται*. Aeschylus non tantum invenit amplitudinem & honestatem hujus vestimenti. De quo vide Gram. Sat. 2. l. 1.

Ob hanc autem honestior apparatus accessionem Tragediæ factam Aeschylus à Valerio Max. appellatur origo & principium fortioris Tragediæ lib. 9. cap. 12. ubi genus mortis, quo obiit, ita narratur: *Aeschylus verò Poeta excessus, quemadmodum non voluntarius, sic propter novitatem casus referendus. In Sicilia moribus urbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco sedes: super quem aquila restudinem ferens, elusa splendore capitis (erat n. capillis vacuam) perinde atq. super lapidem eam ille sit, ut fracta restudine carne vesceretur. Eoq. actu origo & principium fortioris Tragediæ extinctum est.* Huic Historiæ scribit convenienter Plin. li. 20. ca. 3. de Morphico tertio genere aquila nigerrima, & cauda prominentiore Gallis gerantur: cui ingens est restudines raptas frangere è sublimi deridendo quæ fors intererit Poetam Aeschylum, prædictam fati, ut ferunt, ejus dici ruinam securâ cæli fide caventem. Aperi-
tius interpretatio Gallica hoc reddidit: *le gersant à bien l'entendement d'enlever les tortues en l'air et les laisser tomber et qu'après sur un roc pour après en paistre, & dit on que le poete Aeschylus fut tue par ce moien. Car les dieux lui avoient prédit qu'avec sur la lui tomberoit quelque chose sur la teste: dont mourroit: ils, en alla en une grande plaine, sans entrer ny mesmes approcher des maisons, ne de chose qui lui peut tomber dessus, se remettant à la fois du ciel pour eschaper ceste fortune, ce neant moins un gersant lui la une tortue sur la teste, qui l'assomma.* De primo scenæ ædificatore non convenit huic Poetæ cum Aristotele in arte: tribuitur hic *συναγωγία* Aeschylus, quam Aristoteles assignat Sophocli: sed hæc discordia facile conciliabitur, si ab Aeschylus primum scenam quandam rudein & è levi materia constructam intellexeris: deinde à Sophocle additum esse ornatum & splendorem. Præterea à Vitruvio discimus scenam Tragicam columnis, signis regalibusq. ornamentis fuisse instructam. Comicam verò privatorum ædificiorum & domorum speciem præse ferre. Satyricam denique arboribus, speluncis, montibus & aliis agrestibus rebus & topiario opere ornati. Hoc

etiam discrepabant hi duo inter se: quod Aeschylus dicitur primus auxisse numerum histrionum quum vnum Thelphis adhibuisset qui munus omne fabulæ cum choro sustineret, & duos addidisse: Sophocles autem tres induxisse, qui ex ordine in scenam descenderent, & dicti sunt, *πρωτος, ουδεις, δευτερος, ουδεις, τριτος, ουδεις*, vel quibus prima, secunda, tertia partes mandata fuerant: de quibus annotatum est Epist. 18. li. 1. ad Lollium in Grammat.

Pulpita.] Pulpitum describitur locus editus in fronte scenæ, ubi histriones stantes fabulam recitabant: quod puto dici proscenium: hujus autem, quod Græci *λογειον* appellant, altitudo non minus debet esse, quam pedum decem, non plus, quam duo decim, ut scribit l. 5. ca. 8. Vitruvius.

Magnum.] Id est, induxit personas graves magniloquas, & in dicendo vehementes. & ornatu regali vestitas. *Ἀντιμαχία* est pro magnificè, & ornate loqui: quod genus dicendi tribuit etiam Aeschylus lib. 10. cap. 1. *Tragedias primum in lucem Aeschylus protulit, sublimis, & gravis, & grandiloquus, sapè usque ad vitium.*

Vetus.] De licentia veteris Comædiæ, & etymo vide Grammatica Satyricam 1. & 4. l. 1. Quemadmodum autem Tragedia dicitur ab Aristotele profecta esse à Dithyrambicum canentibus, quo grandi genere carminis laudes Liberi patris, reliquorumque Deorum, & clarorum virorum, decantabant: sic Comædia ortum habuit ab his qui Phallica canebat, id est, lasciva, obscena, molliâq. poemata, quibus rustici homines numina quædam agrestia, & lasciva, Phallos, Ityphallos appellata, ornabant: quorum vestigia scribit Aristoteles in arte quædam ad sua tempora, in quibusdam locis, apparuisse.

Dignam.] De hac syntaxi jam aliquoties monuimus, pro dignam, quæ corrigenda & reprimenda sit.

Chorusq.] Videtur hoc referendum ad prisca tempora, quibus fabula tota perageretur à solo choro: vel ad illa, quum vnus histrio, vel alter adhibitus est, ut chorus interquiesceret, & obticeret. Hic certè locus videtur confirmare differentiam Donati in Eun. Act. 5. Scen. 1. ad v. *virgo, concisa veste lacrymans obticet: tacemus ait consilia, ut, nec tacui demens, recitemus dolores, ne urrere, ne reticere, quod videtur illud Epist. 2. l. 1. pertinere, ut ea que statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reciteres.* Obticeremus, quorum nos pudet, ut in Phorm. *Hæc quid cam obtices?*

Ne licentatum.] Ita Virg. Eccl. 2. *παθιμὸς* tamen dixit de facultate imitandi cantum Panis:

Hæc eadem ut sciver, quid non faciebat Amyntas id est, nihil hic intactum prætermittebat. & Aen. 4. pro hoc dicitur in expertum:

Ne quid in expertum, frustra moritura, relinquat Jure nocendi.] De licentia nominatim maledicendi legibus repressa, vide Epist. 1. l. 2. ad hæc verba: *Quin etiam lex, poenæque, lata malo, &c.*

Prætextas.] Fabula distinguitur ornatu: quæ enim sunt argumento contextæ Latino, Togatæ appellatur: quarum primum genus est Prætextarum, Tragediis similitum: secundum est Tabernariarum, Comædiis similitum tertium est Atellanarum, ab Osci profectarum, Satyris parium, in ratione argumentorum & jocorum, quæ Personæ vocabantur, & sine infamiæ nota agebantur. Quartum Planipes, quod planis ac nudis pedibus ageretur à vilibus, & paucis personis in proscenio, quæ à Græcis dicti sunt Mimi: quæ verò conscriptæ erant argumento Græco, Palliatæ sunt vocatæ. Hæc è Donato & Diomede. Alii tamen nomine Prætextarum malunt intelligere genus fabularum à Togatis separatum, ubi solent induci personæ nobiles, publicæ, Consulares, Prætoris, graves, & imperatoris: quas præcipue decet hoc vestimenti genus de quo annotatum est Sat. 5. l. 1. Gram. qualè A. S. Pollio

indicat Cic. l. 10. Epi. 32. *Prætextâ si voles legere, Gallû Cornelium familiarem meû piscito.* Togatæ verò fabulæ sunt, in quibus personæ humiles, plebejæ, viles, & privatæ inducuntur, ad quas communiter attinet toga. Hæc tamen distinguitur quantitate. Ampla enim, & laxa est divitum, ut arcta, & angusta pauperum, ut dictum est Sat.; l. r. cuius generis Togatarum possunt esse Tabernariæ, Atelalanæ, & Planipedes. Hæc quidem posterior distributio fabularum anteponenda est priori. In his autem, Prætextas, & Togatas, intellige, fabulas docuere, id est, ediderunt, & publicarunt: quod verbum videtur interpretari illud Aristotelis in arte Poetica *πραγματοποιήσαντες, καὶ ποιησάμενοι δὲ δάσκαλοι*, & utriusque commune, *δραματίζουσαν*: quod Cicero, ut Horatius, in Bruto reddidit, *Lexius primus fabulam, C. Clodio, & M. Tudatano Cos. docuit*: & Sueton. in Claudio c. 11. *Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententiâ coronavit.*

Lima] De hac cura emendandi scripta, sic Ovidius, præter distichon, quod citatum est in Dialectis:

Non tamen emendi labor hoc, quam scribere, maior
pro emendandi: de quo lege Dionys. Halic. lib. de compositione, ubi loquitur de Demosthene & Isocrate. Præterea Lucillius in simulatus est Sat. 4. lib. 1. huiusmodi incuriæ in versibus emendandis, & limandis, ad hæc verba in initio:

— Piger redè scribendi ferre laborem.

Vos, o Pompilius.] De genere Pisonum dictum est supra. Hoc quidam putant *δὲ τῆς ἀντιπώσεως* dictum: cuiusmodi est illud sub initium *Aeneidos* 8.

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum,
Adsis o tandem.

Prospice tela manu, sanguis meus.

& illud Perſii:

Vos, o patricius sanguis.

ubique est rectus pro casu vocandi. In quo Servius ibi notat Archaismum secundæ declinationis, & tradito Grammaticæ præcepto dicit, Poetas sequi plerumque euphoniæ causâ illam antiquitatem, quod ita est explicandum, vos, o Pisones, qui estis sanguis Pompilius.

Ingenium.] Poeta non tam videtur hic ridere Democritum, quam ipsius opinione abutentes. Hic enim nunquam ita vim naturæ celebravit, ut facultatem artis planè & omnino tolleret: sed primas partes naturæ, & instinctui divino dedit ad informandum Poetam: secundas & tertias arti, & exercitationi, ut adjuvantibus causis, tantum mandavit ac reliquit, imò verò plus exercitationi tribuit, quam naturæ, ut liquet ex hoc versu *Ode* 4. lib. 4. citato. *πλοῦτος ἐξ ἀσκήσεως ἀγαθὸν γίγνεται ἂν ἀπὸ φύσεως πλεονεξίᾳ ἄσκησις ἄριστος, ἢ ἀπὸ φύσεως πλεονεξίᾳ ἄσκησις ἄριστος, ἢ ἀπὸ φύσεως πλεονεξίᾳ ἄσκησις ἄριστος, ἢ ἀπὸ φύσεως πλεονεξίᾳ ἄσκησις ἄριστος.* Meam certè sententiam confirmat hæc Simyli apud Stobæum, *serm. 18. de artibus*:

*Οὐτε φύσις ἰκανὴ γίνεται τέχνης ἀτερ
Πρὸς ἕδραν ἐπιτηδύμια παρὰ πάντων ἀδελφῶν,
Οὐτε πᾶν τέχνη μὴ φύσιν κληθῆναι.
Τῶτων ὁμοίως τοῖς δυνάμιν συντημῶσιν
Εἰς ταύτων, ἐπὶ δὲ προσλαβὴν χρηστικῶν,
Ἐρωτα, μελέτην, καὶ ἀσκήσιν, χρονον,
Κριτήν το μὴδὲν δυνάμειν συναρπάσαι.*

Neq; natura satis valet cuiquam citra artē in quolibet studio: neq; ars vi natura destituta. His autē conjunctis accedere debent sumtus, affectus, cura, cōmoditas, tempus, iudicium, quòd dicta facile accipiat. Illic reliqua videris. Hanc autē Democriti opinione Plato in Phædro & Ione Dialogo sequutus est. In priori quidē furor tribuitur in divinū achumanum, & ille rursus quadrifariam ex subjectis rebus, in quibus versatur; vaticiniis, mysteriis, poesi, & amore. Ex his tertium membrum ad hoc institutum per-

tinet. Nam tertius furor & instinctus est Deorum & Musarum proprius, quo incenditur nudus animus ad laudes Deorum canendum, & ad res præclare gestas ab antiquis conscribendum, eamq; ob rem Poetæ numina illorum Deorum precibus fatigant in proceris scriptorum suorum. In Ione verò disputatur, Poeticam non esse artem, sed *ἐκθεσιμασιον, ἢ θεῶν μίμνησιν*, afflatum divinum, ac ejusdem causâ imitationem. Sententiam verò Democriti Cic. 1. de Divinat. refert: *Negat ille sine furore quenquam Poetarum magnum esse posse.* Ideoq; Horatius negat etiam sanos esse bonos Poetas. Eandem quoq; vim cœlestē agnoscit etiam Cic. 2. de Orat. & 1. Tusc. *non solum in poesi, sed etiam in eloquentia, philosophia, & Astrologia*: sic enim ille: *michi verò ne hæc quidem notiora, est illustriora carere vi divina videntur, ut ego, qui Poetam grave plerumq; carmen sine aliquo cœlesti mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine quadam vi majore fluere, abundante sonantibus verbis, uberibusq; sententiis.* Philosophia verò omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato ait, *donum, ut ego, inventum Deorum?* Eandē sententiā vide apud Quint. l. 2. c. 20.

Sanos Poetas.] Ab hac sententiâ nō multum discrepat Aristoteles: *δὲ δ' ἀφροδῆς ἢ πικρῆς ἢ ἐστὶν ἢ μανίας. Τέτων γὰρ οἱ μὲν δὲ πλάστοι, οἱ δ' ἐξ ἐστὶν ἢ ἐστὶν. Ὁμοίωσιν Poetica est ingenii bene nati, vel furore pulsati. Horum enim alii probe sunt ad Poeticen natura efficti, alii ad inquirendum apti.*

Bona pars.] Magna pars eorum, qui volebant haberi Poetæ, neque capillos tondebant, neque barbam deponebant, neque ungues reclebant. Idq; faciebant, qui cupiebant Philosophi videri, vestitu obsoletiori (quem *γυμναστικόν* vocabant: Undè *δὲ ἐν γυμναστικῶν οὐδὲ ποσειδωνεῖς* veste tenuis Philosophus) corpore inculto & horrido, ut hoc habitu denūciarent vim Philosophicam, de quo fuit Sat. 3. lib. 2. ad hæc verba: *sapientem pascere barbam*, ut de Anticyra heborifera.

Nanciscetur.] De vi hujus verbi dictum est Epist. 15. l. 1. *Insanabiles.*] Hoc Græci dicunt de morbo immedicabili, *ἀμνηχῶς ἐστὶ παθήσασα, ἢ κατὰ λῆν*, quod Tibullus de amore ait:

Quicquid erat medica vicerat artis amor.
Tonsori Licino.] Jactatur quidem vulgò distichon in quendam hujus nominis:
Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo credimus esse Deos?

sed nescitur, an de liberto illo Augusti Cæsaris divite, quem August. Cæsar habuit magno in usu & honore, de quo Suet. in Octa. c. 67. Probus, Seneca in Epistolis, ubi notat eos, qui subinde variant suum statum, Tacitus l. 4. Juvenal. Sat. 14. & Perſ. 2. Mart. l. 2. an de hujus artis & conditionis homine.

Egolevus.] Ego rusticus, iners & stultus, vel infaustus, quemadmodum explicatum est Epist. 7. lib. 1. ad hæc verba:

— Puer hic non levè jussa Philippi
Accipiebat.

Hoc etiam per exclamationem posset planius enunciarī, o me lævum & imprudentem: Ita Græcè interdum τὸ σκαῖον sumitur, ut alterum, *ὁμοίωσιν* Latinum τὸ *sinistrum*: quo Catullus Epigram. in Cæsarem, *Quid est? an hæc sinistra liberalitas Parum expatratavit?* id est, an non factis bonorum perdidit libido latè largiendo?

Purgor bilem.] Non potest hic statui Hellenismus, ut quibusdam placet, quia res, quæ purgatur, casu gignendi solet efferri Græcè, ut ostentum est Sat. 3. lib. 2. ad hunc locū, *est morbi miror purgatum te illius.* Latine purgor morbo: sed locus, qui purgatur, accusandi casu, & Græcè & Latine, *καθαίρωμαι τὸν κεφαλῶν, ἰσχυρὸν σίμα, χον, ὀφθαλμῶν, πύργω, caput, animum, stomachum, & oculos*: quanquam Eurip. in He-

10
15
20
25
30
35
40
45
50
55
60
65

in Heeuba dixerit *τὸ πρῶτον φέρει* & *ὁμιλίαν* & *καὶ* cor *lumi-*
ne oculorum pro *oculis*. Legitur tamen in exemplari vetu-
sto Romuli Amulæi, quod Labinus sequutus est: *pargo*
bilem & pro *horum*, *oratio*.

Cotis.] Cos Græcè dicitur *πυρρὸν* *ἀκμήν*, a cuspide, *ἀ-*
κμήν. Videtur autem hæc sententia ex illolofocratis apoph-
thegmate ducta, quo se modestè tuebatur, quòd civiles &
forenses caussas non ageret, qui artem illas tractandi
ac bene dicendi alijs traderet, *ἔγχαρ ἢ ἀκμήν αὐτῆ μὲν τέμνει,*
τὸ δ' ἔξαρθεῖα ποιεῖ. Etenim, inquit, *cos ipsa quidem non se-*
cat, sed gladios acuit, redditve acutos, qui locus annota-
tus est Od. 8. l. 2.

Exfors secandi. Simili syntaxi Livius l. 2. dicit, *exsortè*
culpa, & idem 3. *exsortem amicitie*, & Virg. l. 6. Aen.
vite dulcis exsortè, quod Servius interpretatur expertem
& sine parte, & Græci *ἀλλήρον*, q̄ pro paupere, & egeno,
Homerus interpretatur Odyss. λ. in colloquio Ulyssis cū
anima Achillis; quæ hoc ille respondit:

Βελτίμω ἢ ἐπάρου & *ἐὼν θηρ δέ μιν ἄλλω*
Ἀνδρῶν παρ' ἀλλήρ, ὃ μὴ βίωτ' & πολὺς εἶμι.
Ἦ πᾶσι νεκρῶσ παρ' ἀλλήροισιν ἀνάσσει.

malle ego *rudicis esse*, & *servire alij viro pauperi, cui exi-*
gua essent fortuna, quàm in omnes mortuos imperium ha-
bere. Præterea τὸ *exfors* sumitur etiam pro *eximio* & præci-
puo, ut l. j. v. 534. Aen.

Talibus auspiciis exsortem ducere honorem Rex voluit.
id est, *eximium honorarium*, ut lib. 8. v. 551.
equum ducunt exsortem Aeneæ, id est, *ἵππον ἐξ ἀίρεσιν*, exce-
ptum sorti & inter alios delectum. Ita verbum excipere
pro *ἐξ ἀίρεσιν* sumitur l. 9. Aen. v. 271.

Excipiam sorti jam nunc tua premia, Nise.

Undè.] Ars pangendi carmina percipiatur, vel potiùs
inventio argumentorum copiosè a Philosophico studio
subministratur. Alendi enim verbo videtur inventio ma-
teriae notari, quæ, ut fæmina mare, sic appetit formam,
q̄ Aristote. docet. Physi. verbum autem formæ videtur
designare eloquutionem.

Quò virtus.] Hæc ad gloriam immortalem, sed vitiū
ad dedecus & contemtionem.

Scribendi.] Ad hunc fontè Socraticæ & Platonice do-
ctrinæ Cic. in Bruto deducit suū Oratorē: *Nec verò*
Dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes Philofo-
phiae notas & tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil
de morte, nihil de pietate, nihil de charitate patrie, nihil de
bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil
de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de pertur-
bationibus animi, & erroribus (quæ sæpè cadūt in causas, ut
in poemata sæpissimè: sed quæ vtragq; se junctis aguntur) nihil,
inquā, sine ea sciētia, quæ dixi graviter, amplè, copiosè dici
& explicari potest: de materia loquor orationis, ut Horati?
hic de materia Poetices quam vult potiùs sumi a Platone
quàm ab alijs Philosophis.

Sapere est principium.] Hæc geminata videntur e Phe-
dro Platonis desumpta: *ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσων κινεῖται, τὸ το*
πρῶτον ἀρχὴν κινήσεως, ἢ κατ' ἄλλοις, quæ moventur, hæc fons, hoc
principiū motus. ἀντιμετρία est, pro, sapientia est rerū divi-
narū & humanarū sciētia, principiū & fōs rectè pāgendi
poema, ut reliqua orationū genera, cujus distributionè
videl. l. 1. de Oratore. Prior etiā copula, principiū ἢ πρῶτον εἶ.

Verbag.] Quintil. l. 1. c. 5. explicat, quomodo verba
dupliciter intelligētur, & hūc versū *verbag, provisā* & c.
citat. *Verborū, inquit, duplex est intellectus: alter, qui omnia,*
per quæ sermo nectitur, significat, ut apud Horatiū: alter,
in quo est una pars orationis, lego, scribo, quā vitates ambi-
guitate quidā dicere maluerunt, voces, dictiones, loquutiones
ut Varrol. 8. Analogia solet esse in rebus, & vocibus, &
in vtròque, & sæpè sic loquitur totis de lingua Latina li-
bris. Itè Cic. de Fin. Epicurei nō intelligūt, q̄d fonet hæc

vox, *volupias*. Hinc certè colligilicet per *verba* intelligē-
da esse hūc axiomata, & enunciata, ut notavimus Sat. 6. l.
1. ad hæc verba, & *vox*, & *ratio*, & c. Item Epist. 1. l. 1. ad
hunc locum: *sunt verba & voces, & c.*

Provisam rem.] Materiā rectè excogitatā & abundā-
tè eloquutio spōte consequetur, de quo vide præfationè
hujus enarratiōis in altera ipsi parte. Hoc explicare vidē-
tur verba Cicer: *ex inventione rerū, & cognitiōe efflores-*
cat, & redūdet, oportet, oratio: quæ nisi res subest ab oratore
percepta & cognita, inanè quandā habet eloquutionē, ac pe-
nè puerilē, quæ invita solet sequi, quādo res minus excogita-
te ac percepta subsunt.

Quid debeat.] De officio cujusq; erga patriā, legatur
Crito Platonis, ex quo intelligetur, nec secūdū Deū plus
debere patriæ, quā parentib. cognatis & amicis, qualem
Virgilius fingit Aeneā opem patriæ prius laborātī feren-
tem, quā parentib. & libris: ad quos posterius tuendos
cōversus est cōsilio Veneris, patriæ deploratā salute. Deo-
rūmq; perspectā & cognitā voluntate. Hujusmodi gradus
benevolentie Cic. l. 1. de Off. servavit: *Ortus, inquit, no-*
stri partē patria, partē amici, partem parentes vindicāt:
quod quidem ille e Phædro Platonis transtulit, ac vetūs
quidā Poeta his versibus comprehendit:

Virtus querenda re, finem scire, modūq;
Commoda prætere patriæ sibi prima putare,
Deinde parentum: tertia jam postremaq; nostra.

Sic Paullus Aemilius anteposuit Reip. salutem suā, ut
refert Paterculus l. 2. Sic victores certaminum sacrorum
laudem suæ victoriæ, non sibi, sed patriæ referēbant, fi-
cut Pindarus canit Ode. 5. Isthmiorum de quodam Me-
lisso Thebano. Sic denique omnes omnium gentium
imperatores, magistratus, & duces hac Socraticā doctri-
nā instructi hoc pietatis officio patriam cohonestā-
runt.

Quid amicis.] Communio voluntatum debet esse
inter amicos, & summa benevolentia, & quemadmo-
dum utrūque conservandum & tuendum sit, vide l. 5.
de Legibus Platonis, & confectum a Niso & Euryalo
lib. 9. Aeneid. ad hæc verba:

Me me, adsum qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli.

Quos amore parens.] De officio & pietate liberorum
in parentes lege Plat. de Leg. 4. & Virg. de utròque sem-
per ab Aeneā in Anchisen studiosè collato.

Quo frater.] Hoc genus officij inter fratres, Plato l. 5.
de Leg. univèrso declarat. *Ἐγγυθεναι δὲ ὁμογενῶν θεῶν κοινο-*
νίαν ἀπασαι, ταυτὸ φύσιν αἰματ' ἔχουσαν τιμῶν τῆς σέβουμ' &
ἐνὸς οὐς θεοῦς εἰς παιδῶν αὐτῶσ σποράν ἰσθ' κατὰ λόγ'. quicūq;
prætereā cognationem, & univèrsam Penatum Deorum
communiatem, quæ ejusdem sanguinis naturā constat, co-
lit, & observat, hos Deos jure propitios habebit in procre-
atione liberorum. Sirachides de officijs conjunctorum sic
monet 25. c. *Tria me exhilarant, & coram Deo simul & ho-*
minib. condecorant; Concordia fratrum amicitia propin-
quorum, & vir ac uxor inter se bene consentientes. Fratemi
amoris exemplum habes 9. Aeneid. v. 735.

— *Tum Pandarus ingens*
Emicat, & mortis fraturne servidus irā Effatur.

Ac ne longius abeamus; hic Poeta nobis Od. 2. l. 2. Pro-
culejum notum in fratres animi paterni proponit in sin-
gulare exemplum. Sed longè plura sunt exempla frater-
narum inimicitiarum ac primū inter Cainum & Abelem
Esaum & Jacobum, Polynicem & Etheoclem, Romulū
& Remum, Antonium Basianum Caracallā, & Getam
filios Servi Imperatoris.

Et hospes.] Jus hospitalitatis etiam 5. de Legibus ex-
plicatur, & duodecim peregrinorū genera memorantur,
& a Julio Cæsare illud veteres Gallos & Germ. valdè
in com-

in commentariis celebratur.

Quod sit conscripti.] De officio Senatorum Plato etiam scribit 6. de Leg. vt de officio iudicum lib. 12. item 2. de partibus iudicis ac vrbis custodum, quales affingit Aeneaz Virg. in lib. 2. 3 & sex postremis Aeneid.

Reddere.] E preceptione singulorum officiorum de eorum personarum cognoscitur. Simile est consilium Plutarchi in libello de pueris instituendis pag. 12. editionis Stephaniana, in diverso tamen genere argumenti. Hic agitur de ratione fabulae constituenda: illic de moribus puerorum informandis ad haec verba: τὸν δὲ τῆς ψυχῆς ἀρῆσιν καὶ τῶν, &c. quorum & sequentium haec est interpretatio. Aegrotationibus autem animi ac turbidis motibus Philosophia sola facit medicinam: huius enim ductu & ope cognosci potest, quid sit honestum, quid turpe: quid iustum, quid iniustum: quid in summa expectandum, aut fugiendum: quod Divi genus officii praestandum sit: quod parentibus: quod senioribus: quod legibus: quod uxoribus: quod liberis: quod famulis: vt primos vere nemur: secundos honoremur: tertios revereamur: quartis pareamus: quintis obsequamur: sextos diligamus: septimos castè amemus: octavos intimo affectu prosequamur: nonis ne contumeliose injuriam faciamus. Maximum autem est, ne laetitia insolenter exultemus rebus secundis: neve adversis animos despondeamus: neque voluptatibus liquefaciamus & molliam suamur: neque more ferarum a se immo dico ira concitemur: quae ego iudico ex omnibus bonis à Philosophia profectis praestantissimas esse.

Respicere.] Pro hoc Terent. Adel. Act. 3. Scen. 3. vers. 61. dicit: inspicere, tanquam in speculum, vitam omnium iubeo atq. ex aliis sumere exemplum sibi. Hic Grammatici observant vitas sumi pro moribus & historiis hominum: quod Horatius hic conjunxit vtrumque, atque praeter haec duo Donatus in Pho. Act. 1. Scen. 1. scribit τὸν vitam etiam pro alimento, anima & spatio vivendi. Idem Scholiast Eurp. in Hecu. βίος σημαίνει πᾶν τε, τὸν τὴν ψυχήν, ὡς τὸ ἐμπροσθεν εἶναι ἢ φιλοσοφῶν ἢ τὸ θεοῦ πᾶν, ὡς τὸ θεοῦ εἶναι. τὸν παρὸντα ἐν ἑαυτῷ θεοῦ τῆς ζωῆς, τὸν πνεύσαν, ἢ τὰς ἀπὸ τοῦ ζῶντων τοῦ σώματος. vox bios notat quinquaginta: vitam, vt vitam promergeralem aut philosophicam vivere: mores, vt, quod est bonis moribus praeditum: spatium vitae, quod est cibus: opes & cibos ad vivendum pertinentes

Exemplar vitae.] Hoc Plato ideam vocat, omnes res singulares continentem: semper tamen secretam, quam Cic. voluit in 3. de Orat. intelligere, quum scripsit semper informandi, quacunque de arte facultate quaeritur, de absoluta & perfecta quaeri solet, quae non sub sensu cadat. Neque enim Xenophon, quum formam praestantissimi regis exprimere voluit, Cyrum sibi ante oculos proposuit, ad cuius effigiem suum regem omnibus numeris absolutum duceret, neque Virgilius vnquam Aeneam viderat, neque ab Homero, vel ab alio descriptum intellexerat, quum eum descripsit: sed habebat mente impressam perfectissimi vsque quaque ideam & imaginem, quam imitaretur. Tales sibi ideas ob oculos ponunt pictores quum Deastrorum & Deastrarum imagines & statuas nobis exprimunt.

Imitatore.] Rectè Poeta & appositè ad definitionem artis Poeticae loquitur: nam definitur ab Aristotele μίμησις, & Poeta μιμητής: ex illa igitur idea praestantissimae virtutis effinget Poeta futurus personis suae fabulae voces honestas & convenientes sententias. Hic quidam legunt vivas voces.

Speciosa locis.] Mihi placet haec lectio, vt locos graves & sententias à Philosophia depromtas intelligamus, & ita intelligenti supra in Dialect. notati requirit. Neque enim joci levitatem Tragediae possunt decere. Valet igitur, fabula locis communibus & sententiis moratis ornata,

ta, i. subtili inventione argumentorum mores cuiusque personae sine ornatu experimentium magis delectat populum quam eloquutione delicata eleganterque enunciata. Quomodo autem mores in Tragedia adhibendi sint, lege in Poetica Arist. ad distributionem illius in sex partes: ἀνάγκη ἔν τῶν τῶν τραγωδίας μὲν εἶναι ἑξήκοντα ἀπό τῆς τῶν τραγωδίας τὰ ὅσα εἰς τὴν μὲν, ἢ τὴν, καὶ λέγει, ἢ διανομιὰ, ἢ ἀφ᾽ ἑαυτῶν μὲν ποιεῖται. i. Necessè est igitur omnis Tragedia partes esse sex quarum ratione Tragedia est qualis quaedam. Haec autem sunt: fabula, mores, dictio, sententia, apparatus & contentus.

Moratur.] Facilius retinet spectatores attentos, Nugae canora.] Versus quidem turgidos & inflatos intellige, sed praeter sonum & flatum nihil habentes sententiae, tintinnabulorum & bullarum evanescentium Sat. 5. Non equidem hoc studeo, bullaris ut mihi nugae Pagina turgescat.

Gravis ingenium.] Hic τὸ ingenium est ea vis mentis, quam diximus Epo. 11. versari in docilitate, meditatione, prudentia & inventione.

Overotundo.] Hanc sententiam Cicero ἐπιπνευματώσ sub initium lib. 4. de Fin. pronunciat, à te aptè dici & rotundè, i. disertè eleganter, perfectè & explicatè. Valuerunt igitur Graeci per Musam & ingenij solertià ad quidvis inveniendum, & eloquentià ad animi sensu scite ac intelligenter exprimendum.

Nullius avaris.] Et si Grammatici tradunt hoc differre avarum ab avido, quod illud de turpi dici solet, hoc de honesto: hic tamen locus ostendit avarum habere notionem aliquam in re honesta pro altero: vnde conjicio auctorem partim spectasse ad originem vtriusque nominis communem, αὐο αὐο, partim ad vim objectae gloriae, quae homines facillè ducuntur ad acerrima quaeque studia.

Romani.] Hoc Chremastices studium passim ab hoc Poeta notatur, vt Saty. 6. lib. 1. vbi curam & diligentiam patris sui commendat in suo filio instituendo. Similis est animadversio Epist. 1. li. ad Maecen. ad hunc vers. οὐδὲν αὐο, similis quoque Satyr. 14. Juvenalis, vt alibi fuit annotatum.

Longis rationibus.] Quae ex minutis ratiunculis in longitudinem porriguntur.

Diducere.] Diducere assem est partiri ac dividere assem non solum in duodecim uncias, sed etiam unciam singulas in drachmas, & has in scrupulos, atque hos rursus in minutissimas quascunque particulas resolvere, vel denique univèrsam numerandi rationem callere & exercere addendo, multiplicando, subducendo, & partiendo. Possumus autem rudiorum gratià huc afferre à libris Juris peritorum distributionem assis & partium nomina. Ita Theophilus li. 2. Instit. titulo de instituendis heredibus assem ipsius partes distinguit: hereditas plerumque in 12. uncias dividitur, & univèrsa haec hereditas appellatur: habetque partes in sese, quae per propria nomina vsq. ad assem appellant, sunt aut haec: uncia est duodecima pars hereditatis: sextans sexta pars i. dua uncia: quadrans quarta pars i. uncia tres, triens, tertia, quattuor uncias efficit: quincunx tertia pars & duodecima, i. quinq. uncia. Semis dimidia pars i. uncia sex: septunx dimidia cum duodecima, h. e. septem uncias: bes duae partes è tribus Graecè διώκετον sive octo uncias: dodrans duae partes è tribus cum duodecima, id valet uncias novem: dextrans duae partes è tribus cum sexta, i. uncia decem: deunx, duae partes è tribus cum quarta, i. undecim uncias: as duodecim uncia.

Filius Albini.] Florus meminit lib. 3. de bello Jugurthino cuiusdam Albini, qui corripuit exercitum Rom. Memorantur duo alii non dissimilem huic infamiae notati in ussisse familiae Albinorum, Spurius ad Furcas Claudinae & Luceius bello socialicae sus à militibus saxi & sustibi. Constat tamen Albinorum familiam in eo pretio habitam

tam olim fuisse, ut ex ea sit ortus, qui sacra excepit curru & ex eade, qui regibus exactis vnus e quinq; tribunis plebis fuit. Hic autem Albinus Romæ trapezita & numularius fuit in vico Jani medij.

De quincunce reuocata.] Pro hoc Cic. l. 2. de Legib: partitionis caput scriptum canit, ut centum numi deducerentur. Itel. 1. de Divin. De his diuinit sibi deducant drachmã. Huic opponitur addedi verbũ. Deductã gitur uncia a quincunce restat triens, id est, quarta pars assis, sive quattuor vncie.

Quid superat.] Hic superat. absolutè sumendum est, quomodo apud Virg.

Superatne & vescitur aurã at hereã? i. Superstes ne est & vivit? ἀπολείπειται, superest & restat, i. si deduxerit unum a quinq; relinquentur quattuor.

Kẽ poteris.] E recta deductione & adjunctione pueri, hunc coniectat parẽtes & magistri fore aliquando rei familiaris conservatorẽ & amplificatorẽ. Eamque ob rem particulã en laudat & approbat scitũ ipsius responsum, quod Galli interpretatur: o que c'est bien respondus pourras vn jour est vn bon mesnager.

Redit uncia.] Supple, ad quincuncẽ, h. e. si ad quincuncem addatur uncia, quã luma indẽ existet: sex vncie fiet. Sic pueri nobilium Romanorum in rationibus subducendis exercebantur ab hoc Albino numulario & feneratorẽ, & arithmetico magistro, ut Afranio illo superiore in ludo.

At hæc animos.] Discrepãtia personarum inter Romanos pessimos iuventutis erudiendã magistros, & nostrum Poetã videtur postulare, at particulã discernendi, ut sit sententia. sed quũ iuventus a teneris informata fuerit ad hoc immodicum rei faciendã studium & quæstus cupiditatem, sperari ne ab ea potest egregium aliquod poema memoriã diuturnã? subjiciatur minimẽ.

Aerugo.] De hac voce dictum est Od. 4. lib. 1. In pecu- li est apocope, qualis est in Tityro Virgilij, nec curã pecu- li, quã vox deducitur Plutarcho in Public. a pecudibus, eamque postremi Græci fecerunt Græcam κεκάλιον pro fortunis & bonis.

Cedro.] De hac planta lege Theophrast. l. hist. plant. 3. c. 13. & Plin. l. 13. c. 5. Athen. l. 3. Dioscor. l. 1. c. 166. cujus verba de facultate cedri: δύναμις ἔχει σιπτικὸν μὲν τῶν ἐμψύχων: φυλακτικὸν δὲ τῶν νεκρῶν σωματίων, ὁθεν καὶ νεκρῶν ζώων πρὸς αὐτὸν ἐκάλουν. cedrus hæc ve est prædita, ut animata corrupta: cadavera verò conservet: unde nonnulli etiam mortuorum vitam vocarunt. Eam ob rem Plinius ibidem scribit simulacra Deastrorum e cedrinis lignis confici solita, quod huic materiã eternitas quædam inesset. Præterea cedratos libros, & rem quamlibet oleo cedrino illitam neque a carie, neque a tineis lædi: quod Vitruvius confirmat, libros oleo cedrino unctos non metueret tineas, nec cariem. Hemina quoq; testatur in Annalibus, libros Numæ repertos a Cneo Terentio sub Janiculo non fuisse consumtos, quamvis annis triginta quinq; infossos, quoniam cedrati essent. Fuit quoq; hæc arbor in delicijs odorum, ut apparet e lib. 6. Odyf. de domo Calypsonis:

Πῦρ μὲν ἐπ' ἐξαροῖν μέγα καίετο. τέλος δ' ὄσμιον κέσσετ' ἐυκαταίοιο τὰν ἀνθρώπων ὀδύδας.

Ignis ad focũ ingens ardebat. Odor autem fragilis cedri turisq; procul per insulam fragr. bat. Sic Virg. initio l. 7. Aen. Urat odoratam nocturna in lumen cedrum. Ob hanc autem arboris facultatem David cõparat virũ piũ cedro & palmã Psal. 92. ad illustrandã illius fecilitatem & virtutem atq; vitæ immortalitatem. Huc addam e notis Servij in vers. Aen. 6. Procumbunt piceæ. Picea quinta species cedri est ut ait Plinius. Nã cedria dicta est, quasi χερσιν ἀφ' ὧν ὄσον, querciu ardentis humor est lacryma. De

facultate autem cupressi ἰσχυρὸς ἔστιν ὁ σέντιο, nisi quod reperio ἀσπιλον ἴνας τὸ αὐτῆς ἔσσης, cariei minime obnoxii ipsius lignũ. De hac planta dictum est Od. 9. l. 1.

Aut volunt.] Videtur verbũ volo, magis hic existimatiõnis, potestatis & officij esse, quã privata volũtatis, & propterea explicadũ ἐπιθυμία, possunt & debent, quẽadmodũ Πολιτ. 2. βέλεται δὲ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ κελίμενοι τὰς ἐξῆς, μήδεν ἀδικῶν πάρασπον. videtur aut rex esse custos naturã, ut qui fortunã & bona possidet, nullã pat. atur injuriã. Si hoc loco Poetẽ videntur hæc tria officia debere, vel ut profint, vel ut delectent, vel utrumq; præstent.

Animi dociles.] Ad hujus sententiã intelligentiã videtur mihi necessariũ adscribere, quod Cic. scribit e facultatibus animi l. 5. de Fin. bon. & mal. Animi autẽ & eius animi partũ, quã princeps est, quãq; mens vocatur, plures sunt virtutes, sed duo prima genera. unũ earũ, quã ingeneratur suapte naturã, appellaturq; nō volũtariã: alterũ earũ quã in voluntate posita magis proprio nomine appellari solẽt: quarũ est excellẽs in animorũ laude præstãtia: prioris generis est docilis, memoria: quã ferẽ omnia appellatur uno genij nomine: easq; virtutes qui habet, ingeniõsi vocatur. Alterũ autẽ genũ est magnã verãũq; virtutũ, quã appellatur volũtariã, ut prudentiã, temperantiã, fortitudinẽ, iustitiã, & reliquas ejusdẽ generis. E præfatione autem hujus vniuersæ enarrationis discẽ, prudentiã Græcè τὴν πρόνοιαν διανοητικὴν εἶναι: idẽdque adscribendã virtutibus animi, non voluntarijs, contra, atq; hinc nunc facit Cicero.

Supervacuum.] Sententia verbis immodicis. ac redundantibus pronuntiata, non faciliẽ percipitur, nec idcirco potest retineri: sed quum paucis, & summatim comprehenditur, & citò intelligitur, & faciliẽ altã mente reposita retinetur: proluxa & longa præceptio fastidium animo parit, idẽdque nihil prodest ficta. Hoc præceptum ab Aristotele in Poetica traditum est cum accessione alterius, quum de constituenda Tragedia præcipitur, καὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὡς περὶ καὶ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων συζήσει ἀεὶ ἕηται, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ εἰκός, ὥστε τὸν τοῦτον τὰ τοιαῦτα λέγειν, ἢ πράττειν: ἢ ἀναγκαῖον ἢ εἰκός, καὶ τὸ τοῦ μετὰ τὸ τοῦ ἵκεται, ἢ ἀναγκαῖον, ἢ εἰκός. Quarendũ autem est, εἴ τι δὲ δὲ εἴ τι ἑμπερ in moribus personarũ, quẽadmodum in coagmentatiõne rerũ quod est vel necessariũ vel simile veri: adeò, ut quã talis persona dicit, aut agit, sit aut necessariũ, aut verisimile, & unũ post alterũ fiat ordine retento. Quod paullo antẽ generalitẽs præceperat idẽ auctor, ὅτι ἢ τὰ γινόμενα λέγειν τὰ ποικίλα ἐρηγοῦν ἀλλ' οἷα ἀνέγοιτο καὶ τὰ δυνάτα κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον quod munus hoc Poeta est, non quẽ facta sunt, dicere, sed qualia esse fieri debuerũt, & ea, quã possunt effici secundũ verisimile & necessariũ. Prius tantũ prudenter Horatius a Poeta requirit, quod hic tamẽ vix præstare potest. Quis enim assentiatur figmentis illius, Deos mutis se vulneribus lædere, ambrosiã vesci, nectar supra modũ bibere, varijs animo: um moribus & affectibus concitari, homines ad inferos descendere vivos, nebulas loqui. Cyclopas esse. Virgilio naves in Deas mutari. Homero equum Achillis loqui, Orpheo navem disertam fingi, & hujusmodi infinita? qualia Cicero sub medium Tuscul. quæ. De Ganymede fingebat Hometus, & humana ad Deos trãsferebat.

Poscat sibi fabula cedi.] Hinc versum citat Servius sub initium l. 12. Aeneid. ad hæc verba: Poscat equos, gaudentq; iners ante ora frementes: Pilumno quos ipsa decens dedit Orithia. & annotat: Critici culpant hoc loco Virgilium dicentes, incongruum esse figmentum. Namque quum Orithia Atheniensis fuerit filia Therri genæ & a Borea in Thraciam rapta sit, quomodo potuit Pilumno, qui erat in Italia, equos dare? Pransæ Lamia.] E figmentis, quã verisimilia omnino non fiunt, illud apponit, quod de Lamia feritate scribit Diodorus

Diodorus Siculus lib. 20. historiarum, vnde illius natale solum formam, immanitatem, & facta Petes. Hujus etiam meminit in suis Parergis l. 8. c. 22. Alciatus, & putat esse striges aves stridulas, de quibus Ovid. 6. Fast.

Est illius strigibus nomen, sed nominis hujus Causa, quod horrenda stridere nocte solent.

Sextus Pompejus scribit, Lamias mulieres veneficas appellari striges & volaticas. Graeci appellant *λαρχεινιδας* ab asperitate, & illas apibus & vespis item uvis maturis ac imaturis valde infestas. Sed probabilior est descriptio Diodori. Praeterea quidam dicunt esse animal formam muliebri, inferne pedibus equinis. Apollonius quoque lib. 4. apud Philostratum dicit sponfam esse Menippicam iustam. Item Apulejus duas sagas & incantatrices sic Lamias appellat. Item Durus Samius Libycorum lib. 2. refert, Lamiam fuisse mulierem formosam & a Jove amatam, & Junonis zelotypia impulsam ad proles suae internecionem. Hoc postremum propius accedit ad historiam Diodori, & ad sensum hujus loci. De Lamia vide etiam Aristot. lib. 7. de moribus ad Nicomachum, & Suidam.

Centuria. Cetus senum reprehendit & damnat poemata inutilia, & infructuosa, nullam doctrinam praedita. Dicuntur autem centuria ex eo, quod olim populus Romanus divisus sit in tribus triginta quinque, equarum singulis delecti sunt terni ad judicandum, qui duo numeri inter se multiplicati gignant licet 105. nomen tamen centuriae remanet in ordine judicum notando.

Expertus fugis. Ex Donato in Act. 4. Sc. 7. Eunu. hic *το φρουγισ καταχρηστικως* sumendum est. *Dicitur sunt fruges, inquit, quod his fruamur. Inde fructus & frumentum. Frui autem est vesci, & frumine, quae est summa pars gulae: a quare etiam hic, quae nec cibo, nec poculo sunt, frui dicuntur καταχρηστικως, ut pote rebus Veneris, & delectatione odoris, visus auditus & ceteris.*

Ramnes. Ramnes qui sunt, e lib. Varronis 4. de ling. Latina cognosci potest. *Ager Romanus, inquit, primum, deo sua est in partes tres, a quo tribus appellatae, Tatienis, Ramnis, Luceris nominatae, ut ait Ennius, Tatienis a Tatio, Ramnes a Romulo, Luceres, ut ait Junius, a Lucumone. Attamen Festus hos postremos mavult appellatos a Lucero Ardea rege, qui olim fuit auxilio Romulo adversus Tatum bellanti. Sed omnia haec vocabula Varro dicit, esse Tusca. De his praeterea vide Liv. l. 1. & Plutar. in Rom. ac praeterea Servium in vers. Aeneid. 5. *Tres equitum numero turmae.**

Celsi. Hoc epithetum proprie tribuitur corpori, ut Cic. 2. de nat. Deorum scribit, *naturam consultasse hominem celsum & erectum.* Itē in Orat. *Status celsus & erectus requiritur in oratore.* Festus illud notat, *παρ το κελιστα, de equo sellario & desultorio deflectatur, atq; rursus το κελισ, cadit Eustathio ἀπο το κελισ, τὸ τ' ἐστιν το ταχως τρέχει, a celeriter movēdo, quae vocis ratio tam equo, quam equiti apte convenit. Nam celetes etiam vocantur celeres equites, quos Statio celsos equites vocat l. 1. Sylvar. Quod autem το Celsus absolute legatur pro equite, nondum reperi, & si reperitur, facile in eo eques intelligitur, ut hic, ubi Ramnes, propter peritiam equitandi celebratam, facile intelliguntur equites, etiam sine epitheto, quos Galli dicerēt, *braves chevaliers*, quales Ramnes fuerūt, & quia hoc hominum genus ducitur in primis voluptate, austeram poemata fastidit. Verbum autem praetereo valet το πρεβλεπω ἢ τὰ ερεω, τὸ τ' ἐστιν καταφρονος, per convenientiam & incuriam aspicio, id est, contemo.*

Austera. Ratio hujus vocis enucleata est in Grammat. Sat. 2. sub initium.

Omne punctum. Qui novit poema pangere, quod utilitatem cum voluptate conjunctam habeat, omnium sus-

fragijs optimus Poeta existimatur.

Hic liber. Tale poema semper erit & magno quaestui, & emolumento bibliopolis, & vbiq; terrarum celebrabit nomen auctoris. De Solijs fratribus librarijs dictum est Epist. postrema lib. 1.

Sunt delicta. Quid delictum, & peccatum, quid Graeca *πηνιμείλια, & ἀμαρτία* differat, repete e notis in Od. lib. 3. Huc accedat discrimen inter alia duo Graeca το ἀμαρτία & το ἀδικημα, ut prius sit quidē peccatum aequitate dignum, ideoq; veniam mereatur: sed posterius sit flagitium, atq; adeo scelus nulla dignum venia. Hoc videtur sumtum e Poetica Aristot. cujus duplex ibi notatur peccatum, ubi ex arte intelligendus est artifex: *αὐτῆς δὲ τῆς ποιητικῆς διττὴ ἡ ἀμαρτία. ἢ μὲν γὰρ κατ' αὐτὴν, ἢ δὲ κατὰ συμβεβηκός. Ἐὶ μὲν γὰρ προεἰλητο μὴ μίσησαι ἀδυναμίαν, αὐτῆς ἡ ἀμαρτία. Ἐὶ δὲ τὸ πρότερον μὴ ἠθέλος, κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ τὸν ἴππον ἀμφωτὰ δέξια προβεβηκότα ἢ κατὰ ἑκαστὸν τὸ χεῖρ ἢ ἀμαρτία. ἢ ἴψιος αὐτὸ ποιητικὸς duplex est peccatum: unum enim est per se, alterum per accidens.*

Si enim elegerit Poeta amissionem ejus, quod supra ipsius vires fuerit, ipse est peccatum per se. Deligere autem non recte, id est, fingere, quae non possunt fieri est peccare ex accidente, & praeter ipsius studium, si si deccret equum proficere & promovere simul crux dextrum utrumq; non est proprium hujus Poeta peccatum, sed hominis Hippices omnino imperiti, qui nunquam observavit, quomodo equus progrediatur. Si .e. ipse equus hoc in se movendo praestaret; continuo dextram in partem corporis, nullonitentē fulcro, humi procumberet, sed ille, ut ceterae quadrupedes, crux alterum tantum anteriorum, & contrarium posteriorum simul tollit, sicut Aristoteles docet in lib. de progressu animal. Similiter errasse dicitur Lucanus in Topographia, qui flumen Tanarim in agro Patavino locavit, quum in agro Aquilejensi costet esse. Similiter Virgilius in eadem arte peccavit, quum finxit Aeneam cervos in Africa sagittis occidisse, qui in ea regione minime nasci ab Herodoto feruntur. Haec sunt peccata non in Poetica, sed in Geographia. Contra Catullus peccavit in Poetica & per se, quum pro Epithalamio Thetidis & Pelei sibi proposito ad descriptionem, indē digressus est ad pulvinar, & fabulam Ariadnae multis verbis explicanda. Itaq; hic non vacat culpa: illi vero veniam digni habentur. Haec sunt a Frā Luifione accuratē & prudenter annotata. Huc ex Aristotelis Poetica addo haec: *τὰ Ὀμηροῦ ἀλογα, & ἀλοπα excusari, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν Ὀδυσσεῖα ἀλογα, τὰ περὶ τὴν ἐκθεσιν, ὡς ἐκ αὐτῶ ἀνεκτα, διὸ καὶ ἀν' ἡρώδο, εἰ αὐτὰ φαύλος ποιητικὸς ποιήσει, νῦν δὲ τοῖς ἀλλοῖς ἀ γὰρ τοῖς ὁ ποιητικὸς φαυλίζει ἢ δύναντο ἀ ἴσσοι, id est, Quae sunt in Odyssaea nullo modo consentanea, dum exponuntur, planum fieret, illa non esse toleranda, si malus Poeta ipsa sinxisset. Nunc vero Homerus ea ornaretis aliis, a qua condimētis, delet ac regit. Praeterea quum, ut canit Pindarus e. d. 9. Πυθ. ἀρεται δ. αἰεὶ μεγάλα πολυμήθοι, magna virtutes multae oratione requirant, vix possit fieri, ut in illa polylogia non incidat aliquid non satis apte dictum; tolerabilior videtur talis dormitatio, & levis erratio. In fluvijs enim ingentibus, ut Euphrate, multae sordes, & purgamenta concipiuntur, sicut canit Callimachus: ὕμνησις Ἀπολλ. sub finem:*

Ἀσσυρίη ποταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ Λύματα γῆσι, πολλὸν ἐφ' ὕδασι σὺρρετον ἔλλει.

Euphratis ingens est decursus, sed multas terrae sordes & illaviam trahit per aquam.

Ignovisse. Velimus Criticos condonare Poetis vitia quaedam.

Reddit. Pro hoc Cic. dicit in Oratore: *sonū eundem in eadendo & s. Tusc. Inanes fundere sonos.* Chorda igitur pulsata superius, quam conveniat, refert sonum gravem, quem auris non expectabat; contra, inferius tacta, quam deceat, reddet acutum. Est autem eadem chorda oberrare Gallis: *fallir tous jours en un endroit.* Chordae praeterea vox est Graeca *χορδή*, quae idem valet, quod *χορὰς, & χορῆς.*

ἢ χόλη, & intestinum, vnde fides intorquebantur, vt annotatum fuit in Gram. Ode. l. 2.

Plurimum.] Vbi pars major poematis est illustris, nævi certè ac pauculæ maculæ reliqui operis nos offendere minimè debent, si fortè per incuriam aspersæ fuerint. Est autem τὸ incuria Græcis ἀμαρτία, & hoc Ciceroni indiligentia: quam Agell. l. 4. c. 12. dicit impolitiam, cuius nonotabatur eques Romæ, si habuisset equum gracilentum, aut parum nitidum: id autem verbum significat, quasi tu dicas incuriam. Hæc profectò interpretatio videtur præ se ferre, hanc vocem Latinis parum usitatam, quâ tamen Cicero utitur, ut noster Poeta, auctores certè imitatione dignissimi, & inter Latinitatis principes numerandi.

Ut scriptor.] Ut descriptor librorum, cuius operâ vti veteres ante Typographiæ inventum, & vsum semper in eadem, re peccans caret veniâ.

Peccat idem.] Notata est alibi variâ syntaxis verbi τὸ peccare: addam tamen & Plautum similiter huic in Pseud. loquutum: num peccavi quippiam? & Cic. peccare multa. & ejusdem Epist. 20. l. 10. errare id, Plance, voluisti, pro in multis, & in eo: quomodo loquuntur etiam Græci, ἡμαρτάνειν τινος, eadem in re peccare, vt ex sententia Græca in Dialecticis citata innotuit.

Sic mihi sit Chærilus.] Ita Terent. loquitur in Phor. Act. 1. Sc. 9. Quis mihi vbi ad uxores ventum est tum sunt Jenes. Eleganter, ait Donatus, insertum, τὸ mihi, vt in Heaut. mihi, vbi adhibet plus paullo, sua qua narrat facinora? Hic tamen potest pendere à verbo narrat, nec ided videtur omnino ἀνεπιπέσειν ἢ περὶ τούτων. Ita Epist. 3. l. 1.

Quid mihi Celsus agit: monitum, multumq; monendus. ita quoq; Cic. in Pilo. is mihi etiam gloriabatur, se omnes magistratus sine repulsa assequutum. ita denique Ovidius.

Hinc mihi mater abi. Omnes hi, casus dandi per Hellenismi pleonasmum videntur adhibiti, qui vitator est Græcis & Gallis, quàm Latinis, vt ex sequentibus cognoscas facillè. Xenophon: τὸ δὲ δὲ μάλα καὶ πάντων μέγιστό μοι, Galt. rien moi ceci sur tout. Lucian. τίθει δὲ μοι Ἐργὸν καὶ τὸ δὲ Gall. posez moi le cas, qu'il soit ainsi. Idem ἐν ἑσπέρῳ μοι, ἔσπετο. Gall. considerez moi bien cela. Idem Dialogo inscripto Jupiter Tragædus, τί σὺ οὖν ἔδωξες ἡμῖν Quærit aut o Jupiter, que tu nom de ventu palle? Idem in Dialog. Hermotimus οὐδ' ἔστι τὸν λαχέα ἡμῖν δέδορκας Galt. Tu nous as une vne plus forte que celle de Lynceus. Idem in Dialogo. ἐπιπέσειν, πῶς ἡμῖν ἐπέσειν. comment nouus aues vous conduict. tes affaires, c'est adire, pur nous en res jouir? Ita explicandum est illud superius, Quid mihi Celsus agit: quod oblitus sum illic notare.

Cessat.] Cujus negligentia, & inertia multis in locis deprehenditur, is est talis Poeta, qualis fuit Chærilus de cuius descriptione repetè notas sub finem Epist. huius lib. 2. & quod Suidas de eodem scripsit. Est autem hic cessare τὸ ἀρῆσθαι, & τὸ ἀνεῖν. Ita servus, qui ita cessavit semel, veniâ dignus iudicatur. Est autem τὸ cessare desidiosi, vt τὸ requiescere defessi, ait Donat. in Heaut. Act. 3. Sc. 1.

Indignor.] Hoc verbum explicatum fuit Epod. 4. & Epist. 1. huius lib. & initid huius Epist.

Dormitat.] Petrus Ramus lib. 15. Schol. Gramm. de formis verborum citat hunc locum ad hanc Prisciani definitionem elevandam: formâ verbi frequentatiua est, quæ frequentiam actus significat. Hic tamen desiderium somni aut leviculus somnus indicatur potius, quàm ejusdem frequentia: alioqui, qui inter frequenter & quandoq; conveniret? Itaque diminutio magis, quàm multiplicatio hic significatur, vt in illo Ciceronis: canato mihi, iam dormitanti Epistola reddita est. Quod autem non nulli proferrent è Donato in Hecyr. Act. 3. Sc. 1. ad v. meum receptas filium: frequentativo vsum verbo: quod non raro, sed frequenter receptet. Mallem equidem in huiusmodi

verbis intelligere desiderium, quam frequentiam, & exponere per, gestis recipere. Pro dormire Græci dicunt νοσεῖν, quod faciunt dormitantes. Sic Catullus pro levi cursu navis dicit: currum volitantem levi flamine. Sed dormitatio principis Poetarum in his notata fuit, quod præter decorum in contentione Deorum & hominum affinxerit, his magna, & memorabilia facinora, illis parva, & parum laudabilia. Item quod Menelaum, & Parisdem, fecerit in conspectu Helenæ præliantes, quàm Paris, & Helena, tempestate in Ægyptum jactati tum constanti famâ illic fuissent. Idem quod promissâ Trojani belli descriptione præterierit silentio vrbis expugnationem, & quasi in memor promissi, moræq; impariens citò transferat ad Ulysses, quem postremò finxit à Deastris multis, & à Circe adamatum, senioque jam, variisque laboribus fractum, οὐ πικρὸν κατὰ τὸ ἔμπε. Sed Aristoteles in Poetica criminationes Protagoræ nomine vnus, vt quæ nullius sint ponderis, censet omittendas. Sic ille: τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ὑπολέγου ἀμαρτάνειν ἀπὸ τῶν ὑπερβαίνειν ἐπιπέσειν οὐδὲν ἐπιπέσειν ἐπιπέσειν. Μὴν ἀεὶ δὲ οὐδὲ τὸ καλλύτῳ, οὐκ οὐδὲν πὶ ἡμῖν ποιεῖν ἐπιπέσειν ἐστὶ. Quid enim peccati aliquis existimaret ea continere in se, quæ Protagoras reprehendit, quod Homerus putans se precari, imperat his verbis vni, iram cane Dea? jubere enim, vt quis aliquid efficiat, aut non efficiat, formam habet imperandi, more superioris ac præstantioris. Sed Eustathius statim initid scholicorum in Iliad. 2. diligenter & accuratè purgavit, & diluit hæc obiecta.

Quantum.] Videtur concisum, pro quancumq; vt alibi fuit annotatum. Ita τὸ quoties concisè propositum videtur Epist. 7. l. ad Fan. quoties mihi certorum hominum potestis erit, quib. rectè deos literas, non prætermittam. Hic autem τὸ bonus sumitur vt poltea: Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes, vt Eclo. 15. ambo sumus boni inflare calamos, i. peccati in standi, sicut Græcè, ἀγαθὸς ἀνορτίζων, peritus jculandi.

Obreperere somnum.] Est hoc falli & labi per incogitantiam, ut Plautus loquitur.

Ut pictura.] In pœsis erit est enallage futuri pro præfenti est. E. sine Tusc. 5. cognoscitur melius, quò opus Homeri tam illustri descriptione vni veritati oculis lectorum subiecta, potius dici pictura, quàm Pœsis, debeat, Traditum est, inquit, Homerum cæcum fuisse: ut ejus picturam non pœsin, videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæq; quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expeditum est, ut quæ ipse non viderit, nos vt videremus, effecerit? Ut autem pictura à pingo, sic hoc à Græco, aspirationis amotione, ἐξῆρα, illumino & illustro. Ortum enim habet à sole, & umbra, ipsa pictura, quæ, priusquam coloribus imbatur, lucem, fingitur: vnde μὲν ὁ γὰρ μοι nominantur homines strigosi, & decolores, & macilenti sed de ratione vocis Homerus vide proœmium Eustathii in. a. Iliad.

Argutum.] De hujus epitheti vi repetè notas in Od. l. 7. Alumen.] Quæ non timet subire examen en subtilis ingeni, iudiciumque eruditum Aristarchi.

O major juvenum.] Hic partitio, non comparatio est, cum genitivo, pro quo dicitur interdum, majore juvenibus. Hæc tamè ratio è partitione sumta non facis facit Iulio Scaligero. Ideoq; huc addidit, si consideres hæc Horatii verba directâ oratione ad duos Pisones, non redditur, casus ille iuvenum comparativo neq; enim fieri potest, vt alter Piso major sit, quàm duo Pisones iuvenes. alias enim alter iste non modo suo fratre, sed etiam semetipso erit major & quidem hæc adjunctio est exegesis nostræ partitionis videtur autem hic Piso natu major tribus de causis major pro minori, ætatis ingeni & honoris.

Quantum.] De hac discretivæ convenientiâ dictum est Sat. 3. l. 1. ad hunc locum, & Epist. 17. cuius initium est ab hac voce.

Quantum

Quamvis Scava satis per te tibi consulis & scis. Hic videtur Poeta reliquos natu minores Pilones rejicere ab hoc Poetices studio: imitatus Aristotelem initio li. 1. Philosophiz moralis. Quam autem hic recte, alibi diximus.

Voce paternâ.] Semper est habitus honos per magnus ijs, qui liberos suos & procreasse, & vna instituisse potuerint. De hujusmodi & institutione, & educatione, liberorum plurimum celebratae sunt olim tres matronae illustres; Cornelia Gracchorum mater: Aurelia Caesaris, Accia Augusti: de quibus, vt de aliis quibusdam, lege Cicernem in Bruto.

Per te sapis.] Hoc videtur sumtum a cohortatione Hesiodi ad Persam. vt virtutem quaereret & coleret, vbi tria hominum genera statuit: duo imprimis laudabilia, quibus facit Horatius similem hunc majorem juvenem, in operibus ac diebus:

Οὐτ' ἄν μὲν παύσεις, ὅς ἀντὶ πάντων νόμιμα,
Ἐδδός δ' αὖ κἀκείν', ὅς δ' ἐπινοήθηται

hic longè optimus est, qui sibi per se in omnibus consulit: bonus item est ille, qui parat rectè monenti. tertium est pessimum, ita ibidem descriptum:

Ὅς δέ κε μὴδ' ἀντὶ νόμιμα, μὴτ' ἄλλο ἀέθω
Ἐν θυμῷ βάλωνται, ὅδ' αὖτ' ἀρετῆς ἀνίη.

Sed qui nec sibi sapit, nec alium audire inducit animum, hic contra homo est nihil.

Tolle memor.] Memoriz manda, quod tibi praecipio, & quod in quibusdam artibus & disciplinis honorificum est, in tertis, ac mediis consistere, si non possis ad summum pervenire, ait Cicero in Orat: quanquam in Bruto scribit, difficilius esse oratione uti, quam versibus. Idem quoque sub initium li. de Orat. ad Quint. fra. quod dicit hic Horatius de excellenti Poeta, suo perfecto oratori tribuit. Verè inquit, mihi hoc videor esse dicturus, ex omnibus ijs, qui in harum artium studiis liberalissimis sunt doctrinisque versati, minimam copiam egregiorum Poetarum exstitisse: atque in hoc ipso numero, in quo perarò exoritur aliquis excellens, si diligenter & ex copia comparare voles, multo pauciores oratores, quam Poetae boni reperientur. In poesi autem nulli tales gradus conceduntur Poetis, qui, nisi summum attigerunt illius gradum, in nullo habentur numero.

Juris auctor.] Utriusque professio diversa erat. Juris enim consultus domi rogatus de jure respondebat. Patronus in foro causas suorum clientum agebat. Hujus generis creditur creditur M. Messala fuisse ex hac descriptione Cic. in Bruto: M. Messala natu minor, quàm nos, nullo modo inops, sed non minus ornatu genere verborum, prudens, acutus, patronus in causis cognoscendis, componendisq; diligens, minime incautus magni laboris, multae operae, multarum causarum. De quo etiam fuit Sat. 6. lib. 1. dictum copiosè. Sed Aulus Cassellius ponitur in numero Jurisconsultorum, vt cognoscitur è lib. 1. Digestorum tit. de orig. juris, vbi L. 2. Trebatius & Cassellius ita inter se comparantur, vt hic fuerit eloquentior Trebatius & hic peritior illo.

Sed tamen.] Possum hic annotare idem, quod Donatus in hac verba Terentij in prolog. Andriae: ambae fabulae non ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimili oratione sunt factae ac stylo. Discretio est, ait Donatus, a superioribus, & est ἀνακόλουθον in consequens: nõ enim supra posuit, quidem, cui haec sed tamen, respondeant Dico enim hic simile esse anacoluthiam. Nihil enim praecellit, ad quod sed tamen aptè referatur. Itaque defectus expleatur: quanquam consultus juris & actor, quàm quidem ellipsi videntur scriptores plurimum gaudere. Virg. Ecl. 1.

Sed tamen iste Deus qui sit, da Tyre nobis. in Andr. Act. 1. Scen. 4. Nec satis digna, cui committas pri-

mo partu mulierem: tamen eam adducam.

In pretio.] Sic Ovid. loquitur lib. 6. Fastorum, in pretio pretium nunc est. Item Plautus in pretio, sed Teren. in Adel. Act. 5. Sc. 6. vt Cic. dicit hominem esse magni pretii pro magni fieri apud alios.

Mediocribus.] Ἀντιθέσις, pro, nulli permittunt Poetas esse mediocres: qualis notata est initio Sa. 1. 1. licet esse beatus. Hujus meminit Cor. Tac. Dial. de Oratoribus: Mediocres Poetas nemo novit, bonos pauci.

Columna.] Quidam referunt has columnas ad tabernas librarias, vbi prostabant scripta Poetarum, quarum meminit Sat. 4. 1. 1.

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.

alii αὐτὸς τὰ μνησῆα, ad tabellas indicantes diem, quo recitari deberent carmina: alii ad aedes potentiorum, qui Poetis & aliis eas commodabant recitaturis aliquid, de quibus sic Juven. fecit Sat. 1. 1. 1.

Frontonis platani, convulsâq; marmora clamant Semper, & assiduo rupte lectore columna.

Item Cor. Tac. in Dial. de Orat. loquens de Poetis ita scribit de Salejo Basso: Nam & domum mutuatur & auditorium exstruit, & subsellia conducit, & libellos dispergit.

Symphonia.] Tibicines & cantores in conviviis & Deorum & hominum adhibebantur, vt Phenius apud Homerum, & Crinitus Iopas apud Virgillum in convivio Dido. Praeterea de Symphoniis lege 7. actionem in Verrem, & pro Milone. Ut autem hi Musici, non solum ad voluptatem adhibebantur, verum etiam ad utilitatè: sic etiã perfectum poema ad utrumq; condi videtur, quod verba ista: natum est inventum animis juvandum, aperte ostendit. Contra si poema vergit ad imum, offendit animos auditorum per hoc explenda est redditio comparationis.

Crassum.] De generibus vnguentorũ dictum Od. 5. 1. 1.

Sardo.] Ego hic puto casum esse Graecum, & contractũ ex eo, quod Graecè σαρκώδη πῶα herba Sardinia & scelerata. Hinc σαρκώδης, & ab hoc Sardum mel pro noxio & venenato. De hac herba vide Dioscor. 1. 6. c. 14. & Virg. Ecl. 7. Ime ego Sardois videor tibi amarior herbus,

Simili est nocuum taxos mellificio: ideoque praecipit Virg. 4. Georg. Ne propius tectis, i. alvearibus, taxum sine &c. Sic Lycidas Ecl. ab hac arbore optat fugam examibus apum:

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

vbi Servius annotat. Nam Sardiniam Graeci, auctore Plinio, Cynnum appellant (pro quo Servii nota Cyrenen habent: vnde interpretandum esset, Sardinianas taxos non Corsicas) ex quibus fit teterrimum & amarissimum mel, vt Ovid. li. Elegia.

Melle sub infans Corsica misit apis.

De vnguentis vide Plin. 1. 13. c. 3. quomodo in potu adhibita fuerunt, & Suetonium in Nerone. De papavere autem Plin. 14. cap. 8. Papaveris candidi semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur ad somnum altiore.

Poterat cana duoi.] Extendi, quod est Sat. 1. 1. pronunciatum per verbum conjunctum Latinè jucunde cenans produximus. & Graecè παρὰ τὴν εἰρήνην τὸ δειπνῶν.

Summo discessit.] Ellipsis est praepositionis, pro, si poema paulum a perfectione recessit, contemnitur.

Ludere qui nescit.] Hic locus sumtus est è Protagora Platonis non ita procul ab initio: Ἐγὼ γὰρ Ἀθηναίους, ὡς περὶ καὶ ἄλλοι Ἕλληνας, ἐπιμαίω σαφῶς εἶναι, ὅσοι ἂν ὄταν συνελθῶμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ μὲν αἰεὶ οἰκοδομίας τὴν δὲ πρῶτα τὴν πόλιν, τοὺς οἰκοδόμους μὲν ἀπεμπούμενος συμβούλιος αἰεὶ τὴν οἰκοδομημάτων, ὅταν δὲ αἰεὶ ναυπηγίας τὴν ναυπηγίαν, τὰ ἄλλα πάντα οὕτως ὅσοι ἠγνῆται μαθητὰς τὴν διδασκαλίαν εἶναι, ἕαντις ἄλλος ἐπιχειρῆσιν αὐτοῖς συμβουλίαν, ὅσοι μὴ οἶον τὴν διμίσθησιν εἶναι, καὶ πάνυ καλὸς ἦν πλάσιος ἔργων γενναίων, εἰδὲν ἢ μάλλον ἀποδεχόντων, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβῶσιν αὐτὸν αὐτὸς ἀποσπῆσθαι ἐπιχειρῶν λέγειν κατὰ θορυβήσεις, ἢ οὐ τοσοῦτον αὐτὸν ἀπαλαύσσειν

... αὐτῶν ἢ ἐξ αἰρήτων καὶ δόξαν πρυτανέω. I. Ego autē Athenienses, ut ceteri mecum Graeci, affirmo sapientes esse, & quō in concionem convenimus & civitas consiliū capit de publicis sumtibus aedificando, video peritos architectura in consiliū evocari, quō etiā de navib. construendis, peritos hujus artis arcessit: & res ita se habet in ceteris omnib. quae possunt & disci & doceri. Quod si quis forte alius, quem illi rudem talis artificij arbitrentur, conetur ipsis consiliū dare, quāquā virtute praeditus, locuples & genere clarus fuerit, nihilo magis tamen illū admittit, sed illudunt, & tumultu explodūt, quod aut ipse, qui ag greditur dicere, abscedat exhibitatus, aut illū liētores sagittarij vi de medio abstrahant, & expellant, jussu magistratus.

Qui nescit.] Cic. l. 5. Tusc. quāst de infano Poetarum amore in sua scripta sic scribit: In hoc genere, inquit, nescio quo pacto magis, quam in alijs, suum cuiq; pulcrum est. Adhuc neminem cognovi Poetam (& mihi fuit cum Aquino amicitia) qui sibi non optimus videretur. quod sumtum quis putaret e l. 9. de Mor. ad Nicom. πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπαθεῖν αὐτὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχων γινόμενον. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει ὑπερβαίνει γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα ἔργοντες, ὥσπερ τέκνα. Id est: Quisq; enim vehementius amat opus suum, quam ab opere amaretur, si ex inanimato fieret animatum. Idq; fortassis poeas usu venit maxime: hi enim praeter modum amant sua Poemata, ut suos liberos parentes. Creandum est sanē maximum natu Pisonum condidisse aliquod poema, cujus simili amore flagraret, & in lucem edere studeret, ut a nobis initio propositum est.

Pila trochive.] De pila dictum est Satyrā, 5. l. 1. ut de troche Od. 24. l. 3. & de disco Od. 8. lib. 1.

Tollant impune.] Id est, liberē ac passim pro hoc antea dixit, tollere cachinnum, Gallice, rire a pleine bouche & a haute voce. quod ibidem habes apertius explicatum.

Quidni.] I. cur non audeat versus pangere; quum ingenio, genere, morum probitate, opibus maxime valeat? Donat. Act. 2. Sc. 3. v. 36. Eun. nojunt quidni? interpretatur hunc locum, ut sensus sit, quid, nisi? aut cur non noverim: quia veteres ni pro ne ponebant, & ne pro non, ut Plautus, ne stultas sis pro ne, & ne vult, pro non vult. Hac jaectantia retusa est Epist. 1. l. 2.

— Abratonum agro

Non audet, nisi qui didicit, dare. Quod medicorū est, Promittunt medsci, tractant fabrilia fabri.

Census.] Hellenismus est, ubi aut desideratur κατὰ τιμήν, qui primario censu census est, vel cujus opus, & facultates a Censore sunt aestimatae pretio quadringentorum tertium, id est, decem millium coronatorum ad calculum Budaicum: aut syntaxis est, censor censum, & censor summam similis huic, vivo vitam. Sed plura vide de lege Roscia, & de Othone legis latore in Rhetoricis Od. 15. l. 2. item 4. Epod. & in Gram. Epist. 1. l. 1.

Tu nihil.] Id est, non aggredieris ullum pangere poema sine accurata & diligenti perceptione artis Poeticae: nec facies contra illius pracepta.

Id tibi.] Id est, per te satis illud intelligis, & vis tantā arti tribuere dignitatem, ut ab ipsius decretis ne latum quidem digram recedere velles.

Si quid tamen.] Prudentia est Poetae summain restringendo juvenis amore, quo flagabat in scriptas jam ab ipso Tragedias, & in earundem editionem, ut nonnulli existimant, quod admonitor fingit se ignorare: vnde certē possumus scire conscriptam fuisse hanc Epistolam ut juvenem a praeteroperta scripturae suae in lucem edendae festinatione revocaret, sicut initio & in praefatione nostrae declarationis proposuimus. Modestiam praeterea Poetae facile percipias ex ordinata Criticorum

commemoratione, vbi Horatius Matio Tarpae acerrimo carminis judici, & patri Pisoni subjicitur tertius. Meminit huius P. Matij Tarpae Cic. l. 7. ad Famil. M. Marium Epist. 1. ad verba, nobis autē erant ea perpetuanda, quae scilicet P. Matius probavisset. vbi Paullus Manuti' annotat, hunc solitū prius carmina a Mimis in scena recitata judicare. & hunc locū citat, & alterum ex Sat. 10. l. 1. sicut nos etiā hunc Ciceronis locū hic citavimus.

Nonūmq; pre matur.] I. diutissime abditum & celatū in artificio, & expolitione domi teneatur poema, priusquam proferatur in lucem, Sic tamdiu pressum Catullus commendat poema Cinnae, de quo repete, quod annotatum est in Grammat. Od. 6. l. 1. quod nunc fortasse Horatius respicit. De numero autē impari dictum est in Rhetor. Epist. 1. l. 1. Quae sunt hic nonnulli, & fortassis curiosius, quam interpretatio loci requirat, cur potius usurparit Horatius novenarium, quam denarium, quo posteriori familiariter antē usus est:

Perfectum decies non castigavit ad unguem,

— Hec decies repetita placebit

& Satyrā 4. lib. 1.

— decies centena dedisses.

vnde quidam hic legunt, decimum. Sed enim, ut hoc supra sic hic, etiam synecdochicos novenarium sumendū esse arbitramur. Attamen, ut aliquid intelligas de perfectione & religione imparis numeri, juxta hemistichium illud in Pharmaceutria, Numero Deus impari gaudet, proponendus tibi est libellus Plut. περι κεφαλαίων Ρωμαίων quast. 2. διὰ τὸν πλείονος, οὐτε ἐλεεινός, ἀλλὰ πεντε κλημπαδίας ἀπλοῦσιν τοῖς γαμοῖς, ὡς Κηρίωνας ἀνομάζουσιν, οὐκ ἄλλοις, neq; pauciores, facies in nuptiis accendunt, qui ante quinq; quos cereos nominant? Deinde: ἢ διὸ πλείω χειμῶναν ἀριθμοῖς πρὸς τὰ ἄλλα βελτίων καὶ τελειότερος ὁ περὶ ἴσος ἐνομιζέτο, ἢ πρὸς γάμον ἀριθμώτερος; Ὁ γὰρ ἀστὴς διασυστὶν τελεχεται, καὶ τὸ ἴσον αὐτοῦ μάχιμον ἐστὶ καὶ ἀντιπαλον. ὁ δὲ περὶ τὸς οὐδὲνα τὰ διακοθῆναι πάντ' ἀπασιν, ἀλλ' ὑπολείπει τὴν κοινὴν ἀειμερίαν. Τῆ δὲ περὶ τοῦ μάλιστα γαμήλιος ἢ πέντας ἐστὶ. τὰ γὰρ τρία πρῶτος περὶ τὸς, καὶ τὰ δύο πρῶτος ἀστὴς. Ἐκ δὲ τούτων, ὡς περ ἀρίθρος καὶ θήλειος, ἢ πέντας μέμνηται. I. An quia quū utantur pluribus numeris, impar ceteris existimetur perfectione praestare, & nuptiis accommodatior videbatur? Par enim est capax divisionis, ipsiusq; partes aequalitate virium sibi respondet: sed impar non potest prorsus omnino dividi, imò vero relinquit aliquid sui commune & semper dividuum, Quinarius autem ex imparibus maxime est ad nuptias accommodatus: ternarius enim est primus impar, & binarius est primus par. Ex his autē, tanquam ex mare & foemina, mixtus est quinarius. Reliquū lege ibidem, ac praeterea tractatum ejusdem auctoris, περι ἐν Τιμῶν Συχογονίας, de procreatione animi in Timeo Platonis: ubi Zaratas Pythagorae magister dicitur Dyadem numeri matrem & Monadem patrem vocasse, ac proinde numeros esse praestabiliore. qui unitatem aemularentur, hoc est, qui essent impares. de quibus poterit lector videre non sine fructu notas P. Rami in somnium Scipionis ad verba, Nam quum etas tua spiritenos oculus solis anfractus reditusque converterit: vnde discas superstitiosas Pythagoreorum & Macrobij censorini opiniones de septenario numero Critimo & Climacterico, ut somnia a Galeno lib. de Criticis merito derideri. Si verò plura desideres de viac natura numerorum, lege Arist. l. 1. Metaph. & l. 1. de Caelo. Item comment. D. Thomae in l. 1. Arist. de animo & Cael. Rhodoginum. Item deniq; Eustath. in hunc versum Iliad β.

— Ομοῖοι δ' ἴω, ἄνευ ἀείσφας

Κήρυκες βοῶντες ἐρήτων —

— Tumultus autem erat, quem novem

Pracones clamore reprimebant —

ita Scholiastes scribit: τὸν ποιητὴν προσπαθεῖς ἔχειν τῶ ἐνεα ἀριθμῶ.

ἀριθμῶν, καὶ ἐπιφορὸν εἶναι εἰς τὸν ἔνα. δευτὸν, διὰ τὸ τετράγωνον καὶ τελεῖον ἐκ τελεῖου τῶ τετραγώνου πολυπλασίαντος εἰς αὐτὸν. διὰ τὰς μύσας, αἱ τῶν δευτῶν τῶ τετράγωνου. Et c. Poetam mirè affici no venario, & propenso in eū esse animo propter quadratum & perfectum numerum, e ternario factū in se multiplicatio, atq; propter Musas, quæ hoc numero describuntur: reliqua ibidem lege.

Membranis.] Intellige palimpsestos, quo Catul. utitur Epist. 19. ad Vartum:

Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura
Per scripta: nec sic, ut sit in palimpsesto,
Relata.

utitur quoque Cic l. 7. ad famil. Trebatium Epist. 18. quod in palimpsesto, (scripsisti) laudo equidem parsimonia: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc scribere. Hæc quidē vox hic notatur verbo delēdi chartulam. Nam παλιμψηστον dicitur, quod detergendo iterum abraditur, ut sunt tabulæ, membranæ, inducti parietes & similia ἀπὸ τῶν παλιν καὶ ψεῖς, ut alibi dictum est. Interpretatur autē Ulpianis palimpsestus, tabellam deletitiam: de qua fuit in fine Gramm. Sat. 4. l. 1. & 3. l. 2. initid.

Nescit vox, &c.] Henr. Steph. in hymn. Callim. εἰς Δία. interpretatur hoc verbum nescit, ut Græcum ἢ ἐπίουται, per ἢ δυνάται, non potest, & hunc locum sic Græcè pronunciat, ἢ ἀποδείξει δ' ἄνευ νοσησῶν ἐπίουται αὐδῆ.

Sylvestres.] Ita de Poetis Ovidius:
At sacri vates, & Divūm cura vocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putant.

Est hoc solemne omnium penè artificum, ut suam quisque professionem magnis extollat laudibus perfectionis Ita Cic. l. 1. Rhetoric. tribuit eloquentiæ efficientiam huic Poeticæ parem. Quo tēpore quidam magnus scilicet viret sapiens cognovit, quæ materia esset, & quanta ad maximas res opportunitas animis inesset hominū, si quis eam posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere: qu. dispersos homines in agris & in tellis sylvestribus abditos, ratiōe quadam compulsi unū in locū & congregavit, & eos in unam quāmq; rem in ducens, utilem atq; honestam, rimo propter insolentiam reclamantes: deinde propter rationem atq; hortationem studiosius audientes ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos. Idem sub initium l. 1 de Orat. ut verò jam ad illa summa venimus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum cōgregare, aut a fera agrestiq; vita ad humanū cultū civilemq; adducere, aut jam constitutis civitatis leges, iudicia, jura describere? Verūm nemini mira debet hæc æqualis facultas Poeticæ & artis oratorici videri, quū utriusq; vis facillè respiciatur nomine eloquentiæ contineri, vel ex hoc Cic. loco de Orat. Nam etiam Poetæ quæstionem attulerūt, quisnam esset illud, quo ipsi differrent ab Oratoribus, numero maximè videbantur antea & versu: nūc apud Oratores jam ipse numerus increbuit. Quicquid est enim, quod sub auris mensuram alicui cadit, etiam si abest a versu, (nam id quidem orationis est vis) numerus vocatur, qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. Itaq; video visam esse nonnullis Platonis & Democriti loquutionē, etsi absit a versu, tamē quòd incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poemata putandū, quam Comicorum poetarum: apud quos, nisi quòd versiculi sunt, nihil est aliud quòd iam dissimile sermonis, nec tamē id est Poetæ maximū, etsi est tō laudabilior, quòd virtutes Oratoris persequitur, quū versu sit astrictior, reliqua illic videris.

Sacer.] De Poetarum sanctitate sic Cic. pro Archia, Atq; sic a summis hominibus eruditisq; accepimus, ceterarū rerū studia & doctrina, & præceptis, & arte constare: Poetā nā usq; ipsā valere, & mentis viribus exercitari. & quasi divino afflatu quodam afflari: quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat Poetas: quòd quasi Deorum aliquo dono ac munere commendati nobis esse videantur. Sic igitur,

Judices, sanctum apud vos humanissimos hoc Poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria violavit.

Interpres.] Hoc videtur sumtū ex Ione Platonis, ubi vis Poeticæ ab hoc thapfodo & recitatore versu heroico-rum explicatur, cui Socrates assentitur his verbis: οἷδε ποιηταὶ ἔδον, ἀλλ' ἢ ἐρμηνεύει εἰσι τῶν Θεῶν κατεχόμενοι, ἐξ ὅτι ἀνεκασθ' κατέχευται, ταῦτ' ἐδιδύνοντο. ὁ Θεὸς ἐξέπιπτε δὲ τῶ φαυλοτάτῳ ποιητῆ τῶ κάλλιστον μὲν ἦσεν. Poetæ nihil sunt aliud, nisi interpretes Deorum a quocūque numine v-nusquisque ipsorum corripitur. Hæc ita esse Deus indicans consulto per inerrissimum Poetam Tymicum Chalcidensem pulcherrimum carmen cecinit, nempe Pæanem in laudem Apollinis.

Cedibus.] Ellipsis est præpositionis, quā usque Cic. exprimit, Deterrere a bello faciendū, pro Fontejo: a studio, l. de Fin. nullāre deterreri posse a proposito, in Bruto: interdū geminatur deterrere atq; avocare religione, de Arusp. responsis. Sat quidē 4. l. 1. explevit hunc defectum:

— At turpi meretricis amore

Quum deterreret. —

Orpheus.] Quanquam Od. 12. l. 1. de Orpheo dictum est, quod poteris repetere, & Quintilianus lib. 1. cap. 17. fabulam e-iusdem, præter alios innumerabiles, narrat, tamen e Pausania in Bœoticis, illum invenisse rationē Diis sacra faciendi, & scelera expiandi, quæ, velut tigres & leones, sceleratorum conscientias lacerabant: quod epimythium non multum ab hoc nostri Poetæ recedit. Cicero tamen videtur planè memoriam Orphei auctoritate Aristotelis elevare. Sic enim de eo scribit sub fin. l. 1. de Nat. Deor. Orpheum Poetam docet Aristoteles nunquā fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cecropis.

Amphion.] De hoc vide, quid annotatum sit Od. 11. l. 3. in Græ. quò libet nunc addere velut τὸ ἐπιμύδιον e Solino c. 13. Bœotia Thebis enitet. Thebas condidit Amphion, non quòd saxa lyrā duxerit (neg. enim par id ita gestum videri) sed quòd affatus suavitate homines rupium incolas & incultis moribus rudes, ad obsequii civis pellexerit disciplinā.

Testudinis.] De hac dictum est Ode 12. l. 1.

Fuit hæc.] Hic locus confirmat tantam vim deducendi homines a victu sylvestri & ferino ad humanum & civilem cultum non fuisse in vna vel eloquentia, vel, ut Scævola disputat ad versus Crassum lib. 1. de Orat. in Poetica: sed utramque id potuisse stipatam præceptis, institutisque Philosophiæ.

Publica.] De hac rerum distinctione publicarum & privatarum, vniuersarum a singularibus lege lib. Instit. civium secundum, & de hac syntaxi, secerne privatis, Od. 1. l. 1. Lege tandem sancitum est, ne quis se flagitiosè stupris & adulterijs contaminaret, sed conjugii castitatē & fidē pie & inviolatē servaret.

Moliri.] Ita loquitur Od 1 lib. 3. sublimem moliar atrivē quæadmodū etiam Virg. dicit lib. 1. Aeneid. vocem moliri quòd Servius interpretatur quasi molibus factis & ingētib; ædificijs extruere & attollere. Cujusmodi operis effectores manlit immortalis gloria apud posteritatem.

Incidere ligno.] Hæc phrasis sapit summā vetustatem, quū ære nondum reperto leges tabulis quercinis incitæ populo proponerentur: quibus postea tabulæ æræ succellerunt, ut constat lib. 12. Taciti, qui senatusconsultū ære publico figere dicit & Servius in hūc versū Aeneid. 6.

Vendit hoc auro patriā, dominiūq; potentum
Imposuit, fixit leges pretio atq; refixit.

Fixit autem ideo, ait interpres, quia incitæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus. Item Cicero 4. Verr. incisum in ærea tabula, & alibi ærea columna. Interdum idem per casū accusadi effert, Philipp. 2. in es incidit subebitis. Ferunt Decem viros Rom. accepisse jus non scriptū a Lace-

a Lacedæmonijs, sed scriptum ab Atheniensibus, & in duodecim tabulas redegisse, de quo vide Tit. Liv. & Pomp. Jurif. l. i. ff. tit. de Origine juris L. 2.

Sic honos.] Particula sic, videtur συλλογικῶς συμπερασματικῶς, ex præclarè gestis concludere sempiternam Poetis gloriam, tanquam dixisset, ἐκ δὲ τῶν καλῶν πράξεων ἀπέχεται κλέος ἐλθεῖ ποικιλίας, ex honestis igitur actionibus parta est honesta gloria Poetis. Galli autem quum e positis rationibus ostendunt aliquid effici, conclusionis notam adhibēt, parainsi, quæ respondet huic Latinæ. Fuit paullò antè similis cōclusionis forma ad hūc locū, sic prisca, &c.

Post hos insignis.] I. magnus ac nobilis, ut Donatus interpretatur, insigne aliqua facere in Eunuchō Act. 5. sc. 6. Non recedit Horatius a conjecturis Aristotelis & Ciceronis de antiquitate Homeri, imò verò certò affirmat aliquot Poetas ætate antèisse Homerum, ut Aristoteles primū sub initiū Poetices de hoc scripsit: τὸ μὲν οὖν πρὸ Ὀμήρου ἀδύνατος ἔχομεν εἰπεῖν τοῦτον ποίημα, εἰκὸς δ' εἶναι πολλοῦ. Eorum igitur, qui antecesserunt ætate Homerum, nullius tale poema dicere possumus: verisimile tamē est multos fuisse. Deinde Cicero adhūc etiā modū in Bruto scribit. Nec dubitari potest, quin fuerint ante Homerū Poetæ: quod ex iis carminibus intelligi potest, quæ apud illū ἔσιν Πρωακῶν ἔσιν procorum epulis canuntur.

Tyrus usq.] Quicquid hic habuerit ingenij ad poesim nati, id contulisse ad animos Lacedæmoniorum inflammandos adversus Eslenios patriæ hostes, ex his ipsius versibus facillè perspicitur potest, qui de virtute bellica scripti existant:

Μέγχις τὴ κατὰ κείδαι κατ' ἀλκίμονες τε θυμῶν.
Ὀ νεοὶ οὐδ' ἀδείδ' ἀμυπηρικτῶνας,
Ὡσε λῆλυ μεθίεντες ἐν εἰρήνῃ δὲ διοκίτε
Ἦδ' αὐτὰρ πῶλεμ' ὄ γὰρ ἀπασανέχοι.

Quousq. desides eritis? quādo ragnum ἔσ' fortè animum habebitis.

O juvenes? non metuitis finitimos hostes?
Usque adeo ignavi ἔ' remissi tanquā in pace videmini desidere

Quum universa terra bello sit occupata.

Quis autem & cujas fuerit, quidque in vita gesserit, nobis Suidas his verbis præter cæteros indicavit: Τυρταῖος Ἀρχιμυβρότης Λακωνῶν ἢ Μιλήσιος ἔλεγε ποιητὴς καὶ ἀδύνατος. ὃν λόγος τοῖς Μέλεσι χρηστὸν μανὸν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ πολεμοῦντος Μεσσηνίοις τῶν τῆ ἔπικα τέρους ποίησαι ἐστὶ δὲ παλαιά τῃ, οὐχ ὅτι τοῖς ἐπὶ κληθεῖσι σοφοῖς, ἢ καὶ παλαιότερος ἢ καὶ οὐ κατὰ τὴν λέξι δλυμπαδῶ. ἐν γὰρ πολιτείᾳ Λακεδαιμονίοις καὶ ἀποθίκασι δὲ ἐλεγεῖας καὶ μέλη πολιμῆσια εἰς βιβλία. οἱ Λακεδαιμόνιοι ἠμοσαν ἢ Μεσσηνίω ἀίρησιν, ἢ αὐτοὶ τῶν τῆ αἰδῶν. χρηστὰ δὲ τῶ ἔσιν, στρατιῶν παρὰ Ἀλλυαίων λαβεῖν λαμβάνουσι Τυρταῖον τῶν ποικιλῶν χωλῶν ἀνδρα. ὅς ἐπ' ἀρετῆν αὐτοῦς παροχῶν εἶλε τῶν εἶτε τῶν Μεσσηνίω, καὶ ταυτῶν κατέσκαψαν καὶ τοῖς αἰχμαλωτοῖς ἐν τοῖς εἰλωσι κατέταξαν. i. Tyrtaeus Archimbroti filius Laco aut Milesius Poeta elegiacus ἔ' tibi cen fuit: quæ fama est suis modis incedisse Lacedæmonios ad bellū, ἔ' cōmissō prelio illos reddidisse hac viā Messenijs superiores. Est autē vir prisca seculi, et æte septē, qui vocatur, sapiētibz equalis, aut etiā superior: floruit igitur Olympiadē circiter trigesima quintā. Descripsit Lacedæmonis formā Reip. administrandæ, ἔ' vite rectē instituendæ præcepta versibus Elegiacis, ἔ' carmina ad usū bellicū apta tradidit libris quinq. cōprehēsa. Lacedæmonij autē jurarūt se aut verbō Messenē capturos, aut in oppugnatione morituros. Edito autē oraculo, ut ducē ab Atheniēsis deligerēt, Tyrtaen accipiūt Poetā, virū claudū: qui cohortatiōe ad virtutē factā cepit Messenē anno post vicésimo ἔ' eā funditus evertit, ἔ' captivos in numerū servorū adscripsit. Appellatur hic Poeta lib. i. de Legibus, & reprehenditur, quòd virtute bellicā immodicè laudatā chorū reliquarum virtutum prætermisisset, vide locū, ut

brevitati studeam. Quòd si plura his expetes, vide quoque Athenæum lib. 14. Strabonem lib. 6. Pausaniam in Messenicis. just. lib. 3 & Plutarchū in libello, ubi disputatur de majori prudentiā terrestrium, & animalium aqualium.

Per carmina.] Quomodo fortes hīc sumantur pro vaticinijs, oraculis, & Deorum responsis manifestum est e l. 1. Valer. Max. Cujus rei explorandæ gratiā, legati ad Delphicum oraculum missi retulerunt, præcipi fortibus, ut aquam ejus lacus emissam per agros diffunderent. Hæ autem fortes versibus Hexametris pronunciabantur, quales memorat Plutarch. in Theleo.

Ἄσκη τὴν πρῶτον τὰ πόδια, μάλα φέρτα τε λαῶν,
Μὴ λύσῃς πρὶν δὴ μὲν Ἀθηνῶν εἰσαυκίεσθαι
Vire pedem exertum, quo non præstantior alter,
In populo ne solve prius, quàm prosper Athenas
Ingressus fueris.

Quamvis autem Græci eadem notione proferant κλήρον, κλήρε καὶ περὶ οὐδὲς, hic tamen auctor aliter pronunciavit, ὅθεν Τυρταῖος παρὰ τὸν ἀνεκωνῶτο πρὸ τῶν τῆ ἔσιν φωνῶν: unde profectus Troezenem retulit Pytheo Apollinis forte, cujusmodi etiam referet Thucydides lib. 2.

Ἦξει Δωριὰ κὸς πῶλεμ' ὄ καὶ λοιμὸς ὀμ' αὐτῶ.
Doriacum veniet bellum mox peste sequente.

quales etiā satis notos Cicero de Cæso lib. de Divin. & Ennius memorant: quales deniq; Sibylla nuncia & interpres Apollinis creditur fuisse.

Ei vite.] Poetæ Gnomologi, qui præcepta Philosophiæ moralis versibus tradiderunt, ut Hesiodus, Theognis, Pythagoras, Phocylides, & similes intelliguntur.

Gratia tentata.] I. benevolentia regum vi carminū cōciliata est Poetis. quorum studio & operā nihil optabilius fuit Alexandro Macedoni, quum tantoperè desideraret sibi aliquem Homerum dari, ad res ab ipso gestas immortalitati consecrandas. Hac fuit arte pergratus Ennius Scipioni Africano: Eutripides Archelao: Anacreon & Aeschylus Polycrati: Simonides Hieroni Syracusano: Aratus Antigono: Virgilius Augusto: hic denique Poeta Mæcenati.

Pieris.] I. carminibus a Musis Pieriis dictatis, de quibus dictum est in Gram. Od. 4. l. 1.

Ludus.] Non solum, inquit, Poetica in rebus serijs ac gravibus locum potest habere, verum etiam in ludicis in quibus hodie solum versari videtur. Addit ad extremū recreationem animorum & solatium, quod illa solet afferre labore fessis, ut de Solone monuimus Od. 1. l. 1. ex Plutarcho.

Ne forte.] Videtur apertius explananda Ellipsis, quæ est obscure inclusa & comprehensa in antecedentibus. Hoc tibi præcepi & tradidi, o maxime natu Pisonum, ne forte studium Poetices, ac præsertim acre & accuratum tibi, ut quondam aljs, dedecori & probro fore putares: sed contrā illud egregiè positum, atque ex eo poema politum & arti consentaneum magno tibi & familiæ decori & ornamento futurum existimares.

Lyra solers.] Similis syntaxis a Grammaticis profertur e l. 7. Silij, ubi Fabius dicitur solers cunctandi. Vox autem est Festo conjuncta a verbo, Osco, follo, toto & ars, ut solers sis totus prudens: qualis natural. 2. de nat. Deor. provida & solers vocatur. E ratione vocis prioris follo, videtur scribendum esse follers, gemino ll.

Naturæ.] Hæc questio de viribus naturæ atq; doctrinæ satis videtur a nobis explicata: primū Ode 4. l. 4. in Dialect. deinde Epist. 8. in fine Grammaticorū, ac postremò paullò antè ad hunc versum, ingenium misera, &c. ubi etiā fuit demonstratum, a quibus olim fuerit agitata: quæ omnia poterunt studioso lectori satisfacere repetita: fin autem hæc attendantur, Diu multūmq; dubitatum est, atq;

est, atq; proposita est hæc quæstio, utra plus afferat adju-
 menti ad carmen rectè laudabiliterque pangendum, vis
 ne naturæ, an ipsius artis facultas & præceptio; in li-
 tera videtur Ellipsis particulæ dubitantis, *Naturæ*, ex-
 plenda. Quanquam autem Cicero in oratione pro Ar-
 chia Poeta plus videtur naturæ tribuere, quàm arti; cogi-
 tur tamen vi experientiæ astipulari sententiæ nostri
 Poetæ: sic ille: *Ego multos homines excellenti ingenio
 ac virtute fuisse sine doctrina, naturæ habitu propè divino
 per se ipsos & moderatos & graves existisse fatcor. Etiam il-
 luda iungo sepius, ad laudè atq; virtutè naturâ sine do-
 ctrina, quàm sine natura valuisse doctrinâ. Atq; idè ego cõi-
 do, quò ad naturâ eximiam, atq; illustre accesserit ratio qua-
 dâ, conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præcla-
 rû ac singulare solere existere.* Idè lib. 2. de Orat. *Neq; tamè
 ignoro, quæ bona sint, fieri meliora posse doctrinâ, & quæ
 non optima sint, aliquo tamen modo acies corrigi posse.* Fa-
 bius quoque Quintil. lib. 11. cap. 3. cum nostro Poeta fa-
 cere videtur. *Verum illi persuasione suâ fruatur, qui homi-
 nibus, ut sint oratores, satis putant nasci: nostri labori dent
 veniã, qui nihil credimus esse perfectû, nisi ubi natura curâ
 juvetur. In hoc igitur non cõtumaciter cõsent oprimas par-
 tes esse naturæ.* Hoc tamen ita distinguit, ut in oratore sã-
 mo plus artis, sed in mediocri plus naturæ requirat. Ter-
 piades autè Phæmius cantor *Ὀδυσσεύς* glorietur apud U-
 llysem per se Musicum esse sine arte cujusquam & do-
 ctina conservandi sui causâ:

Γενέμαι Ὀδυσσεύς, σὺ δὲ μὲ ἀίδεο καὶ μὲ ἐλέησον.
 Ἀντὶ τοι μετόπιον ἄχθος ἔσεται, αἶψα δὲ ἄϊον.
 Πένης ὄσπερ θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν αἰδέομαι.
 Αὐτοδίδακτος ἴμι θεὸς δὲ μοι ἐν φρέσιν ὄμμας
 Παντοίας ἐνέφρασε.

*Supplex tibi genua amplector, o Ulysses: tu mihi pla-
 care & mei miserere.
 Eris postea tibi dolori, quum Musicum
 Occideris, qui & Deorum & hominum laudes cano.
 Per me doctus sum, & sine præceptore sum Musicum.
 Deus enim
 In se vix varios mihi canendi modos.*

Idè videtur Pindarus, ut prius sentire Od. 9. *Ὀλυμπ.* Anti-
 Rrophescolo 16. de Epharmosto Opuntio:

Τὸ δὲ φῶς, κρᾶσιον ἄπαν.
 Πολλοὶ δὲ διδασκάλους
 Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέει
 ἄριστον ἔλεδται.
 Ἄνδρ' δὲ θεῶν, σισυγα—
 μίνα γ' ἰσοκρίτερον χρεῖ
 Μῆκασον

*Quicquid proficisciscitur a natura, optimum est,
 Pleriq; quidem homines partis disciplinâ
 Virtutibus aggressi sunt
 Gloriam assequi:
 Sed quod non existit e divino & naturali ingenio,
 Nihil est eo oblivione deletio ineptius.*

Audiatur postremò Plutarch⁹ ἐν τῷ περὶ παιδείων ἀγωγῆς sub
 initiũ, ubi collatione similiũ confirmatur locus nostri Po-
 etæ: *Ἐπεὶ δὲ τῆς ἀγωγῆς καὶ διηλεκτέων καθολοὶ μὲν εἶπεν, ὅ κατὰ τῶν
 τεχνῶν, καὶ τῶν ἐπιστήμων λέγειν εἰσάδαμεν. ταῦτον καὶ κατὰ τῆς ἀ-
 τῆς πατρῴας ἐπιπέρας εἰς τὴν παντὴ δὲ δικαιοπραγίαν τεταρταῖα δὲ συνδρα-
 μείν, φύσιν, καὶ λόγον, καὶ δὲ θεῶν. καλὸν δὲ λόγον μὲν τὴν μάθησιν, ἐπὶ
 δὲ τὴν ἀσκησιν. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ τῆς μαθήσεως. αἱ δὲ χρεῖαι
 τῆς μελέτης. αἱ δὲ ἀκρότητες πάντων. καὶ ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ λέγειν τὴν
 κατὰ τὰ ἀνάγκη χεῖρα γίνεσθαι τὴν ἀρετὴν. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἀνδρῶν
 μαθήσεως, τυφλὸν ἢ δὲ μάθησις διὰ φύσιν ἐλλείπει. ἡ δὲ ἀσκησις
 χρεῖαι ἀμφοῖν ἀτελής. Dicendum igitur est de pueris inst. in hæc in
 sũma, quod de artibus & sciẽtiis dicere in sue vimus. Idè etiã
 de virtutibus dicẽdũ, quod ad perfectã boni & a quo actionẽ
 tria concurrere oporteat; naturã & rationem & usum. Vo-*

co autè rationem, & perceptionem artis. & usum, exercitã-
 tionem. Principia quidem ad doctrinam pertinent, usus autè
 ad meditandem, & consummatio ad omnia simul tria: quib-
 bus positis, si quid defuerit, necesse est ab ea parte mutilam
 & mancã esse virtutem. Natura enim sine disciplina cõ-
 ca est. Huic autem secreta a natura dicitur actio recta. Postre-
 mò exercitatio ab utraq; deserta, nõ perducitur ad exitum.
 De hac quæstione potest etiam legi libellus Iocra-
 tis contra Sophistas: ad quã pertinet Apophthegma, quod La-
 ert⁹ lib. 5. tribuit Aristoteli, ἡ μὲν ἕξις ἀπὸ τοῦ παρὰ φύσιν
 ἀεὶ λαμβάνει τὸ εὖ, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων, ut visus
 accipit lucem ab acre ambiente: sic animus a disciplinis, &
 documentis. Hęc quidẽ omnia valdè illustrent Horatij sen-
 tentiam de veris poetices causis.

15 *Laudabile.*] Non mediocre, & tolerabile præceptum
 fuit, sed illustre, summum, & singulare.

An arte.] An ductu artis, certis, & indubitatis præceptis
 rectã scribendi viam, & rationẽ præmõstrantis.

Ego nec.] Ἄριστος τὸ ἰπτιματ⁹ ubi concedit quidem alijs
 20 scriptoribus potestãtẽ de hac quæstione, quid velint, sta-
 tuendi: sed ita, ut ipsi sit integrum confirmare, triũ causã
 factũ consensionem ad laudabile carmen requirit. Huic ta-
 men sententiæ videtur repugnare Od. 3. l. 4. ubi afflatũ,
 & favorem Melpomenes facit principẽ, & solam, Poeti-
 ces causã. Hęc habet emphãsin τὸ εἶπα.

25 *Nec studio.*] Est hic locus interpretatio versuum Si-
 myli suprà ad versum, ingenium misera, &c. in Gramma-
 tics scriptorum. Videntur autè nomine studij duæ causæ
 significari; cognitio artis, eisdemq; exercitatio, & usus,
 30 que pariter, æqualitẽrque, cõditionẽ naturæ juvare solẽt,
 atq; agricultura fecunditatẽ soli quamlibet fertilis.

Vena.] Pro quo dicit Od. 18. l. 2. benignam ingenij
 venam.

Rude.] I. nullã doctrinã, & humanitate exculpta, & po-
 35 lita natura, quos progressus facere possit, non video: sed
 intellige utramq; & naturã, & artẽ, sic cõparatam, ut
 ambæ necesse habeant mutuas sibi tradere operas ad cõ-
 munem utilitatem. Sallustius in proemio conjurationis
 talem animi, & corporis conjunctionem in re aliqua sus-
 40 cipiendã, & conficiendã requirit, ita ut unusq; per se en-
 digens, alterum alterius auxilio eget: quẽ locũ citat Dona-
 tus in explicando versũ Heaut. Act. 2. Sc. 1.

Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam natus sum.
 Ingeniũ ait, naturalis est sapientia Sallust. in Cõjur. inge-
 45 nium nemo sine corpore exercebat. Hanc naturæ propensi-
 onẽ expresse etiam in Phor. Act. 1. Sc. 2. de Demiphone,
 qui non fortunã, avarus erat, sed naturã, dum dicit, sic est
 ingenium,

Conjurat.] Cõjurare Græcè dicitur ἐπιμαχίαν ποιεῖν
 50 ἀλλήλων βοηθεῖν, subsidiãriã in re societãtẽ ad opẽm sibi mu-
 tuo ferendã.

Studet.] Variè construitur hoc verbum: sed cum infi-
 nito & accusandi casu ferè notat animi affectum ut Cice-
 ro in Partit. *Studeo, mi pater, Latine ex te audire,* & in or-
 rat. post reditũ: *Quum literas studere incipit,* & nihil ali-
 ud studet, nisi ut te videat, pro, cupit & optat: ego tamen
 cum infinito junctam unã cũ affectu operam significari
 arbitror, sicut hęc, ita Od. 2. l. 4.

Pindarum quisquis studet emulari. Qui igitur cupit as-
 60 sequi propositum & ad illius exitũ pervenire, omni stu-
 dio, operã & labore curat, totòq; animo in id debet in-
 cumbere, quantiscũq; naturæ dotibus ille valeat. Alio-
 qui hæc, ut incultus ager, infelix lolium, & carduos, &
 alias steriles herbas, & frutices, pro frumentis referent,
 vitia loco virtutũ. De meta fuit Od. 1. l.

Multa.] His quatuor verbis summã contentionẽ, a-
 certimũque studium, in his qui in aliquo excellere vo-
 lunt, præter vim naturæ, requirit. *Venere & Baccho melius
 quadrat*

quadrat ad continuationem ejusdem tropi, quàm, vino. Vini autem usu Plato 2. de Leg. pueris interdixit ferè usque ad vicissimum annum, & Hesiodus Venere matibus ad annum ferè 30. Monet igitur hic Poeta, continentissimè, & temperantissimè huic esse vivendum, qui non solum carmen laudabile, verum etiam qui quodlibet opus egregiù, ac singulare, cupiet facere.

Qui cantat.] Hunc bicinem Græci dicunt *πυθαίολος*, vel disjunctè, *πυθαία αὐλοῦται, ἢ πυθαίολοιτα*. Fuerunt autem Pythia celebritates, & festa, in honorem Apollinis, propter occisum Pythonem serpentem, de quibus sic Ovid. 1. Metamorph.

*Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomita serpentis nomine dictos.*

Alij tamen desectunt *πυθὸν τὸ πυθαίολοι, ἢ πυθὸν τὸ πύθεν*, a sciscitando oraculo, vel a putrefaciendo: quod hujusmodi serpentum monstra ferè e putredine, & corruptione, nascantur post inundationem fluviorum, ac maxime Nili.

Egomira.] Referuntur verba inertis Poetae defendentis suam imperitiam suo, & proprio, judicio, dum se existimat dignum medio artis poeticae gradu, & in postremo versantibus pessimè optat: quod dum facit, praedotribam puerorum, & Gymnasij magistrum, imitatur: qui provocans illos ad metam cursus, proponit omnium celerissimo, & primo aliquod honorificum praemium: tardissimo autem, & postremo, tanquam scabioso, infamiae notam. Ideoq; pudet illum in postremis relinqui, vel potius superari & inferiorem esse: sic enim Græci, *λείπεσαι ὑπὸ τῶν ἀρετῶν*, superari virtute ab aliquo, dicunt. Sed de verbo pangendi dictum est Epist. 18. l. 1.

Præco.] Pro vocabulum *qui* sequens videtur redundare, ut facile intelliges ex suppleta comparationis nota sic in apodosi, sic Poeta dives, &c. sed de utroque præconis officio dictum est Epist. 7. lib. 1. Quo autem pacto mores præconum cum illis assentatorum conveniant sic habeto: Ubi quaestus gratia clara voce illi rebus vendendis statutum pretium pronunciarunt, eò statim vindique concurritur: non alius fit assentatorum concursus ad inertes Poetas, praesertim si divites fuerint, postquam significarunt se aliquod poema condidisse, quod illis ad omnem assentationem eruditis, & multa inconsideratè approbantibus dabatur: a quo Horatius se semper abhorruisse, quum ad hujusmodi censuram vocatus esset, aut carmen fecisset. Epist. 19. scribit:

*Non ego ventose plebis suffragia venor,
Impensis cenarum & tria munere vestis,
Non ego, nobilium scriptorum auditor & ultor,
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.*

Ad lucrum valet ad dona, & munera, quæ Poeta inertes dat Criticis assentatoribus. Monentur ergo Pisones de vitadis assentatorum mendacijs, quos Antisthenes solitus erat dicere corvis esse deteriores, quod hi mortuos tantum exederent: illi verò vivos etiam vorarent.

Dives.] Hic versus fuit Saty. 2. l. 2. & satis copiosè explicatus.

Si verò est qui ponere &c.] Pro, si est aliquis, ut Od. 1. l. 1. Est, qui nec veteris pocula Massici spernit. Ponere unctum est mèsam lautà, delicatis ac suavis epulis instructà, sumtuosam, opiperà tenere. Gall. *Tener bonne table*, qualem consecrabatur Aristippus Diognes autè tenuè, siccam & squalidà, ut est Epist. 17. ad Scævam.

Accedes siccus ad unctum. Ex hoc quidem loco conficiunt quidam *to unctum* de homine intelligendum, qui lotus & unguento perfusus accersitur ad cenam, & commodè collocatur, lautèque tractatur. Malo equidem illud intelligi de convivatore opulento, qui possit lautam instruere mensam censoribus poematis futuri.

Spondere.] Fidè jubere pro paupere obarato. Gal. *Pleger & respondre pour un pauvre homme endebte.*

Implicitum.] Alia declinatione usus est. s. Epod. *Candidia brevibus implicata viperis crines*. Valet illaqueatū & involutū, vnde nequit se expedire, & exsoluere sine ope alicujus divitis. Ideoq; *lites atra* dicit pro exitiosis, noxiis & lethiferis: quemadmodum mortem, & fila Parcarum dixit *atra*, Ode 22. l. 1. & 3. l. 2.

Interno scere.] Pro, mendacem & verum amicū interno scere, Cicero dicit falsum a vero, per praepositionem, non per copulam, ut in dialogo de Amicitia: *secerni autè blandus amicus a vero, & interno sciam potest*. Præterea in *beatu*, intellige, divitis: ut loquutus est Saty. 6. l. 2.

Divites homines, an sint virtute beati.

pro divite & opulento, quod est Græcis etiam usitatum, sicut ibidem ostendimus.

Tu scia.] Tu maxime natu, si ve donaveris alicui Critico, si ve donare voles. munus, nolito illū praemonere de dono futuro ante auditionem tuorū versuū: secus improbandum probabit. Hoc valet plenum lætitiæ, id est, lætū & gaudentem fiducia promissi doni.

Super his.] Quod Græci dicunt, *πρὸς, ἢ ἐπὶ τούτοις*, adhuc vel præterea, ut admonui Saty. 6. lib. 2. Sed vide, Lector, nū *super* hic sumi possit, ut in illo Virgilij versu sub finem 25. 1. *Aenein. ἐπὶ τούτων, ex his, vel de his.*

Multa super Priamo rogans, super Hector multa fingit igitur assentator Criticus spe doni ingētē sibi gigni admirationem ex recitatione poematis: quod varietate affectuū & gestuū exprimere tentabit.

Stilla.] Lacrymas copiosè effundet vi lætitiæ expressas. *διὰ παντῆρον*, ex angulis oculorum, quibus non est habenda fides, nisi velis miserè falli. Dolo enim falsarum lacrymarum vaser ille Sinon Virgilianus perdidit Trojanos: ita hic assentator amicos. Hoc verbum *κοιτικῶς* inclinatur a stilla, & hoc a stiria, hoc deniq; *ἀπὸ τῆς σείρας*, ab eo, quod est tenue. Distingunt autem Grammatici guttam a stilla, quod hæc ita dicitur, dum cadit: illa dum stat, & pendet. Similis fortassis est differentia inter *τὴν σαρβῶνα, καὶ τὴν σαλίαν* idem sonantes.

Salut.] Exsultabit lætitiā propter elegantiam, & artificium tui poematis: in quo tamen nihil est hujusmodi.

Conduci.] Olim præfixæ mulieres, quas Græci *θελωνείας* vocant, mercede conducebantur ad mortuum cujus funus efferebatur, lugendum, & lacrymis decorandum, & hæc copiosius falsas profunde bant lacrymas, quàm qui verè, & ex animo lugebant, & lacrymabant. Sic Terentius loquitur: *utinam verè, & ex animo istud diceres*, quod Græcè dicitur, *ἐκ τῆς καρδίας, καὶ ἀληθῶς, καὶ κλαίοντι, καὶ δακρύουσι τὸν ἀποθάνοντα*, lugent, deplorant, & lacrymæ profertur *quæ aut verè, & ex animo mortuum.*

Propò.] I. fusus lacrymant, & magis ferè lugent, quàm qui gravem corde premunt dolorem.

Derisor.] Hoc usus est Sat. 6. lib. 1. *Ut semper eris derisor ad omnes.* & Epist. 12. lib. 1. *derisor tui lelii*. Ipsi autem primigenium *derideo* sic explicat Donatus Adelph. Act. 5. Sce. 3. ridet, inquit, qui simpliciter id facit: deridet autem, qui cum alterius irrisione, & contemptu ridet. Pro quo Cicero in Paradoxis usurpat, *veniānt igitur irrisores hujus sententiæ, & orat uno. σκώπτει καὶ γελάσῃ, ἢ ἐπιγελάοντες τὰ πρὸ λόγου, καὶ δὲ ἀνοσίῃ.*

Cullis.] De hac voce diximus Od. 31. l. ut de leni tormento vini, & de ratione explorandi amicos Od. 21. l. 3. Est autem, urgere cullis, aliquem vi poculorum, & largioris, meraciorisq; potionis elicere quicquid latet secreti abditum in mente bibentis. Gallicè, *contraindre a force de boire a faire quelque chose.*

Per spexisse.] I. eum vino student tentare, & obruere, cujus mores explore, & pernoscere velint. Longè fuit alia

alia ratio Physiognominibus, q̄ pernoscebāt, & explora-
bāt mores naturāque hominum ex corpore, oculis, vul-
tu, fronte, ut Cicero lib. de Fato ait, & lib. 5. Tusc. verbo
nostri Poetæ utitur: *Socrates dicitur, quum in conventu
vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusq̄, ex
forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa
in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate sub-
levatus est, quum illa sibi signa inesse, sed ratione a se dejecta
diceret.* Verbum perspicere plus est Grammaticis, quā in-
tueri, quo usus fuit Epodis 5.

Quid, ut noverca, me iniureris? quia hoc de manifestis, il-
lud de reconditiōibus dicitur: ubi opus est acie oculo-
rum perspicaci: quod apertè indicat locus Ciceronis E-
pist. 9. lib. 1. ad Famil. *hic mea vita cursus offendit eos for-
tasie, qui splendorem, & speciem huius vitæ intuemur, soli-
titudinem autem, & laborem perspicere non possunt.* Sed
quid obscurius hominis naturā, fictā sæpius, & simulatā,
quæ hic proponitur, cognoscendā? Hoc discrimen ob-
servatur in verbis Græcis ὄρα, καὶ θεωρεῖν Epistola 6. Iso-
cratis ad liberos Isaconis, οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἴκιστα τὸ πρὸς τὴν τι-
μωρίαν παροξύνειν ἡμᾶς, σκοποῦσι δὲ ἐξουσίας, καὶ τὰ κέρδη, καὶ τὰς
ἡδονὰς ὄρασι, καὶ τὰ τῶν ἀπολαύσεων προσδοκοῦσι. τὰς δὲ τὰς
χρᾶς, καὶ τὰς φέβους, καὶ τὰς συμφορὰς τὰς τοῖς ἀρχαῖοι συμπεριπέσους,
καὶ τοῖς εἰκοῖς αὐτῶν ἀθεοῦσιν. opinor multos vobis adesse, qui
non minimū vos evacuunt ad tyrannidem firmandā, qui
considerant quidam auctoritatem, & questum, & volupta-
tes intuentur: turbas, terrores, calamitates, in quas inci-
dunt tam principes, quā ipsorum amici, non perspiciunt,
id est, ut loquutus est Satyrā. 3. lib. 1. in illis non cernunt
acutum, καὶ οὐκ ἀντιλαμβάνονται, ut illic sumus interpretati.

Animi.] I. noli ignorare ingenium, & mores illius,
quem ad censuram tui poematis admittes, quæ omnia
sæpius involucris simulationum obteguntur. more vul-
pis astuta. Sic τὸ *animi* videtur explicandum, ut Græci
dicunt, ἡ γὰρ ἰσχυροῦ τινος, ἢ οὐκ ἰσχυροῦ, ἢ οὐκ. Qualia etiam
sunt hæc Theognidis:

Μή ποτ' ἐπαυέσσης, πρὶν εὐ εἶδης ἀνδρᾶ σφωῶς
ὄρα, καὶ ῥυθμὸν, καὶ πρῶτον, ἕστιν ἂν ἦ.

*Nunquam laudaveris quenquam, quin prius cer-
tè tenueris*

Natura m, ingenium, mores, quibus præditus sit.

Vulpis autem ingenium tum quotidianis periculis, tū
apologis Aesopicis nobis omnibus notius est, quā plē-
raque alia, quæ de ea scribi præterea possent.

Quintilio.] Adhuc docuit censuram, & iudicium af-
sentatoris de poemate vitandum: nunc contrā expeten-
dum & sequendum iudicium de eodem viri boni, & ve-
ri amici: qualis fuit Quintilius Varus, de quo fuit Ode 6.
& 18. lib. 1. & 24. ejusdem. Hic certè fuit exactissimus
poematum exploratur, & liberrimus castigator: qualè
Franciscus Luisinus mihi indicavit apud Plutarchum,
ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλέξανδρου τύχης, ἢ εὐετηῆς λόγῳ. οἱ δὲ ὡς πάλ-
λιν ἀνδιόουσι ὁ τὸν ποιητὴν φιλοξενεῖς τὰς λατομίας ἐμβαδῶν
ἐπὶ τραγῳδίᾳ αὐτῆς διαβῶσαι καὶ δειδῶσαι, εὐδὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἄλ-
λῶ μὲν τῆς κοροῖνιδος αὐτῶν περὶ ζεφειν. in posteriori ora-
tione de Alexandri fortuna aut virtute: qualis etiam erat
Dionysius, qui in latomias, carcerem, Philoxenum Poetā
conjecit, quod ipsius Tragediam emendare iussus, totam
jam indè a principio usq̄, ad finem oblitteravit.

Corrige.] Verba Quintilij ad Pisonem maximum, qui
sic agebat: Tu Piso maxime, age, corrige hoc, & hoc, id
est, hunc & illum locum tui poematis. De *sodes* dictum est
in Grammaticis Epist. 1. lib. 1.

Melius.] Est hica superior repetendum si tu negares
te bis, & ter frustra expertum correctionem, melius lo-
cos indicatos corrigere posse, Varus ἐκέλευε πάντῃ περὶ τὴν ὀ-
βελίσκειν τὰ ποιημένα, jubebat obliterare omnino tuos ver-
sus inconditos, & incomptos, & alios facere.

Malè ternatos.] Hoc Græcè dicitur, ἐπι κακῶς τὸς δὲ τὰ
nam Latini sunt mutuati τὸ *ternatus* a Græco τέρνω, & hoc
παρὰ τὸ τέρνω, a pertundendo & perforando.

Si defendere.] Quod si malluisses illos vitiosos, ut tole-
rabiles, tueri, quā emendare, talem admonitionem o-
mittebat, & te sinebat solum sine æmulatione cuiusquā
probare tuum studium, & poema. Non est hic intermis-
sio monitoris insimulanda nimis severitatis, sed Pisonis
indocilis pertinacia maxime reprehendenda, qui puta-
ret eò poema suum alijs iri probatum, quod sibi soli
laudabile visum fuisset; sed longè aliter secum debue-
rat cogitare, ea demum laudabilia duntaxat esse, quæ,
ab omnibus, aut certè a quamplurimis laudari solent
ex quo liquet inter omnes, poema illud incultum, &
inornatum esse, quod ab auctore solo amatur, & omni-
vi rivales alliciendi, & attrahendi in amorem sui vide-
tur carere. Sumere operam inanem dicitur a Terentio
per adverbium loco huius adjectivi, operam sumere fru-
stra, & a Cicerone, frustra suscipere laborem.

Bonus.] I. peritus, ac justus aestimator, & censor car-
minis.

Inertes.] Id est, virtute carentia tollet, id est, arte, ut
superiori Epist. dixit. Hic asyndeta sunt, quæ Cicero vo-
cat dissoluta, versus ad artem non factos vel potius sine
arte conditos damnabit: asperos malesque fonoros ac-
crescabit: nimis aspera sano lævigabit cultus: & ambitiosa
det: luxuriantia compescet: quæ Græcè dicuntur ἀσο-
μήματα, ἢ κατὰ ἰσομετρίαν ἀεὶ ἰσοῦσιν: inornatos atro notabit. Hæc
septem facti poematis vitia partim in methodum Diale-

30 *cticam*, partim in Rhetoricam eloquutionem concepta
sunt, & infusa: duo quidem, primum & postremum, in
priorem: quinque verò interjecta in posteriorem. Pro *al-*
lures Cicero dicit in orat. pro Cluentio, *interlinet testa-*
mentum, quod Græcè dicitur ἐξελίσειν, & ἀβελήσειν, ut Cic.

35 I. 9. Epist. ad Fam. 2. Alter Aristarchus hos ἀβελήζει, id est,
expungit, ac delet. Puto autem hunc esse Aristarchum,
de quo Plutar. in vita Homeri scribit, εἰς δὲ ἀπὸ ποιήσεως
αὐτοῦ, Ἰλιάς, καὶ Ὀδυσσεῖα διηρημένῃ ἐκατέρω τῶν γραμματικῶν
περὶ Ἀρίσταρχου. id est, sunt autem ipsius poemata duo, *Ilias*
& *Odyssa*, virūmq̄, ad numerū Græcarum literarū distin-

40 *ctum*, non quidem ab ipso Poeta, sed ab Aristarcho Gram-
matico illius et atis principe: qui jam è proprio nomine trā-
sierit in commune, ad exactissimum artis inquisitorem
significandū, ut præter locū superiorē tribuatur etiā Atti-

45 *colib.* 1. Epist. 9. & in orat. contra Pisonē, quem appellat
nō Aristarchum, sed Phalarim. Itē I. 3. ad fam. Appium.
Fuit alter Grammaticus nomine Aristophanes talis acri-
bastes scriptorū, de quibus Quintilianus: neque ego exi-
stimo esse Aristarchum, ὅς περὶ τὸν ἐν Ἐπίστω μόνον ἔρχεται εἰς
50 *ἑδίαν*, qui Ephesi singularem tenuit principatum, ut Sui-
das refert: neque etiam eum, quam Plutar. in libel.
περὶ φιλαδέλειας, scribit fuisse patrem Theodectis

Purum claris.] Antè dixit: *Proferet in lucem speciosas*
vocabula rerum. Ex hac autem verborum varietate ap-
paret accurata Poetæ scriptura.

Fiet Aristarchi.] Desiderari hinc videtur nota compara-
tionis, tanquam, velut.

Nuga.] Prætermisio officij in emendando poemate
affert Poetæ seriam existimationis iacturam, qui sic deri-
sus & deceptus fuit. Possent tamen τὸ *excipi sinistra*, expli-
cari etiam, malè & perversè tractari, Græcè σκαῖος ἔχοντα,
quemadmodum loquitur Tac. *utramq̄, eadē sinistra acci-
pi.* Prendre l'une et l'autre meurtre en mauvese part. Sic So-
phocles σκαῖον σῶμα, pro improbum & perversum os dicit
in Ajace, & Eustaht⁹ notat τὰ σκαῖα καὶ ἐπαεῖς ἐκ κοινῆς
65 *se dici*, τὰ μὲν αἰτια, δὲ ἐκ τῶν ἀγαθῶν. *sinistra* esse non *fausta*
es auspiciata: dextra autem fausta & bona.

Mala scabies.] Suidas defleat Græcā vocē ἰόρα, huiç
notionē

motione respondente... re, fricare, & sic atraque, & Græca & Latina significatu, & notione inter se consentit. Dicitur autem malam scabi-

Regium. De hoc sic Plin. l. 2. c. 44. Varro regium cognominatum morbum arquatam tradit, quoniam multo curetur: quod ita vertit Gallicus interpres, Varro dicit que les anciens appelloient la jaunisse mal de roi, ou maladie royale, pource qu'on en guerissoit avec vin misle. Eū autem Græci vocant, in τερδν, icterum a colore Galguli avis, cujus aspectu ictericus creditur sanari, & avis interire, quem morbum medici scribunt ortum ex obstructione fellis, vel ex intemperie sicca & calida totius corporis, ac præcipuè hepatis: de quo vide etiam Celsum l. 3. c. 24.

Fanaticus. Hanc vocem nonnulli scribunt per φ. tanquam από τῶν φανόν, ἢ τῶν φαντασμάτων, a spectris, & visis, quæ sæpè pervertunt mentem, & gignunt furorem: cuiusmodi species rerum fictarum objectæ oculis Orestis & Ajacis feruntur: quibus variè agitati in primum quidq; obvium sæviebant. Alij malunt a fano deducere: quod qui sunt ita affecti, in locis sacris furant maximè.

Iracunda. Quæ irata facit homines σελλωιάζειν, morbo comitiali agitari, & insanitè laborare, quos sic affectos Græci vocant, σελλωιάζειν, ἢ σελλωιακούς, ἢ σελλωιαστικούς, a luna periculosos, lymphaticos, lunatos. Hæc certè in eos obsecrè dicuntur, qui Poetam instinctu, & afflatu numinis, non doctrinâ, neq; exercitatione fieri existimabāt. Sed de Diana acipis viribus, & nominibus, lege Od. 22. l. 3.

Vesanium. Quem Græci dicunt τὸν μανώδη, ἢ τὸν πρῶτον φρονεῖ, & quem, quia mens est illi malè sana, sapietes fugiunt, & metuūt omnes. Imprudentes verò eundè agitat, & ludos faciunt. In quibusdā exemplaribus legitur, duobus sublimis.

Ructatur. Infami verbo turpitudine poematis notatur: quod ab aspera, & dura eloquutione fusam tam graviter offendit aures audientium, quàm ructus scærentis animæ nares. Potest tamen hoc epithetum referri ad opinionem mali Poetæ de falsâ suorum versuum sublimitate, aut ad excellentiam, & dignitatem argumenti, ex quo putat illos cōstare. Sed hæc amphibolia certè minuitur lectione sublimis, ut malus Poeta intelligatur de se ac de suo poemate magnificè sentire.

Errat. Id est, in mentis, & corporis errore versatur. Merulis quoque intētus, significat, totum esse in excipiendis dolo aviculis: & hoc studio suspicere cælum, & in foveam minimè provisâ decidere; nec ad ipsius lapsi quantumlibet clamantis, vocem quemquam accedere, nedūm accurrere, qui opem ferat: undè mihi magna est conjectura Poetam alludere ad talè casū Thaletis, cujus causâ derisus est, & reprehensus ab ancilla, quod, quum non cerneret posita sibi ante oculos, & pedes, quæteret stultè cognoscere astra tam longè a se remota: de quo vide Laert. in ipsius vita. Non aliter superbus, & arrogans Poeta proprio sensui nimis deditus, labitur in magnum dedecus, cujus labem postea nemo curat eluere quod illam sibi sciens & prudens asperserit. Idem dixit Epist. 17. l. 1. sub finem de Plano, id est, scurra, & impostore.

Nec semel irrisus irrisus attollere curat
Fracto crure Planū, licet illi plurima manet Lacrymā, &c.

Longum clamat. Ἀντιμείλια, est, qualis Græcis, μέγα βοῶ, & Homero: μακρὰ βοῶ, ingentem clamorem prodāt. Io hic vox dolentis, & auxilium petentis.

Empedocles. De hoc dictū est Epist. 12. vbi videas, nura sit annotatum Aristotelem negare in Poetica Empedoclem Poetam fuisse: quia quod scripsit de natura rerū versibus, non est, μίμησις, imitatio qualis est poetica, sed res ipsa ingenij facultate magis quàm artis, descripta. Ita Cic. v. detur de poemate Lucretij Epist. 10. lib. 2. ad Q. Frat. sensibile: Lucretij poemata, ut scribis, nota sunt multo luminibus ingenij: multi tamen artis: ubi ego suspicor negationem non expungendam, & poemata potius e Varone ac Charisio intelligenda de alijs ejusdem versibus, atq; de sex illis tritis hodie manibus hominum. Ibi Cic. videtur sic affirmare, in Lucretio plus ingenij, quàm artis fuisse: quod est verissimum de sex illis libris. Memorandum tamen est, quod illic est omissum de genere mortis. Laetantius lib. 3. de falsa sapientia cap. 12. sic ait: Empedocles se in ardentis Aetna specum intempesta nocte dejecit, ut quum repente non apparuisset, abuisse ad Deos crederetur. Quum autem varia sit historia de ipsius excessu apud Laertium; vetior tamen eadem apud Strabonem lib. 6. & Lucianum in dialogo Menippi, & Acaci. item Tertullianus in lib. ad Martyres in exemplum contemnendæ mortis profert Empedoclis mortem. Meminit quoque ejusdem Nazianzenus in carmine ad Nemesium:

Ἐμπεδοκλεις, σὲ μὲν αὐτὴν ἔτοσια φασίοντα,
καὶ βροτῶν Ἀιτνάσι πυρὸς κρητῆρες εἰδείξαν,
Σαυθάλ' ἀποβράσαντες ἐλαφροῦ νοσοθεῖο
Χάλκκα χαίρει βροτῶσιν ἐταροῦρα πάντ' ἔθηκ' αὖ,
Κύδεις ἱμῶροντα δι' ἀλκατ' ἀνομόροιο, id est.

O Empedocles, te statim vanis rebus elatus & mortalem esse se demonstrant ignis Aetnae concepteacula, postquàm fervendo exspuerunt aenea calceamenta insanientis Dei, id est, ignis, & te ludum fecerunt apud omnes homines, qui mansae gloriae percupidus miserè desilieris in flammam.

Est quoque Epigrammal. 3. Epig. non admodum huic dissimile, quod quia a Lambino est citatum, prætermittam. Hæc satis esse videntur ad ostendendum, malos, indociles, & superbos Poetas studio inanis gloriae, & arrogantiae faciliè perdi. Hic autem Philosophus dicitur frigidus habitare ratione intemperata bilis atra, quæ frigida est, & ut morbi melancholici, sic insanitæ causa: unde Aristoteles probl. 46. Sect. 11. sunt & qui frigidum in cerebro solidum arbitrentur, quia frigidus sanguine præditos desipere & timere, calido verò sapere & audere existiment, vnde Pindaro 9. dicitur ἀνδροδουμῶς, & Virg. Georg. 2.

Sin, hæc ne possim natura accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.

Contrà Lucanus lib. 2.

Fervidus hæc iterum circa præcordia sanguis
Incaluit. —

Sed de temperati, vel intemperati sanguinis affectionibus & actionibus, vide Arist. lib. 3. & 8. de partibus animalium, ac præterea Medicorum scripta. De Aetna monte repete notas in Oden. 4. l. 3.

Sit jus. Hic viderur ellipsis esse σιωδῆσιμ' συμπεροματικῆ. Insani igitur Poetæ ita sunt naturæ legibus comparati, ut invitis omnibus eant se perditum, nec ullum illis auxilium sit ferendum. Similis est sententia apud Senecam in Thebaide, qui cogit mori nolentem, in a quo est, qui que properantem impedit, id est, tam datur vitio conservare invitum, quàm illum occidere.

Idem occidenti. Syntaxis est planè Græca: pronomen enim αὐτῶς passim apud Græcos reperitur cum dandicatu. Thucydides, ὁ αὐτὸς ἐμὴ τῆ σε γλώσσῃ, sum ejusdem libri sententia, pro, tecum, Latine. Sic hoc loco τ' αὐτῶ ποιεῖ τῶν κτείνων.

Nec fiet homo. I. non respiscet, nec ad mentis sanitatem redibit. Insanus enim non videtur dicendus homo.

mo, quum formam hominis perdiderit, & ratione caruerit.

Et ponet.] Non desinet vesanâ illâ cogitatione & desiderio infamis mortis, omniumque sermone terendæ teneri. Quod autem ignominiosum sit, & furiosum se ipsum occidere, sive jugulatione, sive strangulatione, sive præcipitio, sive demerfione, sive denique veneficio, non est, qui ignoret, quum omnium animi solâ hujus facinoris auditiõe perturbentur terrore, & corpora horrore concitentur. Aristoteles lib. 5. Ethico. ad Nicom. addidit voluntariâ mortem in temp. peccati, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐκείνης τὴν ἐκ τῶν διαφθεσίμων, ὡς τὴν ἀπὸ τῆς ἀδικουμένης. id est, *suuritur ei nota infamia, qui seipsum occidit: quod civitati injuriam fecerit talis facti indignitate: & Cice. 6. de rep. in Deum. Quare est tibi, o Publi, & Pisonibus retinendus est animus in custodia corporis, nec injussu ejus, a quo ille vobis datus est, ex hominû vitâ migrandum est, ne munus humanum assignatum a Deo defugiss: videamini.*

In cineris.] Hoc in proverbium abiisse certum est de adversis casibus, qui cred: bantur olim in velti jure, & religione sepulcrotum violatâ, quæ magno fuerunt in pretio.

Bidental.] Jos. Scaliger castigat Festum in definienda hac voce, & pro templo reponit notionem magis communem e Glossario, τὸ πον κεραι νοπήζα, locum fulguritum & doctè confirmat etiam hominem dici bidental a Persio Sat. 2.

Triste jaces lucis evitandumq; bidental. id est, de cælo tactum, ad quod expiandum opus erat hostijs bidentibus, de quibus fuit Od. 24. l. 3. & arâ constructâ, & consecratione aruspici: siquidem loca illa fulgurita, id est, de cælo tacta, sacra erant, & bidentalia vocabantur. Quod si quis cæde contaminatus, vel incestu pollutus, ingrediebatur, furijs statim agebatur. Morem autem fulminis expiandi Juvenalis Sat. 6. notat:

Atq; aliquis senior, qui publica fulgura condit &c. Eundem quoq; Lucanus notavit: *Arvis dispersos fulminis ignes Colligit est mæsto terra cum fulgure condit, Datq; locis nomen: sacris tunc admovent aris Electâ cervice marem.*

Vide amplius de bidental, Agellium lib. 16. cap. 6. & Liliium Gregorium syntagmate 7.

Incestus.] Hic incestus ἐπιβίωτος sumendum videtur pro flagitioso homine, & inquinato scortatione, & stupro cum sorore, aut cû Vestali. Itaque, incestus moverit, valet flagitiosus ille polluerit, & concitaverit illum locû fulguritum, & jam consecratum in se ipsum, vndè postea fuit actus in furorem.

Clathros.] Hæc vox reperitur in utroq; genere masc. & neut. & deflectitur a Græca, κλειθρον, & hæc πνεύ τὸ κλειεῖν a claudendo, Itaque scribenda videtur per th. Gall. *sil peut rompre les barreaux & treillis de sacage* In ursu intellige inclusus: vndè, id est, ex hac custodia, & feritate bestiali translatio fit ad savitiam mulierum in amatores. Terent. Andr. Act. 2. Sc. 3. *ut ab illa excludar, hæc concludar*: apertius dicitur Act 5. Sc. 1. Phor. *conclusam hic habeo uxorem savam.*

Tenei occidit &c.] Hyperbolice hoc dicitur, pro nimis est molestus, obtunditq; auditorem immodicâ lectione.

Hirudo.] De hoc reptili aquatico vide Plin. l. 8. c. 10. cui ætate ipsius nomen sanguifuga ad ratione Græci sequentis impositû est ab effectu. Elephantu cruciatû in potu maximû sentiûi hausta hirudine, quâ sanguifugâ vulgò cepisse appellari adverte. Hæc ubi in ipso anime canali se fixit: intolerândo afficit dolori. Idè l. 32. c. 10. explicat verba sapietis Salomôis, proximè citâdi, præter hirudinê, cui due

sunt rami, id est, cui bifurca est lingua, quâ sanguine adhaerens, velut siphone, fugit. Plaut. in Epidico Act. 5. Sc. 2. *Jam ego me voram in hirudinem, atque horum exsugabo sanguinê.* Græci appellât βελιδίαν, ἢ τὸ βελιδίειν Atticû quod est ἀμύλγειν, ἢ ἐκμύζειν, emulgere & exsugere, vndè Theocr. Idyl. β. βελιδίαν πίνειν ἐκ χροῦς μέλαρ αἶμα, *hirudinem ebibere sanguinem atrum e corpore.* Septuaginta autem interpretes hac voce usi sunt cap. 30. Proverb. v. 15. pro Hebræa תרדמא, ubi sapiens ponit hoc reptile inter insatiabilia. Ajunt enim illam, si cruore plena deciderit è cute, & mox rursus eidê admota fuerit, detracturam, ut prius, sanguinê: nec Hæbræa vox ablu dit ab etymo utriusque, & Græcæ & Latine: inclinatur enim a radice βύγχασι. pervertit, obliquavit, & intorsit. ex hoc fortassis Græcæ voces ἐκχο, ἐκχοσ, ἐκχέω. i. extraho, hulo, exbulceo, ut etiâ Latinû Lacco, elicio nate sunt. sapiens illic nomine hujus bestiolenotat oppressores pauperû, qui obliquis illorû ac per versis artibus excutiuntur fortunis suis.

Explicatio Rhetorica.

Synecd. est generis pro speciali, tanquam diceretur, famineo capiti, ut illa post, *mulier formosa supernè,* indicant.

b Apostrophe est, quâ sermo avertitur a Pisonibus ad familiares & amicos talis pictoris, vna cum communicatione per negationem intelligenda: ubi etiam quidam agnoscût paronomasiam in vocibus *admissi & amici,* sed si litera C. i. *cappa* æqualiter ferret omnes vocales, aut, ut Quintilianus dicit, perferret vim suam æqualiter ad illas omnes, nulla soni similitudo referretur.

c Altera est synecd. etiam generis, pro de formi, & in condito poemate.

d Alleg. est ab animalibus monstrosis sumta ad carminis deformitatem indicandam, quod in singulis partibus sibi dispar, & dissimile, videtur, nedum in prima, & postrema.

e Procatalepsis est, vna cum Protopopœja cujusdam deformitatem talis poematis defendentis, ac tuentis. Quidam hic statuunt ἀνθοποροειν. sed quia hæc solet subijci interrogationi, non hic habet locum: pro qua simplicius, ac melius dicendum esset ἀποροειν, *objectionem.*

f Hic est illa anthyphora, id est, responsio & subjectio per concessionem objectionis: nam Horatius, depositâ personâ, respondet de ratione æqualitatis prudenter habenda κατὰ τὴν ἐπιπέδου, e similitudine soni in principio & medio.

g Anaph. est in earundem vocum repetitione initid sententiarum.

h Hæc quoque ἀλληροειν, e deformitate picturæ monstrosæ, ad asperam poematis discrepantiam transferenda sunt.

i Metaph. est, ac potius allegoria e multis metaphoris, a vestiarijs, qui pro decenti veste consuunt sæpè centones, vbi præcipuè datur exordio poematis rei inanimatæ sensus, & motus, pro ipsius auctore, qui gravia & magna initid pollicitus. tandem levia & indecora præstat. Quod si separatim consideres τὸ pannus purpureus, synecdochicè intellige de quo vis ornamento, ut verbû splendeat de quavis exornatione.

k Quidam putant hic synecdochen esse generis pro specie, ut nemus Aricie, & arâ intelligitur, quorum descriptionem repete ex Grammaticis Saty. 5. l. 1. Alij verò auctoritate Servij in hos versus 3, Georgicôn:

— Aut sicubi myrum
Ilicibus crebis sacra nemus accubat umbra,
freti affirmant, hic non esse tropum: quia ille interpretes annotat, vndè apparet quercum Jovis, & sacram umbram generâ

generalia esse, non specialia, epitheta. Nam, ut diximus, omnis quercus est Iovi consecrata, & lucus Dianæ: contra Plut. in Romaicis, si auctoritatibus est certandum, scribit, multos circa urbem lucos esse Diis consecratos: nō magni tamen intererit, utram in partem acceperis. Quin etiam hæc addubitatio non nihil juvare intelligentiam videtur. l Epithetum sumi debet *μετανομιῶς* pro eo, qui prænunciat pluvias.

m Videtur hic synecdoche esse speciei, pro quovis progymnasmate, & rudimento, ut attigimus in Dialecticis, discentium pingere, & tabulas delineare: qualia sunt initia poetarum, quos hic perstringit Horatius, ubi est altera ad eundem apostrophe.

n Meton. est materiæ, p effecta, & excusa inde pecunia.

o Hoc dicitur *μετανομιῶς*, pro, cujus hominis naufragi effigies pingitur, vel imago naufragii exprimitur in tabula: sicut fractis navibus synecdochicōs, pro singulari nave fracta.

p Alleg. est e metaphoris a figulis, quum propulcro, grandi, & excelso poemate promisso, redditur deforme, perexiguum & remissum. Quod si consideres separatim, alterum pro amplissimo quoq; vase, alterum pro minimo; invenies synecdochicōs dictum.

q Est quoq; hic synecdoche generis, pro singulari figuli rota: sunt enim varia ad varios usus, rotarum genera.

r Est hic velut *ἐμπρόσθεν*, acclamatio longæ narrationi prioris partis dissentientis subiecta.

f Misso rudi illo pictore, sartore, & figilo, redit ad Pisones, personas Epistolæ secundas: ubi pater & juvenes habent allegoriam e synecdochicis formatam, pro Pisones omnes. In maxima pars, vatum pater & juvenes: qui construunt sic hæc verba, ut sine interpunctione L. Piso dicatur pater vatum, inconsideratè faciunt; quum nomine Pisonum, ad quos se aggregat modestiæ gratiâ, peccata omnium vatum reprehendat.

t Meton. est causæ pro effecto poemate, & difficili intellectu: qualis est illa Cic. l. 2. de Divinat. *Nimis obscurus est Euphorion Poeta, at non Homerus*: id est, illius poemata nimis intellectu difficilia, sed hujus facilia.

u Metaph. est a corporibus, quæ dum cavamus multum lævigando, ne sentiantur nimis aspera, nimis illa reddimus tenera, & mollia.

x Est quoque allegoria, & fortassis a percussis metu tempestatis, qui, ne illius turbine offendantur, se humi prosternere solent.

y Synecd. est duplex speciei, pro qualibet realieno loco collocata: ac præterea continua metaphora a pictura, ad poema ex alienis argumentis, nec propositæ quæstioni congruentibus conditum.

z Alia est synecd. sed generis, pro gladiatorio ludo, quemadmodum loquitur Suet. in Jul. Cæs. *Tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebant*: Similis fuit ludus C. Aurelii Scauri l. 2. c. 3. Valer. Max. Fuit etiam ludus venatorius apud Ulp. l. 8. de pecnis: quem licet etiam appellare ludum bestiarium, vel *θηρομαχίαν*, de qua Seneca Epist. 71. sub finem. Fuit postremo hujus generis ludus magnus, & matutinus.

aa In unguis & capillos est metonymia subiecti pro adjuncta similitudine & representatione unguium & capillorum.

bb Synecd. generis pro pingere: sed in hunc est metonymia subiecti pro adjuncta tali similitudine & imagine.

cc Apostrophe est ad universos scriptores quarumlibet rerum, non solum appellatio Pisonum. Est præterea totum hoc a gerulis sumtum, qui gestanda prius librant, quam suis humeris imponenda sinant, ne, quod usu venit cuidam caloni, ut est in fabulis, non sine risu spectan-

tium audiant. Siquidem quum ei fuisset liberum sarcinæ sibi tantum, quantum liberet, sumere perferendum ille inopiâ judicii deterritus mole straminei fascis, maluit arcam plumbo gravem humeris imponere suis, quam fascem straminis, res non libramento, sed solo magnitudinis aspectu non rectè ponderans & examinans. dd Continuata metaph. est a corporibus bajulorū, ad animū viresq; ingenii, quo multa volumus & ppendimus.

ee Metaph. est a planetis ad virtutem rectæ methodi declarandam: quæ rebus lumen non secus affert, atque illi corporibus inferioris habitationis. Possit etiam esse metonymia effecti pro efficiente poema luminosum & illustre, id est, intellectu per facile.

ff Metaph. est a præditis ratione ad ejusdem expertia. Sic Plaut. in Mil. dicit *virtutem mercis* pro excellentia & magno pretio. Geminatur a Cicerone in eam notionem, vis & virtus dicendi: quo tropi genere vox Græca ἀρετή capitur etiam ab Arist. in Poetica: *ἀρετῆς δ' ἀρετῆ, οὐκ ἔστι καὶ τὰ κενὴν εἶναι*, Virtus autem loquutionis, id est, vis, laus & bonitas est, ut perspicua sit loquutio, non humilis, nec obscura.

gg Meton. est causæ, pro gratiâ & suavitate, elegantia & lepore, cujus parens credita est Venus, quod ita esse Cicerol. de nat. Deor. testis est: *quæ autem Dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominarunt, atq; ex ea potius venustas, quam Venus ex venustate.*

hh Anaph. est item *πολύπρωτον* in dicat & dici: præterea in dicat, differat, omittat similis sonus auditur ad clausulas trium colorum *διὰ τῆς ἐμπρόσθεν*.

ii Altera est anaphora.

kk Metaph. est ab agricolis, qui propriè dicuntur arbores & fruges serere, pro verbis in vulgus proferendis & differendum aptis, vel in utum transferendis: sic bella, lites, discordias, negotia serere, pro, movere & concitare dicitur eleganter & ornatè.

ll Meton. est effecti pro effectore prudente talis conjunctionis.

mm Synecd. est speciei pro vetustissimis quibusque Romanis.

nn Metaph. est ab aquis perennibus, ad inexhaustum linguæ Græcæ copiam indicandam.

oo Alleg. est e perpetuis synecdochis, pro, Romani æqualem debent permittere potestatem novandi verba viventibus Poetis, atque illa jam diu fato defunctis permixta est olim.

pp *Lingua Catonis & Enni scriptum*, pro, scripta priorum auctorum allegoria est causarum pro effectis.

qq Epistrophe duorum verborum similiter in clausulis incisorum sonantium.

rr Polyptoton est, ac præterea, allegoria e metaphoris a monetariis, & signatoribus pecuniæ, quibus semper licuit per magistratum novos nummos aliis atque aliis imaginibus notatos excudere. Fabius Quintilianus lib. 1. *scribit utendum planè sermone, ut numo, cui publica forma est, & alibi: utendum verbis, ut numis publicâ notâ signatis*: sic Aristoph. in Pluto translata vocat hominem pessimæ notæ, *ἀνδρὰ κακίστη νόμισμα*, a nummis subæratæ & adulterinis, hominem pessimi nominis. Synesius sic Epistol. 32. scribit, *τίνας εἶναι τῆς τῆ νόμισμα*, Gallicè. *quels en avoit d'autres de ce mesme coin*, de quo tropo repete notas in Od. 3. l. 2. semper licebit verba novare, ut monetam formâ novâ permiscâ.

ss Itaque satius erit legere hic, *procudere*, quam *producere*, ad perpetuitatem metaphoræ, ut doctè Franciscus Lufinus annotavit ex exemplari manuscripto Lazari Bonamici. Hoc autem *ἐπιπροσηματικῶς* videtur pronuncianum & notandum. Non dissimili allegoriâ utitur Juvenalis Satyrâ 7. ad versus

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nihil expositum soleat deducere, et qui
Committi feriat carmen triviale moneat.

pro, nota communi & stylo vulgari faciat carmen. Non
dissimili quoque Apulejus in prima Apolog. ea tamen
nomina labore meo & studio ita de Græcis provenere, ut et-
iam Latinam moneta percussa sint, id est, nota & Latino ser-
mone.

ss Meton. est subjecti, pro mari, possessione Neptuno
adjuncto, & hoc rursus pro Julio portu: neque ego hic
assentior his, qui scribunt genus esse translationis, cujus
modi sunt Ciceroni 3. de Orat. Ceres pro frugibus, Liber
pro vino: ubi ego quidem agnosco metonymiam causam
rum pro effectis rebus & ab utroque inventis: sed hic ne-
mo dixerit Neptunum esse auctorem maris, sed possessio-
nem: cui contigit imperium in mare ex successione pa-
tris, ut Jovi in cælum, pro quo dictum est Od. 1. l. 1. sub fo-
ve frigido, ubi distinximus hos tropos, Simili tropo Persius
utitur Sat. 1. ad versum:

Et qui cæruleum dirimebat Nereus delphin, id est del-
phinus fecabat mare, in quod Nereus Deus marinus im-
perium habebat.

tt Synecd. est generis pro Julio Cæsare: alii tamen de
regibus Ægypti interpretantur, quod C. Julius Cæsar &
Augustus ab appellatione regia semper abhorruerint, &
ille oblatum sibi diadema a M. Antonio Luperco abjece-
rit Phil. 2. & salutatus nomine regis, sibi nomen Cæsaris
esse iracundè responderit.

uu Alia est synecd. generis pro speciali pallade Ponti-
na quæ duo amnes, Ausidus & Ufens, faciebant, & quam
ferunt a Cethego exficcatam, & postea vomere proficis-
sam: undè tamen frumentaria facta est.

xx Meton. est subjecti pro civibus & incolis Ur-
bium.

yy Hoc etiam *τροπικῶν* dictum putat a præditis ratione
ad ejusdem expertia, ut hic ad fluvium rectius & commo-
diùs fluere solitum & assuefactum. Ita Cicero lib. 2. de
natu. Deorum dicit *eruditum pulverem* pro abaco Geo-
metratura.

zz Alleg. e metaphoris ab animatis ad inanima, ad o-
stendendam verborum caducam elegantiam.

* *Πολυήγοτος*, si utin quæ, & in quæm.

*a Hoc *μετανομιῶν* sumendum est pro his, qui dele-
ctum habent verborum.

*b Fuit similistropus Od. 1. l. 2. *Veterumq; norma* & Sat.
3. l. 1. *ad si regula*, &c. Sic etiam transferuntur conjuncta
Græca *ῥυθμὸν ἢ ῥυθμῶν, ῥυθμὸν ἢ ῥυθμῶν* regula & norma,
regula, & *ῥυθμῶν* pro artium præceptis ac institutis, aliis-
que morum documentis.

*c Meton. est effecti pro afficiente tristitia homines.

*d Metaph. est a Mathematicis, ut metrum, simul &
synecdoche generis, pro specie carminis e certa pedum
quantitate constantis.

*e Contrarius est modus ejusdem tropi pro docuit.

*f Meton est causæ pro factis ab ipso versibus, ad quo-
rum exemplar scribenda sunt memorabilia principum,
regum, & imperatorum facta.

*g Synecdochica est periphrasis Elegiacorum carmi-
nū: qualis videtur esse in *voti sententia compos*, pro rebus
latis & secundis.

*h Meton. adjuncti pro rebus, de quibus funduntur
querelæ.

*i Alleg. est a præliaturis, qui se muniunt armis ad-
versus hostes, pro Archilochus usus est, tanquam armatu-
ra, versu jambico Hipponacteō & Alcaico ad convicia &
maledicta contra socerum suum.

*k Synecd. membri pro integro versu jambico.

*l Altera est alleg. e metonymiis adjunctorū pro sub-

jectis Tragediis & Comædiis, in quibus ægendis ætates
induebantur soccis & cothurnis: quarum fabularum dia-
logis, & diverbis hic verus est, qui ex uno pede *κουεδοχι-
ας* hic intelligitur, valde accommodatus.

*m Metaph. ab animatis ad inanima.

*n Quidam patant synecdochen generis hic esse, pro,
quæ præles putatur veritum Lyricorum. Possit etiam ef-
se alter modus ejusdem tropi, singula is pro plurali. Mu-
sa: uterque enim modus loquendi apud Græcos & Lati-
nos: apud Homerum *ἑνὴν Μῆσαν*, & apud eundem *ἑνὴν
Μῆσαν*, reperitur, & Virgilium, *Musa mihi causas memo-
ra*, &, *Di, quibus imperium est animarum*.

*o Meton. est adjunctorum pro versibus Lyricis, qui fi-
dibus canuntur.

*p Alleg. est e metonymiis efficientium, pro rebus a
Diis, heroibus, Olympicis victoribus, juvenibus & com-
potatoribus, gestis, quæ sunt Lyricorum argumenta.

*q In equum est metonymia subjecti pro adjuncto e-
quite, ut in *currus juvenum* synecdoche generis pro amori-
bus juvenum.

*r Meton. est primum effectorum pro, liberos potores
& convivas reddentibus: deinde synecdochica periphras-
is τὸ συμποσίον.

*s Translatio est a pictoribus, qui gratiam & venustas-
tem operibus afferunt suis varietate colorum ad Poetas
Sic loquitur Ode 2. l. 2. *nallus argento color est*, &c.

*t Anaph. est initii periodorum.

*u *Τὸ σωτήριον* videtur *σωεδοχίαν* sumendum, ut spe-
cies sit pro genere, dicor vel cognominor Poeta, sicut τὸ
ἰνδιγνῆται translata a præditis ratione, qui meritis suc-
censent indignè fortunatis, ut 4. Epodis explicata est vis
hujus verbi.

*x Meton. est subjecti, pro, Tragedia recusat, ut rem
indignam, a vilibus, privatis & humilibus personis, quæ
Comædiam decent, tractari.

*y Meton. est adjuncti, pro, Comica personæ mota
Tragicarum exclamant & affectibus eorum exprimunt:
quem tropum satis indicat 2. versus:

Et Tragicus plerumq; dolet sermone pedestri:

Ubi translata dicit *sermone pedestri* a viatoribus pro hu-
mili & vulgari, qualis est sermo Comicus, qui nescit sub-
limis equitare. Hoc etiam præ se fert *ἄσκατον ἢ ἴππον* quan-
dam ad emolliendam superioris præcepti severitatem.

Vide, numeretiam in *ore tumido* agnosci possit synecdoche
partis pro vultu toto perturbatione aliqua concitato,
quomodo dixit Cicetopro Quintio, *Quum cupidius in-
staret homini, pro amicitia familiaris dixi, mihi videri
ore durissimo esse, qui presente eo gestum agere conaretur.*
Hic *ἄσκατον* pro vultu impudentissimo ponitur.

Sic Terentiosos durum, os impudens, quibus Donatus
opponit mollis frontis homines, qui sunt, reverentes: sed
meo iudicio metonymia est causæ instrumentalis pro a-
superiori oratione graviori; colloquio.

*z Metonymiæ sunt subjectorum pro adjunctis Tra-
gædiis de utroque ubi inducitur uterque rebus adversis
prellus loqui summissè non magnificè & turgidè, sed in
ampullas & *sesquipedalia* allegoria est a tumore vaporū &
crassitie liquorum ad Dithyrambicos Poetas notandos,
qui longis verbis & versibus tumidis utebantur: quæ a
Græcis etiam translata dicuntur *ἰσχυρῶν φλεγμαίνοντα*.

a* Particula *εἰ* quater iteratur initio membrorum per
epanaphoram.

b* Synecdochicòs pro, movisse & concitasse.

c* Metaph. est a proportione decentique colore cor-
porum ad carminis præstantiam indicandam.

d* Epitrophe est in similitudine ejusdem soni ad clau-
sulas utriusque membri: ad cuius formam Cicero de Le-
gibus pronunciat leges.

e* Hæc

e* Hac sententia similiter initio ac medio sonat per Epanodon. In *incidentibus ardent* paronomasia quaedam est.

f* *Sumtum* est a corpus vulnerantibus pro, animum meum afficiet & commovebunt.

g* *Apostrophe* est a Pifone ad histriones, qui personas Telephi & Pelei sustinerent in actione fabulae.

h* *Symploce* est vocum initio ac clausulis sententiarum similem sonum edentium, ac praeterea sunt haec verba specialis *synecdochicos* pro, molestia & tedium mihi exhibebitur, vel, pro nihilo putabo.

i* *Meton.* est effectorum pro efficientibus dolorem actione, quasi morfu: est praeterea in his epithetis mira similis soni varietas.

k* *Sumtum* est a fidibus & chordis insuavem sonum reddentibus, pro verbis a personae casu alienis & discrepantibus. Praeterea similiter sonant in clausulis *lingua & dicta* per Epitrophen.

l* In *tollent cachinum* potest agnosci species *synecdochicos* pro, iridebunt & aspernabuntur.

m* *Synecd.* speciei pro altissimo quoque; infimae sortis homine, ut jam attigimus in Grammaticis.

n* *Meton.* est adjunctae aetatis pro homine juvene metaphoris notis mista.

o* Est *synecd.* periphraetica olitoris vel agricolae.

p* *Synecd.* quoque; est, sed speciei, pro quavis persona diversae regionis.

q* Altera est *symploce* similis soni in principiis & clausulis sententiarum.

r* *Periphrasis* Homericae Iliadis: unde potest depromi argumentum novae tragediae. *eis ta drama ta*, id est in actus tragicos & in proscenium & theatrum.

s* *Vilem* dicit *metonymicos*, quod vilem & illaudatum reddat imitatorum, qui timet exspatiari extra terminos imitabilis poematis, ut est circumscriptum.

t* In *orbem* video Allegoriam esse sed unde sumta sit proprie, non possum certo judicare. Fortassis a currentibus in circulum & spiram, unde non est facilis recessus, non secus atque e Labyrintho, ut opus videatur esse ad exitum filo Ariadnes. Quod autem quidam putent *sumtum* a Mathematicis, qui figuram sphaericam omnium perfectissimam existimant, sicut Aristoteles in Mechanicis illam appellat *miraculum miraculorum*: unde *κύκλω διδάσκων καὶ κύκλω θεωρούντων*, est ita docere & curare ut nihil in utroque desideretur, id ab hac translatione multiplici rejicit epithetum *vilem* ad alteram a re nimis per-vulgata & circumagitata: fortassis tamen intelligitur ex orbe vili certum exercitationis genus, ut modò dixi, quo currentes se in orbem & circulum agunt, & tandem in arcum deveniunt, unde non possunt se facile extricare *οἱ πολλοὶ ἐν κύκλῳ περιπατοῦντες ποιοῦσάντων, ὅτι μάλιστα ἐν κύκλῳ fecerunt conversiones*: quale contingit digressiones confectantibus Poetis: neque hoc, ut ingenuè fatear, omnino mihi satisfacit: quod tamen spero tandem clarius, industria & studio acriori fore. Interea, Lector, praesentis explicatu, quamquam obscuro ac difficili, fruèris. a tempore prioris editionis incidi in quosdam, qui *vilem orbem* interpretarentur, *τὸν δῆμον κύκλω περιπατοῦντα καὶ τὸν πολλῶν σύλλογον εἰς τὸ ἀκίβητον ἴ. coronam populi circumstantem* & *magnam vulgi coetum ad fabulam audiendam*: sed quia idem declarant *τὸ patulum*, per manifestum & omnium memoriâ retentum, videntur idem, quod nos jam in Grammaticis attigimus, nec simpliciter circulum vulgi significare, est autem sensus hujus locus satis apertus e Sectione 37. Dialecticorum.

u* *Polyptoton* est.

x* *Alleg.* est e metaphoris a re militari, ubi pugnantibus incautè in angustias compelluntur, unde non patet reditus ad salutem.

y* Ex hac *synecd.* generis opinor certum quendam Epicum Poetam fastuosum & triviale notari, cujus nomini proprio hic parcitur, & nonnulli Antimachum esse suspicantur: sed huic suspicioni Platonis & Ciceronis auctoritas in Grammaticis repugnavit, ad exordium rectè Poemati futuro inducendum ac moderandum: similis est tropus in magnifico promissore.

z* Inducitur hic *Cyclicus* turgidè opus exordiens per *protopopœiam*: quem Poeta irridet *διὰ τὴν ἀποείας*, per ad-dubitationem quum dicit, *Quid dignum tanto, etc.*

† *Meton.* est adjuncti pro versu subjecto, qui ore patulo & maximè aperto pronuntiandus est propter vocales, a, o, e, & consonantes plenioris soni, e quibus praecipue ille constat, & propter sententiosam illius intelligentiam. Hunc autem *malotropum*, quam metaphoram a gravitate anhelitus aut a vasto montis hiatu.

† a *Protopopœia* Homeri atque periphraes sunt *synecdochicae* ejusdem & *Odyssæ*, qui moderato & æquabili exordio usus est: & in *molitur* est metaphoram ab exstructionibus operosis aedificiorum.

† b *Alleg.* est e continuatis metaphoris a corporibus & lignis, quae facile quidem flammam concipiunt, & flagrant, sed parte illorum aeriâ igne consumtâ, & terrâ solum relicta, nigrescunt, & fumant. Idem accidit Poetae splendidam operis propositionem jactanti, quam mox splendore illius per omnes partes obsolescente consequitur ridicula obscuritas. Est praeterea in *fumum & fumo* *polyptoton*.

† c Non videbitur profus alienum a proposito, si hoc epithetum *ironicos* explicetur, & contraria intelligantur *θαύματα*, immanissima & foedissima, quamquam alii repugnent & in *miracula* malint agnoscere *synecdochen* speciei pro quavis re pulcherrima & admiratione dignissima: in quibus, tanquam in narrationibus claris & illustribus, inest vis quaedam homines afficiendi.

† d Videtur hoc sumtum a textoribus, qui dicuntur telâ ordiri, quum illam texere incipiunt, unde Festus dicit, *togas orditas*.

† e In *ovo gemino* est *metonymia* causa pro effecto gemino foetu Helena & Polluce.

† f *Tractata nescere* sumtum est a metallis, quae usu tractata splendescunt, nec rubiginem contrahunt.

† g *Polyptoton* est in eadè voce variè flexa, & simul climax & gradatio quaedam: qui autè in *Tu, quid ego, etc.* *apostrophen* constituunt, non meminerunt, initium sermonis fuisse institutum cum Pisonibus ad vers.

Credite Pifones, &c. quos interdum hic sigillatim appellat: propterea non est aversio sermonis ad alium.

† h *Meton.* est signi, pro fine ludorum pro amotione aulæ ortu significato, & in *Plausoris* *synecdoche* est speciei, pro spectatore ludos probante ut in *Cantor*, sed generis pro mimo, histrione vel actore dimittente concionem.

† i *Meton.* est adjuncti pro, cujusque personae & hominis inducendi mores sunt notandi.

† k *Synecd.* est generis, pro Pædagogo & Præceptore, ut pro carceris præfecto dicit Epist. 61. *sub sevo custode te tenebo*, quem Graeci τὸν ἐπὶ τῶν δέσμων ἢ δεσμοφύλακα dicunt.

† l Nota est metaph. a ceroplastis, qui e cera sequaci ducunt, quascunq; volunt, imagines, *ὡπὶ ἐπιπρωῆς ἢ ἐπικλί- νης εἰς κακίαν, pronus & propensus ad vitium.*

† m *Periphrasis* est *synecdochica* mediae & constantis aetatis.

† n *Anaph.* est, earundem vocum & soni ejusdem initio & sine sententiarum repetitio.

† o *Meton.* est subjecti pro ipsius aetate tenera.

† p Cenfor potest *synecdochicos* hic sumi, ut e magistro & rectore motum civium quilibet virorum corrector, & emendator, & castigator intelligatur.

† q In *multa* geminata est anaphora, ejusdem vocis iteratio initio sententiarum.

† r Eadem vox, idemq; sonus incipit membrum utrumque per anaphoram. In *agitur* & *acta* polyptoton est.

† s Sumtum a canibus vel a crabronibus, pro excitant & movent minus, & in *quis, qua* anaphora.

† t Epanorthosis & correctio dicti prioris.

† u Meton. est causa pro effectu aspectu, a quo removenda sunt fecidissima & tæterrima quæq; facinora, quæ vix possunt aures ferre audita.

† x Alius meton. modus, quo ponitur adjunctum pro facundo histrione & nuncio.

† Alleg. est cum anaphora e continuatione quattuor metonymiarum, ubi Medea, Atreus, Cadmus, Progne sumuntur pro adjunctis personis & histriionibus, qui duorum primorum crudelitatem & reliquorum totidem turpissimam metamorphosin exprimant.

† z *Neve* & *neu* anaphoricis iterantur.

a† Meton. est effecti pro efficientibus, ut auctores non sæpius quam qui iniquies, peragere fabulae partes videantur, & hoc quintuplici intervallo terminetur.

b† Hic similiter immutatur *Deus*, ut supra *Medea* & *ti* es alii, nisi quod simpliciter sumitur p persona imitante Deum aliquem in scena.

c† Metaph. est ab arctissimis vinculis ad significandam alicujus rei difficultatem summam, in quam qui incurret, non inde, nisi ope divinâ, se potest expedire. ita dixit Ode 2. lib. 3.

Segnesq; nodum solve Gratie.

Præterea simili tropo usus est Cælius ad Ciceronem Epist. 11. lib. ad Fam. *loci dæramus in difficilem nodum*: quem qui potest solvere dicitur enodare: quod verbum non, nisi raro, proprie, sed sæpius translate usurpatur pro explicare.

d† Synecd. est generis p specie. Qui verò retinere volunt *scenarum* explicant, chorus defendat partes actoris: ad dentes, unius, ut sensus sit: chorus munus unius tantum personæ exsequatur: vel, unicam solum personam sustineat, quamvis e pluribus constet. Utraque & lectio & interpretatio potest tolerari, & utraq; refellit tertia, quæ docet a choro personam histrionis sustinendam. Quod si *auctoris* legatur, tunc dicitur chorus agere & partes suas actoris & prædicatoris, id est, Poetæ: quomodo sæpè geminat Cicero tuasor & auctor deditiois, quæ interpretatio valde congruit cum sequentibus chori factis, & eadem synecdoche retinebitur.

e† Meton. materiæ pro convivio inde instructo.

f† Epanaph. est in repetitione ejusdem vocis initiis quattuor membrorum.

g† Meton. est effecti pro justitia, quæ rectè administrata utilitatem & salutem civibus afferat. Eodem tropi genere Cicero pro domo sua dicit, *sententiam Resp. salubrem & consilium salutare*.

h† Synecd. est periphrastica pacis, cujus tempore portæ urbium semper patent, hostium metu adempto.

i† Meton. causa, e superstitione Ethnicorum, pro, Dii rogentur ad prosperos rerum successus miseris dandos, & ad verlos superbis.

k† In *amula* est metaph. ab animatis ad inanima.

l† Metaph. est, quæ tribuitur actus & motus rei inanimatæ: alibi est a nautis vento secundo utentibus ad prospere navigandum, qualem usurpavit Ovid l. 1. Metam. initio: *Di captis aspirate meis*.

m† In *sedilia* est meton. subjecti, pro, aures spectatorum confidentium complere sonis. Item *extendere agros* synecdochen habet speciei pro, amplificare potentiam.

n† Alleg. e synecdochis, pro Romanis victoribus & Roma, qualis est in his: *indoctus, rusticus, urbanus, honestus, acturpis*, pro imperitis hominibus & abjectis, item pro

doctis & nobilibus viris: sic *tibicen* synecdochicis dicitur protibicines.

o† *Genus* dicitur metonymicis pro natura cujusq;. In *sic sic* est anaphora.

p† Meton. est adjuncti pro eloquente & disertio Poeta.

q† Synecd. est generis pro vaticinatione & oraculo Delphico.

r† Meton. est subjecti, pro responsis & oraculis Apollinis quæ per sortes etiam Delphis edebantur.

s† Synecdochica est periphrasis Tragediæ auctoris, quisquis fuerit.

t† Meton. est subjecti pro imaginibus ac personis Satyrorum.

u† Hæc duo membra similiter definiunt per epistrophe.

x† Epanaph. est e triplici repetitione ejusdem vocis ad initia membrorum.

y† Eadem vox bis iteratur circa principia sententiarum per anaphoram, ubi *Deus* & *heros* ponuntur per metonymiam subjectorum pro personis illos referentibus: ex qua tropi geminatione potest constitui allegoria: qualis videtur agnoscenda in *auris* & *ostro* ex metonymia duplicis materiæ pro effectis inde vestibus aureis & purpureis.

z† Alleg. est e metaphoris ab inquilinis & domicilia conducentibus, conventiculisque vulgaribus, quæ significat illustribus Tragediæ personis, neque sermonis sublimitatem, neque personæ gravitatem propter inductionem Satyrorum esse immutandam.

* Alia est metaphorarum congeminatione ab avibus, quæ modò terris ad volare, modò in cælesti locum subvolare videntur, ad inconstantiam personatum Satyricarum notandam, quæ modum servare nequeunt.

* a Metaph. est simplex, ut e Donato in Grammat. jam notatum est, a vase basis angustæ & oris lati, ideoque ad effusionem expediti, quæ indicatur inepta & inconsiderata carminis levibstantum jambis conditi editio.

* b Videtur meton. esse effecti pro effectuore Tragico.

* c In *movens* est synecd. generis pro *altare*.

* d Sumtum est a justis rerum dominis & possessoribus, qui e possessione non deiciuntur, ut aliud transmigrant, ad demonstrandam verborum propriam & nativam notionem, minimeq; translationem.

* e Sumtum est, a pictoribus ad translationem verborum & orationis elegantiam arguendam. unde sententia est: non sic curabo distare a stylo Tragico quin a Comico etiam non differam: ut ab utroq; stylus Satyricus videatur discrepare.

* f Metaph. est a mucosis naribus paulò aliter immutata & aliò translata, atq; fuit Sat. 4. l. 1. in *Lucillus emunctæ naris*. Hic enim significat Simonem per fallaciam ingenti pecuniâ spoliatum: quem admodum Geta Phot. 4. Scen. 4. jactat se emonxisse senes argento.

* g Synecd. est generis pro prædago Dionysii, ut supra, qualis est in *Dei* pro Baccho.

* h Idem sonus locis mistus per epanodum auditur. Præterea anaphora est in *tantum*, atq; adeò est *ditiosè* & *em-poribus*, indicium rei perdifficilis & arduæ.

* i *Tivis* & *forensis* metonymicis dicuntur: prius pro locis orationibus: posterius pro hominibus præditis honestate morum.

* k Metaph. est ab innata juvenibus confidentia & licentia, quidvis inconsideratè agendi ad Faunos in fabulis Satyricis ab insolentia hujusmodi revocandos.

* l In *auri* iterato in principio est anaphora.

* m In *crepant* quidam agnoscunt synecdochen generis *precurant*, ubi equidè mallem metaphoram, quæ enodavi in khet. Odes 18. l. 1. ut jam Grammatica præmonuerunt.

* n Alleg.

*n Alleg. est e metonymiis adjunctorum pro subje-
ctis civibus ordinis equestris, patrici & divitis.

*o Synecdochica est periphrasis pauperum, quibus est
tenuis fortuna.

*p Datur rei inanimæ sensus & intellectus per meta-
phoram continuatam, ut sit allegoria usq; ad verba: in sce-
nam, dum jambico vis jubendi & reddendi, ventendi, re-
cipiendi, cedendi & comparandi tribuitur, præter nomen
ipsius ab animalibus sumtum.

*q Meton. est efficientis pro effecto sono ab iceto aere
voce animalis, ut fenos ictus reddere sit sex mensuras so-
norum referre. Ita enim Plutarchus definit vocē in quæ-
stionibus Platonicis: ἐστὶν ἢ φωνὴ ἀληθὴν ἢ ἀδύνατον δι' ὠτῶν
ἢ π' ἀεὶ ὡς ἐστὶ ἰκτὺς τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὰς ἀφ' αὐτοῦ ἀεὶ
pulsatus: πῶς τῆς γὰρ πῆλκῆς ὁ ἀεὶ ὑπὸ τῶν κινήσεων, (hic
puto reponendum κινήσεων) ἀν' αὐτὴν ἢ σφάλλον, ὁ δὲ αὐτὸς
ἀεὶ μὲν ἢ μαλακώτερον. Aer enim verberatus a removente ver-
berat aliquid: si res movens verberet vehementer aërem, so-
nus editur acutus: si obtuse, languidior refertur.

*r Continuatur illa metonymia, undè intelligimus
versus jambici spondeis onusti sonum & pronunciationem
audiri rardius.

*s Sumtum esse videtur quibusdam ab Arithmetiis,
qui inaribus impares numeros, ac sceminis pares tribue-
runt, aut potius a consuetudine heredum & successorum,
quod equidem malim.

*t Synecd. est generis pro Poetica.

*u Procatalepsis est, quæ mali Poetæ objectio & excu-
satio refutatur, ac ejusdem objicientis profopopœia bre-
vis ac imperfecta.

*x In vos exemp. non est, sicut jam præmonui, apostro-
phe ad Pisones, ad quos jam indè ab initio directus fuit
hic sermo.

*y Symploce est initio, medio, & clausulâ similiter so-
nantibus.

†z Procatalepsis est altera ac brevis profopopœia.

a* Epanorthosis est, antè dictæ patientiæ & negligentię
correctio, cujus loco reponit ironicâ præteritione teme-
ritatem & inopiam judicii, ut culpam priori graviozem.

b* Similis fuit tropus Ode 9 l. 4 in calle pauperem pa-
ti, pro, certò scit & compertam habet tolerantiã pauper-
tatis. Sic Terentius Act. 1. Sc. 1. ego illius sensum pulchrè cal-
le, id est, scio, & probè novi, inquit Nonius. Hunc autem
tropum Sipontinus sic interpretatur: sicut pes ex longo
via labore callû facit: ita mens longâ experienciã facit ha-
bitum quendam rerum, in quibus versatur.

c* Meton. est causâ pro effecta Tragedia a Camœnis
& Musis ipsius auctoribus.

d* In ora est synecdoche membri pro integra facie.

e* Synecd. modi ejusdem pro scena ab Æschylo pri-
mum constructa.

f* Põest hoc tropicòs accipi, ut Comici Poetæ initio
dicantur propter morem moderatè reprehendendi vitia
in pretio fuisse olim, sed postea quã probris & maledictis
cœperunt unumquemque sine discrimine nominatim &
impunè vexare, in eos lex est lata, & pœna constituta.

g* In lego & lex est polyptoton.

h* Metaph. a venatoribus & in vel, qui anaphora.

i* Epanodos est in iteratione similis soni medio & clau-
sulâ sententiæ, ac præterea modus quidam metonymiæ
pro fabulis Latinis.

l* Meton. est subjecti, pro, Latini non minùs eloquen-
tes & disertis essent, quam fortes & strenui nunc habentur
& sunt.

m* Metaph. est ab artificibus Mechanicis & fabris,
qui opus inchoatum sapiùs terendo expoliant: quali u-
sus est Ovid. Ele. 6. l. de Trist. ultima lima meis scriptis de-
fuit. Item. Cic. Acad. 1. Politus lima are opus.

n* Quia cum Pisonibus jam indè ab initio institutus
fuit hic totus sermo, nec indè averfus, non potest propriè
hic apostrophe notari: sed exclamatio tantum excitantis
ad studium Poetices acris, atque in sanguis est metony-
mia efficientis pro subole indè facta. Hujus tropi ratio-
nem repete ab Ode. 20. l. 2.

o* Epizeuxis est in eadem voce continuè repetita.

To coercent etc. sumtum præcipuè cognoscitur e vini-
toribus, ut in Catone majore, vis natura caduca est, ac
nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem, ut se erigat, clauscu-
lis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, completitur:
quam serpentiem multiplico lapsu & erratico, ferro coer-
cet ars agricolarum, ne sylvescat sarmentis & in omnes par-
tes nimis fundatur. Hinc ad varia transfertur, a Cicerone
ad magistratum, atq; tum fit verbum politicum. l. 3. legu,
Magistratus nec obedientem & nocuum civem multi vin-
culis, verberibus coercento: und coerctio pro imperio in
subditos: qualem Cicero requirebat in senatoribus Rom.
contra Catilinam orat. i. fuit, fuit ista quondam in hac
Rep. virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem per-
perniciosum, quàm acerbissimum hostem coercerent, quod
Gaza interpretatur κατήχεται.

p* Synecd est finiti pro infinito ac multis vicibus.

q* Est translatio ab animantibus maximeq; ab homi-
nibus ad inanimatum, pro, correat & emendavit.

r* Simili tropo usus est Sat. 1. l. 1. ad hæc verba: Factus
ad unguem, quod dixi sumtum a matmoratiis. Alii tamen
a fictoribus malunt translatum, & inter hos Turnebus
ad id confirmandum auctoritatem Plutarchi appellat e
lib. 2. συμπος ἀποβλεψὴς ἢ ἡ ἀίτηται πρῶτον ἀτυπωτὴν ἢ ἀμορ-
φα ἀλάτῃσιν. εἴτε ὑπερον ἕκαστα τοῖς εἶδεσι διαρῆσιν ἢ Πολύ-
κλειτῷ ὁ πᾶσις εἴπε χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ
πῆλκός γέννηται id est, nã & artes initio fingunt rudia & infor-
mia opera: deinde postea suis quãq; formis exprimunt: quare
Polyclerus fictor dixit opus tum demum difficilimũ, quom
ad unguem exigitur lutum.

s* Misera dicitur ars per metonymiam effecti, pro effi-
ciente miserè sollicitos ipsius studiosos, quales non efficit
naturæ bonitas simili tropo utitur Homerus in voce no-
tionis proximæ Iliad. β.

Zeús me méga Kρονίδης ἀπὴ ἐνέδισσε βαρεῖν
Σχέλιος. ὅς πρὶν μὲν μοι ὑπέχετο καὶ κατένουσεν.
Jupiter Saturnius me detrimento valde gravi devinxit
miserè durus, qui antea quidem mihi promisit & annuit.
hic Eustathii notæ sunt hujusmodi, χέτλιον δὲ τὸν διὰ κα-
λεῖ, ὁὗς χετλαπτικόν, καὶ τὸ χετλιάζειν πολλοῖς γινόμενον ἄλιον. i.
miserum autem lovem vocat, ut qui miseros efficiat, au-
ctorq; sit multis querelarum. Inter artes Γραμματικὴ βα-
ρύμοχθῶ. l. 1. Epigr. Græc. cap. 1. nominatur, ut est citatum
in hujus enarrationis præfatione.

t* Meton. alterius modi pro Heliconiadicis Musis, e
quarum sacro cœtu excluduntur sani Poetæ.

u* In non unguem, & in non barbam est Epanodos, ejus-
dem soni circa initium & medium sententiæ.

x* Meton. est subjecti loci pro ingenti copia hellebori
Anticyris nascentis, & cum ea modus quidam synecdoch-
es in tribus, & in tonfori, pro chirurgo.

y* Ironica est exclamatio & reprehensio sui ipsius per
fictam virium extenuationem, ac præterea metaphora est in
levus ab infausto augurio ad facultatem artis Horatianæ
indicandã: si non impediretur, id est, si nõ corpus purgaret
bile ex sententia Medicorũ, optima faceret poemata. Sic
Catullo dicitur sinistra liberalitas, p stulta & præpostera,
quomodo sumitur a Græcis τὸ σκαῖον, ut Aristopha. in Ne-
bulis: οὐκ εἶδον ἄτος ἀνδρῶ ἀγοραίων ἐδ' ἕνα, ἀπορον, ἐδὲ σκαῖον, ἐδ' ἕ-
πιπλοῖσθονα. non vidi quenquã adeo agreste, adeo cõsiliu inopẽ,
adeo ineptũ, adeo ob livosum, sic dicit sub finẽ Epist. exce-
ptum

ptum finitè, id est, malè. Vide illic alias notas. Contrarium fuit Sat. 3. l. 2. sub initium: dexter stet, quale est *δὲ δεξιῶν*, & *ἐξ ἄλλοις ἀνὰ τὸς φαῖστα ἀνὰ τὸν ἀquila.*

2* Polypoton est, unà & epanaphora.

α Metaph. est ab animantibus, quæ factum nutriendo perficiant.

β In scribendi recte potest constitui synecdoche generis ad pœsin specialiter in dicendam.

γ Notior est metaphora reliquâ omni explanatione, ut quæ sæpius jam occurrit.

δ Meton. est subjecti pro doctrina Ethica & Politica Socratis, ab ipsius discipulis, ac præcipuè a Platone, scriptis mandata.

ε Synecdoche est generis pro materia & argumento fabulæ de prompto ex illa doctrina.

ζ Variè cadit pro vocabulum, qui, quæ, quod per polypoton. Est præterea periphraſis Ethicæ doctrinæ.

η Potest hic assignari metonymia subjecti, pro, conterraneis, popularibus ac civibus.

θ Periphraſis quoque est Politicæ doctrinæ & magistratus.

ι Synecdoche est generis pro Poeta futuri operis, qualem agnosco in voces pro Philosophicis sententiis.

κ Alibi notatus est hic tropus causæ pro venustate, & elegantia, cuius est parens Venus.

λ In ponderis metaphora est a corporeis, ad verba gravitatis & dignitatis plena.

μ *Ἐπιπέδιον* est in iterata & audita ejusdem soni similitudine initio & medio.

ν Sumtum est ab his, quæ nihil adjumenti afferunt rebus ultis promovendis ad vilitatem poematis notandum, nullo sapientiæ succo imbuti.

ξ Anaph. est, illustrans Græcorum gentem tali iteratione ejusdem vocis.

ο Hoc sumtum est a Mathematicis figuris, quarum orbiculata perfectissima & præstantissima est, quam cœli fabrica nobis miraculi modo refert, ad eloquentiam Græcorum indicandam. Hoc tropi genere cavillatur Seneca in ludo de morte Claudii Cæsaris. stultitiam & amentiam hujus Imperatoris, quod hic non potest esse rotundus, qui capite careat more Dei Stoicorum, id est, non potest esse perfectus sine sapientia.

π Hæc dicuntur synecdochicis, quum ex his partibus tota numerandi ratio intelligenda mihi videatur.

ρ Apostrophe est unà cum profopœia, dialogismo, & synecdoche speciei pro quolibet Arithmeticæ magistro.

σ Exclamatio est hortantis & approbantis scitum pueri responsum.

τ Depositâ profopœiâ. Horatius vel ad Pisones, vel potius ad reliquos Romanos cives sermonem convertit.

υ Similis tropus fuit Sat. 4. l. 1. a vitiis metallorum, ad Romanorum avaritiam indicandam, quæ miserè exedit animos puerorum teneros.

φ In *cedro* & *cupresso* videtur mihi allegoria e metonymiis causarum pro effecta inde diuturnitate carminis.

χ Epanaphora est.

ψ Alia est Apostrophe a cunctis Pisonibus ad unum: nisi malis unâ synecdochicis unum p̄ tribus hic appellari & conveniri, vel quemlibet alium Poetam designari.

ω Altera est epanodos.

αα Alleg. est a vasis, quæ, dum *ἀποῶν* implentur, ferè respuunt, quicquid super infunditur: sic aures rejiciunt redundantiam præceptionis.

ββ Metaph. est a consuetudine veterum judiciorum, pro concessu Senatorum & concilio.

γγ Sumtum ab agricolis, qui steriles & infructuosos agros solent incultos relinquere.

δδ Synecd. est speciei, pro spectatoribus superbis & fastidientibus asperitatem poematis.

εε Undè hoc sumtum sit, vide & heretica Epist. 2. lib. 2. ad hæc verba: *Discedo Alcæus pundo illi.*

ζζ Epanodos, est ejusdem soni similitudo in medio & clausula sententiæ.

ηη Alleg. est e metaphoris ab animatis ad inanimata.

θθ Procatleptis est eorum, quæ obijci Horatio poterant ex interdicta poematis mediocritate, ad dantem legis molliendam.

ιι Quidam est anaphoræ modus in hac repetitione copularum.

κκ Ex his partibus hominis significatur synecdochicis citharædus, cui fides non semper eum reddunt sonum, quem vult & expetit.

λλ Meton. est adjuncti *ἀντὶ τοῦ τοῦ ὄντος* pro ipso sagittario, *ὡς πρὸς πολλὰ κῆρυξ ἀσχεῖ*. Præterea in *minabimur* metaphora est ab animatis ad inanimata.

μμ Hoc translatum videtur a corporibus munditiæ splendentibus ad loquutionem politam, excultam & elaboratam, & puram: quemadmodum Cicero 4. de Fin. dicit: *Illorum vides, quam nitet oratio*: quo de genere tropi sunt etiam hæc, maculas fundere: e cujus continuatione posset hic statui allegoria.

νν Metonymia est causæ pro homine, qui est *ἀμαρτητῶν πρὸς, προκλίβε* quiddam ad erratum.

ξξ Videtur Poeta constituere hic consultationem cum Pisonibus, *κατὰ τὴν κοινότητα*, quorum tamen partes ipse sustinet, dum rationem indulgendi Poetarum erratis præscribit.

οο Sumtum a viatoribus, qui sæpè a recto itinere deflectunt aliò, atque instituerant.

ππ Synecd. est speciei pro quovis Poeta identidem peccante in poemate condendo.

ρρ Nota est allegoria est e metaphoris, pro, Homerus aliquando parùm diligens & attentus fuit in scribendo: quod facile illi condonandum est in tam fuso & vario poemate: quod hic synecdochicis significatur communi notione, quum dicit: *in opere longo*. Sic *νυκτερινῶν* translata sumitur l. 3. de Rep. *μὴ δὲν δειδῶν νυκτερινῶν διαγῶν* non opus esse dormitare ante iudicem, id est, negligente nec attento. Si quid autem est separatim annotandum in *obrepere*; id sumtum est ab animalibus tacito gradu incedentibus, p̄, incautū deprehendi aut oprimi, ut senectus, mors & hujusmodi dicuntur hominibus obrepere: contra homines ad honores obrepere, quum iniquâ vel arte vel falsâ virtutis specie ad eos aspirant: quod Græcè dicitur *παρὰ πρὸς δύνειν*.

σσ Est alleg. e continuatis metaphoris ab animatis ad inanimata, ut in *stes* & *obstes* paronomasia. Præterea in hæc *amat, voler*, est epanodos.

ττ Anaph. est, ac ferè *ἀπὸ πρὸς*, quattuor membrorum æquatio.

υυ Synecd. generis pro diligenti & docto poematis æstimatore & reprehensore.

φφ In *placuit* & *placebit*, est polypoton: & in *decies* est synecdoche finiti, p̄ sæpius ac multis vicibus iterata.

χχ Apostrophe est. Instituta enim fuerat oratio ad omnes Pisones: a quibus nunc avertitur sermo ad natu grandiosem.

ψψ Procatleptis Poetæ ad objectum alium auctorem consilii sequentis.

ωω Metaph. est a figulis, quæ jam sæpè supra notata est.

*α *Messala* & *Cassellus* dicuntur synecdochicis & continue pro excellentibus jurisprudentiæ & actionis forensis professoribus.

*β Epanaph. ac præterea in *hominem*, synecdoche generis pro spectatoribus.

*γ Meton. est subjecti pro bibliopolis, qui in tabernis ad

ad columnas libros divendebant. Alii malunt esse synecdochen partium pro theatro. dictio Græca στήλη ejusdem cum Latina, columna notionis τροπικῶς etiam ponitur a Pindaro εἰς δ. ἀντίπρ. Nemeo.

— εἶδε τοι
Μάτρο μ' ἐπὶ Καλλιπλῆ κελύεις
σῆλαν δέμιν, Παιεῖς
λίθου λευκοτέρων. i. Quod si
Arunculo adhuc Callicli me jubes
Columnam ponere Pario
Lapide candidiorem.

Hic Scholiastes admonet πρὸς ἀλλήλων ἐξωθεν τὸ ποιῆσαι. i. extrinsecus assumendum, faciam, id est, magnifico splendide, celebrabo hymno. additque, columnam: ἀλληγορικῶς δὲ τὸ ποιῆμα λέγεται στήλην. i. allegoricè poema vocat columnam quæ tamè interpretatio simplicè notat tropum, nō allegoriam. E quatuor turba potest hīc constitui allegoria. In Div quoq; puto translationem esse ad designandos eruditissimos quosq; totius coronæ.

*1 Metonymia est effecti pro mensa afferente voluptatem convivis simplici apparatu, sine condimentis e longinquo petitis, & in mensis idem tropus, sed alterius modi, quo subjectum ponitur pro epulis adjunctis & appositis.

*2 Sumtum est a viatoribus & ambulantiibus, qui cæspitant & impingunt in lapides.

*3 Metaph. est a corporeis, quæ locis vel summis, vel mediis, vel imis continentur, ad assumptionem poematis per tales gradus indicandam.

*4 Est hic procataleptis eorum, quæ contra prius dicta proferuntur de ingenuitate Poetarum. Ex hac autem communi, ὡς τὸ πεντάβλη notionem species intelligendæ, δὲ τῆς συνειδητοῦ. Qui igitur nescit πορμῆς, pugillatum: qui δρομῶν cursum: qui δισκομα, saltum: qui δισκον, discum: quidenique πάλιν, luctam ignorat: ille nec locum ludorum frequenter, nec instrumenta ad has exercitationes necessaria tractet in campo Martio. Quod si planius velis cognoscere de singulis ludorum & exercitationum generibus, lege Platonem lib. 7 de Legibus, & Lucianum περὶ τῶν γυμνασίων, ac præterea de origine & varietate saltationum Ludovicum Cælium Rhodoginum lib. 3. cap. 4. lectionum antiquarum. Ex eadem communione verbi ludere intelligenda est species τὸ canere, quo tropo Virgilius usus Eclog. 1. ludere, quæ vellem, &c. & alio loco, carmina quæ lusi pastorum, &c. eodem quoque noster Poeta Ode 32. lib. 1.

Poscitur, si quid vacui sub umbra
Lusimus tecum, id est, cecinimus.

*5 Altera est synecdoche generis pro specie, id est, pro his armis, quorum usus campi Martii indigebat. Hic tropus est cognoscendus e Rhetorica Epist. 18. l. 1. ad hæc verba:

— Scis quo clamore coronæ
Prælia sustineat campestris.

*6 Nota est translatio a figulis & plastis. Est hic duplex orationis conformatio in brevi proloquio & procatalepti: qualem orationis conformationem malo agnoscere, quam illam Donati in locum similis sententiæ in Grammaticis modò notatam: nostin? quid n? correctio est, ait, ab se manifestè inquirentis. Aliis est reticentia. Quidam enim innominatus, vel maximus Pisonū inducitur talia obijciens Poætæ, cui satis fit, quum intelligit, nihil genus, opes, probitatem hominum sine arte ad Poeticam valere.

*7 Meton. causæ pro effecta & inventa arte a Pallade: quæ naturæ & ingenii tarditatem maturat & juvat, aut ejusdem celeritatem moderatur ac regit. Hic tropus in proverbium abiit, quo Cicero Epist. 1. l. 3. nō invitâ Minervâ facere aliquid, item Epist. 25. l. 12. causam tuam egi

non invitâ Minervâ, id est, felici ac prospero successu, ite l. 1. de Offic. nihil decet invitâ, ut ajunt Minervâ, utitur.

*8 Id, ea, cadunt variè ex eadem origine per polyptotō. Præterea hic modus est quidam epanorthoseos, quo prudenter fingit Poeta suis præceptis nihil esse opus juveni: quod ille per se satis sapiat.

*9 E Grammaticis potest intelligi, hīc esse synecdoche speciei, id est, finiti, quo significatur genus id est, infinitū, vel certè multum temporis, quo tantisper teneatur poema conditum, dum accuratè politum & castigatum sit ante editionem.

*10 Altera est synecdo. sed partis pro integra sententia & sermone, sicut notatum est Sat. 6. l. 1.

— Longè me a dis crepat istis Et vox & ratio.

ut supra, voce paternâ fingi, id est, consiliis ac præceptis. Item Epist. 1. l. 1. in his, sunt verba & voces. Valet ergo: quod semel est dictum, vel scripto divulgatum, non potest revocari, ut Epist. 20. l. 1. ad librum suum:

Non erit emisso reditus tibi.

*11 Sylvestres metonymicè dicitur pro hominibus præditis moribus ferinis.

*12 Metaph. est a divinis rebus ad humanas, & ad præstantiam hujus Poætæ extollendam.

*13 Alleg. est e metaphoris explicata prius verbis propriis homines sylvestres, qualis erat in saxa pro hominibus duris & stolidis, & in dictus iterato initio sententiarum est anaphora.

*14 Periphrasis est vagæ, communis & illicitæ Veneris.

*15 Ad excellentiam superiorum vatum indicandam videtur hoc epiphonimaticòs proferendum.

*16 Similimetaph. Epist. 1. l. Mares Curios & Camillos, pro strenuis ac fortibus dixit.

*17 In vita & via est paronomasia.

*18 In Pieris modis est metonymia subjecti, vel potius effecti a Pieridibus Musis carminis, & in Pierio decantati.

*19 Alleg. e metonymiis causarum pro divino, elaborato, & eximio poemate, accuratoq; ejus conatu.

*20 Obliqua quædam est species proloporæ, ubi fingitur quidam proponens præsentem quæstionem, cui Horatius satis facit ad hæc verba: ego nec, &c.

*21 Quidam hīc notant metaphoram esse a metallicis fodinis, quasi Virg. lib. 2. Georg. propriè loquutus esset:

Hæc eadem argenti rivus arisq; metalla
Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit.

propriè quoque Cic. lib. 2. de nat. Deor. non. aris, argenti, auri venis penitus abditas invenimus ad usum aptas, & ad ornatum decoras. Egocertè in utroq; exemplo translationem agnosco esse a corporibus animantium ad bruta, stupida & inanima, & in hoc loco Horatii statuo venam sicut in superioribus, transferri a corpore animalia bene habito & succi pleno, ad ingenii fecunditatē, & mentis integritatē, sagacitatē. unde Quint. 1. 6. c. 2. tenuem & angustam ingenii venam dicit & Cic. 1. de Ora. tenere venas cujusq; hominum, pro, naturâ & ingenium cujusq; perno-scere. Eadem translatione usus est Juven. Sat. 7.

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena.

i. cui non sit ingenium rude & vulgare.

*22 Tò rude sumtū est a scabris & asperis corporibus & impolitibus. Præterea in nec iterato initio membrorū est anaphora, nec obstat, quod prius nec non statim occupet initium sententiæ. Est quoq; alterius & altera polyptoton.

*23 Puto hīc sumtum a confociatione fœderatorū populorum ad mutuam & subsidiariam opem & operam.

*24 Alleg. est e metaphoris a certaminibus Olympicis, quorū victoria tanti fiebat olim, ut, qui illâ retulerat, immortalitatem crederetur consequutus. Est quoq; synecdoche speciei pro quavis animi contentione ad clarum & memorabile facinus obeundum.

* Altera

* Altera est alleg. e geminatione metonymia: ubi causae pro effectis & inventis usurpantur. Valet igitur abstinenti Venere & Baccho, non se stupris & vinolentia enervavit.

* Meton. est simplex subiecti p Pæanibus Pithiis carminibus, & hymnis, qui festis Apollinaribus, & ludis canebantur.

* Synecd. est generis, p doctore auletics, de qua lege notas in Od. 6. l. 3; ac præterea periphraſis τὸ πῦθαι, qui Pæana canit tibi, ut πειθαυχίης, qui eadem persuadet.

* Apparatus est ad profopopœiam cum ironia Poeta: ubi iners Poeta inducitur hoc hémistichio, & duobus proximis versibus excusans suam inertiam.

* Hic tropus notatus est Epist. 18. in hæc verba: *poemata panges.*

* Meton. est effecti pro efficiente & impellente auditores vel lectores in admittationem a pueris certim currentibus.

* Exclamatio est imprecantis.

* Horatius deposita profopopœia respondet ineptæ excusationi.

* In *divis* repetito est anaphora.

* Hoc videtur sumtū a retibus venatorū quib. feræ involutæ capiuntur & interficiuntur: sic res domestica litigando vehementer laborat, & ad allem tandem & restim solet redire.

* Simili tropo dixit Epist. 15. l. 1. ubi quid melius contingit & unctius, pro lautius & splendidius.

* Apostrophe est jam sepius iterata ad unum Pisonem. In *donaris* & *donare* est polytoton.

* Obliqua est etiam profopopœia, quâ Horat. psonam assentatoris induit, ipsiusq; mores & orationē imitatur.

* Alleg. est e metaphoris a cæli distillatione, pro lacrymas profundere, & plurimum lacrymari.

* In *derisor* est synecdoche generis pro assentatore, qui gerit speciem derisoris.

* Hoc translātū est a cruciatu reorū, a quibus veritas alicujus criminis vi tormentorum profertur in lucem.

* Sumtum quoq; est hoc ab astutia ferè omnibus nota ad dolos assentatoris indicandos, de cuius nominum ratione Græca & Latina vide Gram. Epist. 1. l. 1. ad vers. *olim quod vulpes, &c.*

* Apparatus est ad profopopœiam, ubi est quoq; synecdoche speciei in *Quintilio*, pro quolibet fideli & vero Critico & emendatore.

* Metaph. a corporibus pravis, qualis notata est in fine Odes 24. l. 1. Præterea in *hoc* iterato est epanodos.

* *Recitares* & *negares* similiter sonant in clausulis incisorum *δια τῆς ἐπιπορίας.*

* Alia quoq; est allegoria e metaphoris a fabris, qui opus aliquod impolitur, inelaboratum, malè teres solent limare, recudere, rotundare, & novam qualī formam illi inducere, ad inelegātes & in comtos verlus arguendos.

* Metaph. est ab amantibus, qui nullus ferunt societate in amore mulieris, quæ Græci ἀντραστὴν ἢ ἰνδῶ τυποῖ. Latini verò rivalē etiam translātē & procū: quā ostenditur in tali poemate nihil esse omnino, q̄ amore dignū sit, & ambitiosius videatur & per amulationē expetendū, sed plurimū, q̄ repudietur. Hunc autē locum Gal. i. exprimit: *Mais laisser a jouter de l'amour que tu te porte, & a ton poeme, sans que personne te l'envie ou bien, il ne disoit plus rien & ne se travailloit en vain que tu aimasse ou estimasse toi & ton oeuvre sans que personne t'aimast & estimast celui.* Sed ppriè translatio sumta est a bestiis inter se de prima in rivo aquatione certantib⁹, cuius me imini Donatus in Eunuch. Act. 5. Sc. 9. v. 42. *rivales dicuntur emuli, de mulieribus, faciā translatoe nominis a feris bestiis, quæ sitientes, quū ex eodē rivo hauriunt petunt in prælium contra se invicem con-*

estantur. Sic Cic. pro Cælio, *sui erit ex illo fonte rivalis.* Ideoq; Nonius tradit rivales dictos, quasi in unū derivantes suū amorem. Alii tamen putant a re rustica desumtū ubi rivales propriè dicuntur, quorū agros rivus aliquis desinit, cuius mutato decursu fiunt postea incerti de limitibus, undè suscitatur inter eos lites. Prior ratio mihi præferenda posteriori videtur.

* Quasi versus essent artis capaces, dicit translātē illos esse inertes, vel intellige a Poeta inertes & imperito factos.

* A corporū duritie sumtū, quæ ut tangentes offendūt impressione sui, sic versus aspita te suā lædunt audientes.

* Sumtū est ab hominibus honores præter justū & supra modum cupidè conſequentibus, ad significandum luxum & redundantiam poematis amputandam.

* Synecd. est speciei pro quolibet libero & incorrupto iudice scriptorū. Ita verò de *Quintilio* loquitur tanquam de absente, vel potius de mortuo.

* Accessus est ad brevē profopopœiam *Quintilii.*

* In *mala, mala* est epanodos.

* Meton. est efficientis pro morbo, quem Luna incutit, & Græci σεληνιασµόν, Latini Lunaticum furorem *malum*, quæ errorem appellant.

* Sumtū est ab iis, quibus ægrū stomachum mala copia esculentorū & poculentorum sollicitat, ut loquitur Sat. 2. l. 2. undè nascitur ἀπεψία, μήτηρ πάντων νοσημάτων, ἢ ἀπὸ τῆς ἐπιπορίας τοῦ πνεύματος, ἢ ἀπὸ τῆς ἐπιπορίας ἀπὸ τῆς ἐπιπορίας τοῦ πνεύματος, ἢ ἀπὸ τῆς ἐπιπορίας ἀπὸ τῆς ἐπιπορίας τοῦ πνεύματος.

* Spiritus paridus multaq; & terra eructatio erumpit. Tales sunt versus, quos malè coctos & indigestos copiosè fundit iners Poeta. Simili tropo usus est Cicero 2. Catilin. v. no languidi, cibo confecti, debilitati stupris eructant sermōnibus suis cædem bonorum, atq; incendiū Urbis. Gallicè: *usès & mōnūs d'ivrogneries & paillardises desorgent par leurs parolles, qu'ils rueront tous les gens de bien & bruleront la ville de Rome.*

* Brevis est profopopœia lapsi aucupis.

* In *rollere curet, & si quis curet*, auditur idem sonus in clausula sententiæ præcedentis & initio sequentis *δια τῆς ἀναδιπίλοστας.*

* *Dejecerit & nolit* similiter sonant in clausulis *δια τῆς ἀναδιπίλοστας.*

* Dialogismus est Poeta cum quodā, qui tum aderat.

* Synecd. est generis *κατ' ἐξοχῶν*, pro Empedocle Physico Poeta.

* Translatū est ab intemperie corporis ad illam mentis, quæ gignit insaniam.

* Permissio est illius, quod nequit impediri.

* In *facit, fecit, fiet* polyptoton est, ut in *nec* iterato anaphora.

* Possumus hic statuere metaphorā a servis fugitivis, qui reprehensi, ut Tranquillus loquitur, ad herū suū reducuntur: quo tropo jocatur Syrus Heaut. Act. 4. Sc. 2. vers. 1. *retraham ad me illud fugitivū argentum*: ubi Donatus annotat, Poetam servili more loquutū de argento, tanquā de homine. Sic Salustius proficicentem ad Carilīnam ex itinere retractum esse, more fugitivi dicit Budæus.

* Indè quoq; translātum notavimus τὸ *reprehendere* antè l. c. Epist. 18. in Rhet.

* Meton. est effecti p efficiente, id est, infamante, vel infamiā apud omnes inurente ei, qui sibi mortem conficivit. Sic famosum carmen dixit Epist. 19. ad Mæc.

* *Nec sponsa laqueum famoso carmine necit.*

* In *inixerit & moverit* est genus quoddā sympleces in similitudine soni ad initium & clausulam sententiarum.

* In his *indoctum & doctum* est paronomasia.

* Translatio est imaturis fructibus, p, in iuavis, injucundus recitator. Hujus antithetū Cic. usurpavit l. 3. Epist. 8. ad Fam. Appium: *non debent mirari homines me esse acerbum tibi, ut sum dulcis mihi.*

* Alleg. est e metaphoris fatis e Dialecticis & Gramma.